


Uebatur f. M Auillering.

pp

Giuseppe





BIBLIOTHECA HISTORICA SELECTA

IN SVAS CLASSES DISTRIBVTA

CVIVS PRIMAS LINEAS DVXIT

B. BVRC. GOTTHELFIVS STRVVIVS

EMENDAVIT COPIOSE LOCVPLETAVIT

CHRISTIAN. GOTTLIEB BVDER

SERENISS. SAXON. DVCVM CONSILIARIVS AVLICVS IVRIS PVBLICI FEVDALIS ET HISTORIARVM IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS COLLEGII FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSOR

IENAE
SVMPT. CHRIST. HENR. CVNONIS
1740.

PRAEFATIO.

Triennium fere eſt, ex quo *Chriſtianus Henricus Cuno*, honeſtiſſimus apud nos bibliopola, ad me acceſſit, rogauitque, vt, ea ratione, qua *Bibliothecam Iuris Selectam Struuianam* emendatiorem & locupletiorem exhibuiſſem, darem quoque viri celeberrimi *Hiſtoricam*, quam & bibliopolae & docti homines fruſtra in tabernis librorum requirerent. Varia quidem attuli in medium, quae virum ab hoc inſtituto retrahere poterant; ſed cum ſubinde preces iteraret, dedi tandem manus & hunc laborem, homini aliis iam dedito operoſum & moleſtum, ſuſcepi, motus in primis cohortatione beati auctoris, praeceptoris, patroni & in muneribus anteceſſoris, cui ita volenti hoc officium denegare vix potui. Saepe de conditione librorum ſuorum, quas Bibliothecas inſcripſit, mecum familiariter locutus,

 quo

quo erat candore, ingenue profitebatur, ſe primas harum Bibliothecarum lineas duxiſſe, quum ad ſtudia rei literariae, ab aliis & plane diuerſis meditationibus & curis vix abſtractus, muneri Bibliothecae Ienenſi praefecti admotus fuiſſet. Quo tempore ſtudioſis in Academia Salana in deliciis erat noſſe bonos libros & comparare eorum in Bibliothecis, tabernis librariis, atque colloquiis eruditorum, notitiam & ſolicite inueſtigare fontes limpidos, vnde ſolidior eruditio profluit. His bonarum artium cultoribus ad ſe confluentibus in Bibliotheca Academiae noſtrae egregie inſtructa, de notitia librorum bonorum quaedam dictare ſolebat, ex quibus ortae deinde ſunt Struuianae Bibliothecae Iuris Selecta, Philoſophica, Hiſtorica. Quam poſtremam cum viri eruditi errores quosdam notarent, profitebatur ſe ſumma feſtinatione delineaſſe, ab auditoribus ſuis fere compulſum, qui finem factarum ad ductum huius libri recitationum vrgebant. Addidit quidem, Profeſſioni Hiſtoricae mox admotus, ſe-

cundae

cundae & quae tertium videbat lucem, editioni huius Bibliothecae, nam exempla auide diſtrahebantur, acceſſiones quasdam; ſed, arduis magis implicitus laboribus, hos literarios fere abiecit, aliisque ſupplendos permiſit. Interim Bibliopola, qui ſumptus fecerat, quum exempla deſiderarentur ſemel, iterumque, ſed praefixo, auctore ita volente, anno MDCCV. libellum hunc formis excudendum curavit, auctis ſemper per negligentiam eorum, qui curam editionis ſuſceperant, erroribus, B. *Struuio* certe non imputandis. Enim vero, ſi viro induſtriae incredibilis & qui egregios libros probe & cognouerat, & ſumma cura, impenſisque non mediocribus, inſignem plane comparauerat Bibliothecam, ſelectiſſimis rarisque libris inſtructam, ardua magis negotia tantum temporis reliquiſſent, quantum huiusmodi labos ſane moleſtus & inſuauis poſtulat, perfectiorem longe dare potuiſſet Bibliothecam Hiſtoricorum, ſed lubens volens aliis eundem permiſit. Quem antequam adgrederer

faciliorem longe putabam, postea vero his curis immersus deprehendi, me servili operae quasi mancipatum esse. Tantus enim librorum Historicorum & primo huius Bibliothecae collectore haut tractatorum, & post priorum tempus editionum per omnes Europae partes editorum, se obtulit apparatus, vt saepius indoluerim, me non de integro eundem orsum, & facta ex animo ingenioque meo totius operis oeconomia ac partitione, Bibliothecam aliquam Selectam Historicam condidisse. Sed quia & a me, & bibliopola, iam electae erant primae lineae, quas duxisset B. STRVVIVS, & plagulae multae typis excusae, non erat liber regressus. Tela igitur, quae semel coepta, erat pertexenda, & ad delineationis *Struuianae* filum Scriptores collocandi. Lectoribus tamen huius opellae beneuolis, curate peruestigantibus capita classesque historicorum nostrorum, patebit in plerisque vix prioris laboris vestigia remansisse. Ingenue profiteor laborem plane nouum mihi faciliorem fuisse,

ſe, quam ſupplementorum illum ſane taedioſiſſimum. Studium autem omne adhibui, quantum in hac humanarum actionum imbecillitate & mea cum primis, tot aliis curis hoc tempore diſtracti, fieri potuit, vt cuiuslibet populi, quorumlibet euentuum, praeſtantiores ſelectioresque conducerem ſcriptores, conductos in ſuos ordines diſponerem, ſic poſitos recenſerem, atque de iis, qui principes praeſtantioresque mihi viſi, vel ipſe ſententiam, ſine odio, ſine inuidia, ſaepe debita cum laude & meritorum veneratione dicerem, vel aliorum me longe & doctrina & iudicio excellentium virorum iudicium, quale e. gr. in Polonicis BRAVNII cordatiſſimi viri, annotarem. Sunt quidem & in hac, quam inſcripſi, *Selecta Bibliotheca*, minorum gentium ſcriptores, quique nec ob ingenium, nec doctrinam & iudicium, multum ſunt laudandi, quorum tamen compilandi diligentia non plane contemnenda, de his autem cunctis ſingillatim ſententiam dicere & Lectori & mihi ſane fuiſſet

 per-

permoleſtum, nam eaedem ſemper ſententiae fuiſſent repetendae, quum non niſi in huiusmodi vulgaribus libris, congerendi diligentia & bona auctorum intentio ſint collaudandae. Potiſſimum hoc in praefamine exoranda mihi eſt benigni, cordati, & huius argumenti operae periti Lectoris indulgentia, ob commiſſos errores, & ſcriptorum quorundam omiſſionem. Quae ſane in tanta & fere infinita hiſtoricorum copia vel oculatiſſimo & diligentiſſimo contingere poteſt, licet ad manus habeat inſtructiſſimas bibliothecas. In numeros ordinesque iam redactis praeſtantioribus facilius eſt indicare, qui ſint omiſſi, atque quidem ita digerere has tantas copias, hinc inde diſperſas, nullumque plane omittere, qui commemoratione fuiſſet dignus. Quod vero ad errata attinet, quae in nominibus auctorum, deſignatione porro loci typographici, aut numerorum, quibus tempus, & libri forma indicatur, committuntur, rogatos volo beniuolos Lectores & cenſores, ne hos omnes colle-

ctori

ctori Bibliothecae tribuant, ſed ſi rei typographicae hodiernae ſint gnari, recogitent, a typothetis ſaepe recte poſita, vel bis & tertium emendata, tamen peruerti, idque quandoque in numeris & caſu fieri poteſt, quales rei librariae & typographicae peritis, diuerſi noti ſunt. Cogitent porro & docti eruditique viri, librariae rei amatores, & olim, & noſtro aeuo, variis de cauſſis a bibliopolis & typographis, multas mirabilesque titulorum factas commutationes, qui inter artes ſuas habent, noui tituli efformatione mercem vendibiliorem reddere. Sunt mihi cogniti libri, qui ſimulac prelo liberati fuerunt, inter tres quatuorue ſumtuum ſocios bibliopolas, diuiſi, quorum quilibet, nomen ſuum, locum tabernae, annumque editionis ſaepe diuerſum praefixit. Libris egregiis, qui fato quodam ſingulari carceri veluti & cuſtodiae mancipati fuere, poſt multos exactos annos nouae datae inſcriptiones, ne plagula quidem operis mutata. Quandoque prima tantum & extrema pagellarum

mutatae, hisce aliquid assutum est, ad fallendos alliciendosque nouos emtores. Sunt Libri, quorum titulus vix per annum bibliopolae placuit, & cum nigrum primum dedisset, vix vno aut altero anno elapso rubrum splendidioremque exhibet, putant enim elegantem etiam titulum librum facere vendibiliorem. Quae sane artes, & necessariae illae saepe quandoque in optimis praestantissimisque libris, dici non potest quantum in re litteraria & libraria turbent. Caute itaque censori pronunciandum, nec statim oscitantiae adscribendum, quod exemplo oculis tuis subiecto, non congruit. Neque tamen his excusationibus id volo, ac si mei errores his obseruationibus quas conditio rei librariae dat, possint tegi. Homo sum, in re libraria & literaria mediocriter versatus, & dum hunc laborem suscepi & peregi, aliis & longe gravioribus occupatus, quae curae saepe omni studio peruestigantem mire perturbarunt. Omnes itaque, quibus inspicere hanc Bibliothecam, eademque tan-

quam

quam indice fortasse vti placebit, rogo & obtestor, velint, ni graue fuerit, commissos errores pro sua benignitate ferre, & perliberaliter emendare. Ad postremum non reticenda est mihi, sed publice praedicanda eorum beneuolentia, qui laborem hunc mihi per se taediosum maxime, subleuare, concessisque mihi suis Bibliothecæ Struuianae exemplis faciliorem reddere voluerunt. Transmisit enim, qui Regiae & Electorali Academiae Gottingensi ornamento est, illustris Vir & ICtus elegantissimus GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVERVS suum exemplum, quo vsus dum in Misniae & Germaniae ocello Lipsia, magna nominis celebritate res eruditas ageret, Bibliothecasque illustres, cumprimis Senatoriam copiosissimam curiose peruestigaret, praestantes varios libros eidem alleuit. Gratias quoque ago multas, clarissimo doctissimoque Viro I. E. SCHREIBERO, in Rostochiensi Academia hoc tempore agenti, qui ante plures annos Bibliothecae Historicae Struvianae exemplum transmiserat, quo, lectis non sine

eru-

eruditae diligentiae inſigni laude plerisque Diariis eruditorum, nouos eosdemque egregios libros, diligenter annotarat. Horum aliorumque meritiſſimorum Virorum ſubſidio difficilis ſeruilisque fere labor multum fuit ſubleuatus. Ceterum liceat mihi ſub finem addere ea, quae haut ita pridem ſimili fere argumento occupatus in *Bibliothecae* ſuae *Belgicae* frontiſpicio poſuit literatiſſimus Vir FOPPENS:

Nil ſcribitur totum? quis hoc mare effundat?
Multum valent reciſa parua de magnis
Momenta rerum, & quae argumenta ſunt ſumma
Suffecerit tractaſſe, nullus abſoluet.

IN-

INDEX CAPITVM.

CAPVT

§. XVII.

INDEX CAPITVM.

§. XC.

CAPVT XVII.

De Scriptoribus German. particularibus Ecclesiarum cumprimis Germaniae. pag. 985.

CAPVT XVIII.

CAPVT XIX.

CAPVT XX.

CAPVT XXI.

CAPVT XXII.

CAPVT



Cap. Pr.

Bericht an den Buchbinder.

Es ist wieder Vermuthen, das Buch stärcker geworden als man gemeinet, daß es also in zwey Bände abzutheilen; dahero dienet zur Nachricht, daß die Blätter von pag. 983. biß 986. müssen abgeschnitten, an Orth und Stelle gebunden, und der Titel vor dem IIten Theil gesetzet werden.

Ad Bibliopegum.

Contra opinionem liber amplior factus quam putavimus, necesse ideo est, ut dividatur in duos tomos. Quapropter monendum censemus folia a pagina 983. usque ad 986. secanda atque suis locis inserenda titulumque præfigendum tomo secundo.



CAPVT PRIMVM
DE
SCRIPTORIBVS BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ ET METHODO LEGENDI COGNOSCENDIQVE HISTORIAS.

§. *I. Scriptores bibliothecæ Historicæ.*
§. *II. Scriptores de vitis & scriptis antiquiorum historicorum.*
§. *III. Scriptores de vitis & scriptis recentiorum Historicorum.*
§. *IV. Scriptores de methodo legendi cognoscendique historias.*

§. I.

HISTORICA BIBLIOTHECA amplissima est, quæ non solum plures complectitur classes, sed etiam multitudine Scriptorum easdem ita adimplet, vt impossibile crederem, eandem penitus exhaurire. *Historiam Historiæ* condere conatus Gallus LANCELOT VOISIN *de la* POPELINIERE *Histoire des Histoires, avec l' Idée de l' Histoire accomplie, Paris 1599. 8.* idem facere voluit IOANNES MICHAEL HEINECCIVS *Histo-*

ria Historiæ, seu de fatis studii historico-chronici apud varias gentes Schediasmate, *Helmstadii 1703. 4.* sed vterque primas tantum lineas duxit. Alii longe plures selectum *Bibliothecæ historicæ* exhibere sibi proposuerunt. DEGOREVS WHEAR enim *Relectiones hyemales de ratione & methodo legendi vtrasque Historias ciuiles & ecclesiasticas* edidit, quibus historicos probatissimos, additis iudiciis recensuit cum mantissa *de historicis gentium particularium*, quarum editio optima, quæ *Cantabrigiæ 1684. 8.* prodiit, & recusa *Tubingæ 1715. 8.* antiquiores editiones, priores, *Noribergensis*, & *Tubingensis* mantissa illa destitutæ. Seruat iustam tractandi rationem, accurata de Scriptoribus iudicia profert, methodusque, quam præscribit, legendarum historiarum, omnino laudanda. *Accessiones ad Dhegor. Wheari Relectiones biemales* composuit IOANNES CHRISTIANVS NEV, *Tubingæ 1703. 8.* iisdemque scriptorum & historicorum Græcorum ac Latinorum a *Wheario* recensitorum pleniorem enarrationem, partim aliorum ab eo prætermissorum & præcipue æqualium supplementum, dedit. Successit harum *Accessionum*, Pars secunda, *Tubingæ 1708. 8.* qua Historiæ Germanicæ Particularis Scriptores potiores exhibentur, cum Mantissa de historicis Gentium particularium, vetustioribus & recentioribus. Ante Whearum similia egit IOANNES ANDR. BOSIVS, nostræ academiæ decus, in suis *de prudentia & eloquentia ciuili comparanda* diatribis Isagogicis, quæ ex recentiori editione, cura Georgii Schubarti prodierunt *Ienæ 1698. 4.* Hæ enim politicum non solum instruunt, sed etiam historicum, dum de historicis pragmaticis iudicat, atque ordinem in iisdem legendis obseruandum præscribit egregie. Accessit huic editioni *notitia Scriptorum historiæ vniuer-*

salis,

falis, quæ tunc primum edita. Priores diatribas Isagogicas tractatibus suis de philologia inseruit THOMAS CRENIVS, *Lugduni Batauorum 1696. 4.* GERARDVS IOANNES VOSSIVS *de historicis Græcis* edidit libros IV, *Lugduni Batauorum 1650. 4. & de historicis Latinis, Lugduni Batauorum 1651. 4.* vtrique recusi fuerunt *Francofurti ad Mœnum 1677. 4.* qui de historicorum vita & scriptis optime agit, eosdem secundum secula distinguens, etiam illos, qui plenius de scriptoribus egerunt, indicans. Varios tamen næuos in eodem æque adnotarunt eruditi, præcipue in historicis Græcis. Cum vero ob tantum historicorum numerum plures essent Vossio non memorati, eundem supplere conatus fuit IOANNES HALLERVORDIVS, *in spicilegio suo de historicis latinis, Ienæ 1672. 8.* Hos autem ordine alphabetico recenset, in recensendis tamen vita & scriptis longe breuior est Vossio, immo multos intermiscet, qui historici non sunt. Singula quidem in maiori opere exponere constituerat, quod tamen ab eodem præstitum non fuit. Post hunc idem egit CHRISTOPHORVS SANDIVS, cuius *notæ & animaduersiones* in *Gerardi Ioannis Vossii libros tres de historicis latinis* prodierunt *Amstelodami 1677. 12.* Sed tam longus est historicorum numerus, vt vtrorumque labores facile adhuc possint suppleri. BERNHARDVS MALLINCKROT *paralipomenon* edidit *de historicis græcis*, horum centurias quinque ordine alphabetico addens, *Coloniæ 1656. 4.* licet in iisdem recensendis tam prolixus non sit ac *Vossius.* Hos *triumuiros*, addita NOGAROLAE Comitis *Epistola*, de *viris illustribus genere Italis, qui græce scripserunt*, iunctim edidit, cum Præfatione, de re literaria immortaliter meritus B. IOA. ALBERTVS FABRICIVS hoc

elogio: *Supplementa & Obſeruationes ad Voſſium de hiſtoricis græcis & latinis, Hamburgi 1709. 8.* qui & *Conſpectu Theſauri Litterarii Italiæ p. 11.* adnotauit: CHRISTIANVM GRYPHIVM in Epiſtola ad *Polycarpum Lyſerum* teſtatum, ſe plus quam *quadringentos hiſtoricorum latinorum* annotaſſe, quos *Voſſio* obſeruatis adiungeret. Sed nec illi, nec alii *trecentis* plures, quos SANDIVS profeſſus eſt ſe *Voſſio* addendos collegiſſe publicis vſibus tractandos, ſe obtulerunt; non magis quam LVDOVICI IACOBI a S. CAROLO *Paralipomena de Hiſtoricis latinis & græcis;* vel ad *Græcos* Voſſii *hiſtoricos* THOMAE REINESII *Supplementa*, aut LVCAE HOLSTENII, quæ is quodam tempore, *Iſaaco Voſſio*, filio, Romæ præſens, monſtrauit. Præclaræ autem, eodem *Fabricio* iudice ſunt, expreſſæ formis *Acceſſiones obſeruationesque* diligentes & accuratæ, quæ de *hiſtoricis Italis, qui latine ſcripſerunt*, ad *Librum* Voſſii *Tertium*, publicatæ ſunt nobiliſſimo atque eruditiſſimo Viro APOSTOLO ZENO auctore in *Diario eruditorum Italiæ*, Tomo IX. p. 132. ſeqq. atque inde in Tomis ſingulis vsque ad *duodetrigeſimum* exceptis *XXV.* & *XXVII.* Nec contemnenda, quæ ad *Voſſii hiſtoricos latinos* obſeruauit in *Bibliotheca* ſua *Fabriciana* B. IOA. FABRICIVS Theologus Helmſtadienſis, *Tomo II.* p. 478. - 501. Huc pertinent, *Hiſtorici, Chronologi & Geographi*, collecti opera & cura MARTINI ZEILLERI, cuius opuſculi Pars I. & II. *Vlmæ 1652. 8. III. & Vltima* ibid. *1657. 8.* prodierunt, ordine Alphabetico, varios ſcriptores hiſtoricos commemoratos, exhibentes. Hiſtorici ſtudii cultoribus inſigniter quoque commendanda, quæ ſtudio & labore B. IOANNIS HÜBNERI, obſtetricantibus B. IOAN. ALBERTO FABRICIO, cele-

celeberrimoque Viro MICHAELE RICHEY, aliis, collecta est, lingua germanica *Hamburgische Bibliotheca Historica*, *X. centuriis* exhibita, cuius *Prima Lipsiæ 1715. Secunda* ibid. *1716. Tertia 1716. Quarta 1717. Quinta 1717. Sexta 1718. Septima 1719. Octaua 1720. Nona 1729. Decima 1729. Supplementa* vero quædam, cum *Indicibus*, 1729. Lipsiæ omnes in 12. prodierunt, selectissimosque scriptores historicos, breuiter quidem, sed accurate & eleganter, addito de vita studiisque auctorum breui indicio, exhibent. Leuis momenti est PAVLI BOLDVANI *Bibliotheca historica, Lipsiæ 1620. 4.* ex catalogis nundinarum depromta, & non nisi titulos librorum recenset. Eiusdem farinæ est GEORGII DRAVDII *bibliotheca historica*, quæ in bibliotheca eiusdem classica continetur. IOANNIS HENRICI BOECLERI *de Scriptoribus græcis & latinis* commentatio postuma, *Argentorati 1674. 8.* omnis generis Scriptores quidem ab Homero vsque ad initium sec. XVI. complectitur, potiores tamen sunt historici. Vtilis maxime est, vt Scriptores secundum secula exinde dignoscere discamus. Prodiit postea *Bibliographia Historico - Politico - Philologica, Germanopoli 1677. 8.* quæ Collegium sistit a *Bœclero* Argentorati olim habitum, quod post mortem eiusdem ab *anonymo* quodam fuit editum. Videmus in eodem scriptores non solum disciplinarum recensitos, sed etiam scriptores historiæ particularis secundum terras suas digestos, nonnunquam addita iudicia, certe non leuia. Dolendum tamen, tam vitiose esse editam, multis enim tum in auctoribus, tum in librorum titulis deprehendere licebit næuos. Hoc quidem non vitio auctoris, sed vitio describentium, prout in collegiis fieri solet. Addita quoque est *Bosii* diatribe

de *eloquentia & prudentia ciuili*, ſub titulo: *Bibliotheca politica contracta*, quæ non ſine bile Hæredum Boſianorum ſæpius etiam corrupte fuit edita. Integram demum, emendatam multo labore exhibuit, Bœclerianam hanc *Bibliographiam Criticam*, acceſſionibusque ex reliquis ſcriptis Bœclerianis auxit, eruditaque Præfatione ornauit, animaduerſiones & indices adiecit IO. GOTTLIEB KRAVSE *Lipſiæ 1715. 8.* Ad ſupplendos iam commemoratos faciunt MARTINVS HANCKIVS *de ſcriptoribus Romanis atque Byzantinis*, aliique de *hiſtoricis* gentium ſingularum Scriptores, & cumprimis Viri de re bibliothecaria & literaria immortaliter meriti IO. ALBERTI FABRICII *Bibliothecæ Tres* 1.) *Bibliotheca Græca* Libris Sex, *Voluminibus XIV. Hamburgi* ab An. *1705.* ad a. *1728.* 4. edita; 2.) *Bibliotheca Latina* poſt aliquot editiones *Hamburgi 1721. 1722.* 8. tribus Voluminibus & 3.) *Bibliotheca mediæ & infimæ latinitatis*, cuius *Volumen Primum*, Libros I. II. III. Literasque A. B. C. complexum *Hamburgi 1734. 8. Volumen Secundum* Libros IV. V. VI. Literas D. E. F. *Hamburgi* 1734. *Volumen Tertium* Libros VII. & VIII. Literas G. H. *Hamburgi 1735. Volumen Quartum* Libros IX X. & XI. Lit. I. K. L. *Hamb. 1735.* & *Volumen Quintum*, Libros XII. XIII. XIV. XV. Literasque N. O. P. complectentes prodierunt. Quibus in voluminibus hiſtoricos præ reliquis diligentius commemorat Voſſium ſuppleturos. Dolendum, virum diligentiſſimum operi perutili, immortuum. Maioris operis prodromum exhibet LVDOVICI ELLIES DV PIN *Bibliotheque vniverſelle des Hiſtoriens*, *Amſtelodami*, *1708. 4.* excuſa *Tomum Primum* exhibens. Ad ſupplendam quoque hiſtoricorum notitiam egregie facit

CHRI-

CHRISTIANI GRYPHII *Apparatus*, siue *Dissertatio Isagogica de Scriptoribus historiam Seculi XVII. illustrantibus Lipsiae 1710. 8.* post fata viri hisce in rebus versatissimi, qui optimos libros accurate legerat, editus.

§. II.

Pergimus ad illos, qui *Vitas Historicorum* scripserunt, vbi primum memorandi, qui *vitas antiquorum* recensuerunt. *Vitam T. Liuii* Patauini dedit IACOBVS PHILIPPVS THOMASINVS, *Amstelodami 1670. 12.* Elegantissima est RENATI RAPINI *comparatio Thucydidis & Liuii*, quae gallice prostat *Parisiis 1681. 12.* in qua tum virtutes, tum naeui horum describuntur. Eosdem secutus fuit DANIEL GEORGIVS MORHOFIVS *de Patauinitate Liuiana*, *Kiloni 1684. 4.* in quo tractatu etiam de vrbanitate & peregrinatione sermonis latini vniuerse agitur. Pertinent huc *Annales Velleiani*, *Quintiliani*, *Statiani*, consignati ab HENRICO DODWELLO, *Oxoniae* e Theatro Scheldoniano, *1698. 8*, e quibus Velleiani potissimum huc faciunt, quos operibus Velleii praefixit Charlettus, *Oxoniae 1693. 8.* ex quibus veram vitae Velleianae haurimus Chronologiam. De *Ammiani Marcellini vita*, *scribendi genere & libris* in praefatione sua ad Ammiani opera docte egit HENRICVS VALESIVS, *Parisiis 1681. f.* Vt taceam generales istos vitarum scriptores, vel collectores, qui hinc inde multa inserunt *de scriptoribus Historicis*, de quibus tamen in capite quarto introductionis ad rem literariam, fuit dictum.

§. III.

Recentiorum historicorum vitas plures scripserunt. PAVLI siquidem IOVII extant *vitae Il-*

 lustrium

lustrium virorum Tomis duobus, *Basileæ 1578. f.* quibus de multis *Italiæ historicis* agit, in quos tamen non omnes æquum se exhibet. De *Anglis* Scriptoribus idem præstitit auctor H. H. siue HENRICVS HOLLAND, *Heroologiæ Anglicanæ*, qua continentur effigies, vitæ & elogia clarorum ac doctorum aliquot Anglorum ab anno 1500. ad 1620. *Londini* siue *Arnhemii* 1620. *f.* quæ ob effigies nitidissimas, & multa singularia, de Principibus etiam apud Anglos viris æstimantur. IOANNES IACOBVS BOISSARDVS *Bibliothecam* exhibuit, seu thesaurum virtutis & gloriæ, in quo illustrium eruditione & doctrina effigies & vitæ continentur, *Francofurti 1627. 4.* Speciales quasdam celebriorum historicorum vitas quoque habemus descriptas. *Poggii Bracciolini* Florentini Vita, auctore IOANNE BAPTISTA RECANATI Patricio Veneto, præclare scripta, præmissa Historiæ Florentinæ Poggianæ latine ab eod. *Recanato* 1715. 4. editæ, & in *Tomo XX. Muratoriano* p. 164 *Aeneæ Syluii*, post *Pii Papæ II.* Vita, per PLATINAM; IOANNEM STELLAM; IOANNEM TRITHEMIVM, & maxime per IOANNEM ANTONI. CAMPANVM episcopum Aretinum exarata, comparet in fronte *Operum* Aeneæ, *Basileæ 1571. f* editorum, quæ & inter *Vitas Virorum illustrium* a *Ioanne Fichardo*, Francofurti 1556. 4. editas comparet. *Beati Rhenani*, Seleſtadienſis, *Vita*, a IOANNE STVRMIO eleganter conſcripta, præmiſſa *Beati Rerum Germanicarum* Libris tribus Editionis *Argentoratensis*, *Zetzneri* 1610. 8. De *Bilibaldi Pirckheimeri* Vita, Commentarium singularem composuit CVNRADVS RITTERSHVSIVS Iurisconsultus elegantissimus, qui præmissus *Operibus Pirckheimerianis*, curæ Goldasti *Francofurti 1610. f.* editis. *Ioannis Auentini* Vitam HIERONY-

RONYMVS ZIEGLERVS breuiter exposuit, præmissam *Annalibus Boicis*; aliam exhibuit vir doctus, cuius nomen initialibus *G. A. H.* literis exprimitur, quæ in noua *Auentini* editione cura B. *Gundlingii Lipsiæ* 1710. f. edita, comparet. ALOYSII LOLLINI Vita *Andreæ Mauroceni* Historici Veneti, magni nominis; & THOMAE SMITH Vita *Roberti Cottoni*, insertæ sunt *Vitis selectis* editore *Christiano Gryphio Vratislauiæ 1711. 8.* iunctim impressis. De *Ioannis Cuspiniani* vita, quæ sibi comperta erant, annotauit NICOLAVS GERBELIVS, *Phorcensis*, quæ præmissa comparent Cuspiniani *Cæsaribus & Imperatoribus*, *Francofurti*, typis Wechelianis *1601 f.* editis IACOBVS AVGVSTVS THVANVS summus historicus, de *Vita sua Commentariorum Libros Sex* condidit, præclaros illos, rebusque maxime memorandis plenos, qui recentioribus *Thuani* editionibus additi. Diligentissimi Viri *Melchioris Goldasti Haiminsfeldii*, Vitam multa cura eleganter ac copiose exposuit clarissimi Vir nominis HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERGIVS, nouæ quam procurauit Scriptorum Rerum Alamannicarum editioni, præfixam. *Georgii Spalatini Historiam vitæ*, Præside CASPARE SAGITTARIO ex monimentis editis & manu exaratis curatissime latine exposuit CHRISTIANVS SCHLEGELIVS *Ienæ 1693. 4. Vitam Hermanni Hamelmanni* germanice consignauit IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS *Quedlinburgi 1720. 4. Vitam Nicolai Rigaltii* PETRVS PVTEANVS, *Parisiis 1652. 4. Vitam & mortem Guilielmi Cambdeni* descripsit THEGOREVS WHEAR, *Oxonii 1628. 8.* HADRIANVS VALESIVS fratris *Henrici Valesii.* Quæ tres Vitæ descriptiones cum aliis aliorum, qui locum inter historicos habent, extant quoque

in GVILIELMI BATESII *Vitis selectorum aliquot virorum*, *Londini 1681. 4.* editis. *Claudii Fabricii Peirescii* Vitam elegantissime scripsit PETRVS GASSENDVS, *Hagæ 1651. 12. & 1655. 4.* *Vita Patris Pauli* ordinis Seruorum, Historici cordati, Vita di Padre Paolo Sarpi primum prodiit *Venetiis 1658. 12.* gallice, *La vie du Pere Paul Sarpi*, *Amstelodami 1663. 12.* post latine versa, atque præfixa est recentiori editioni *Lipsiensi* historiæ eiusdem concilii Tridentini. Egregia est *vita Thomæ Smithi*, anglice *Londini 1628. 8.* qua multa quoque quæ ad Statum literarium, religionis & politicum sub Eduardo VI. & Elisabetha apud Anglos gesta fuere, accurate exponuntur. Secuta est alia *Ioannis Miltoni*, *Londini 1699. 8.* cujus auctor licet nomen non professus, est IOANNES TOLANT, Hibernus. In hac specialis vitæ & scriptorum *Miltoni* reperitur recensio, characteres morum indicantur, controuersia eiusdem cum Salmasio, occasione regicidii explanatur, atque plura tractantur memorabilia. Refutationem huius libri in quibusdam suscepit auctor anonymus, qui scripsit *remarcks of the Lif Mr. Milton*, cui tamen Tolantes in libro quem inscripsit *Amyntor*, respondet. Nec dubitandum, plures adhuc speciales scriptorum superesse vitas, quæ partim horum operibus præmissæ, partim vero separatim extant, facile tamen poterunt continuari. Plures & veterum & recentiorum Historicorum Vitas Disputationum academicarum forma, exhibuit DANIEL WILHELMVS MOLLERVS Professor Altorfinus ab a. 1673. vsque ad a. 1712. quarum seriem exhibet *Bibliotheca Historica Hamburgensis* Cent. II. A. 56. p. 218. e. gr. *Auentini*, *Bonfinii*, *Carionis*, *Naucleri*, *Platinæ*, *Sabellici*, *Sleidani*, aliorum. IACOBVS LONGVS

(le

(le Long) *Bibliothecæ Historicæ Francicæ L. IV. Art. III. p. 879.* seq. plures historicorum Franciæ *Vitas* indicauit &, operi huic subiecit: *Memoires historiques sur quelques Historiens modernes de France*. quibus exponuntur vitæ 1) *Bernard de Girard Seigneur du Haillan*; 2) *François de Belleforest*. 3) *Jean de Serres*; 4) *Andre du Chesne*; 5) Fratrum *de Sainte-Marthe*; 6) *Scipion du Pleix*; 7) *Philippe Labbe*; 8) *le Laboureur*; 9) *Domini Godefroy*; 10) *François Eudes Sieur de Mezeray*; 11) *Antoine Varillas*; 12) *Gatien de Courtilz*.

§. VI.

Methodos legendi, scribendi, docendique historiam plures sunt, qui dederunt. *Antiquiores* eruditeque scriptos plerosque collegit IOANNES WOLFIVS, de Tabernis montanis, Philippi Ludouici Comitis Palatini & Caroli Marchionis Badensis Consiliarius, hosque excudendos dedit *Petro Pernæ* typographo Basileensi docto, qui eosdem edidit sub elogio: *Penus artis historicæ*. Prodiit utilis hæc collectio *Basileæ 1574. 8.* 2. Voll. *ibid. 1576. 8.* quæ XIII. saltim opuscula habet, & *Basileæ 1579. 8.* quæ mihi ad manus, in qua hac serie comparent selecti hi scriptores: Primo quidem Tomo continentur: 1) IOANNIS BODINI *Methodus historiarum*; edita alias *Parisiis 1569. 4. ibid. 1572. 8. Argentorati 1598. 12. Amstelodami 1640. 12.* & alibi. 2) FRANCISCI PATRITII *dialogi X. de historia*, *Ioa. Nicolao Stupano* Rhæto interprete; 3) IOANNIS PONTANI *de historia* per modum Dialogi scriptus libellus, editus italice *Venetiis 1560. 4.* 4) FRANCISCVS BALDVINVS *de historia vniuersa & eius cum Iurisprudentia coniunctione*, prodiit quoque *Parisiis 1561. 4.* 5) SEBASTIANI FOXII *de historica institutione liber*, 6) IOANNIS ANTO-

ANTONII VIPERANI excuſus *Antwerpiæ 1569. 8. de ſcribenda hiſtoria liber*, 7) FRANCISCVS ROBORTELLVS *de hiſtoria*, 8) DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *de Thucydidis hiſtoria iudicium* interprete ANDREA DVDITIO cum ipſius *præfatione*. Secundus Tomus habet 1) CHRISTOPHORI MILAEI *libros V. de Vniuerſitatis rerum hiſtoria* editos *Florentiæ 1548. 4.* & *Baſileæ* ex officina *Ioa. Oporini 1551. f.* 2) VBERTVM FOLIETAM *de ratione ſcribendæ hiſtoriæ*, qui libellus alias editus *Romæ 1574. 4.* 3) DAVIDEM CHYTRAEVM *de lectione hiſtoriarum recte inſtituenda*, excuſus ſæpe & *Argentorati 1563. 8. Roſtochii 1567. 8.* 4) LVCIANVM SAMOSATENSEM *de ſcribenda hiſtoria*, 5) SIMONEM GRYNAEVM *de vtilitate legendæ hiſtoriæ*, 6) CAELII SECVNDI CVRIONIS *de hiſtoria legenda ſententiam*, 7) CHRISTOPHORI PEZELII orationem *de argumento hiſtoriarum & fructu ex earum lectione petendo*, 8) THEODORVM ZWINGERVM & 9) IOANNEM SAMBVCVM *de hiſtoria*, & denique ANTONII RICCOBONI *de hiſtoria*, Librum, editum olim *Venetiis 1568. 8.* cum fragmentis Hiſtoricorum veterum Latinorum. Qui tamen Riccoboni liber, aliis typorum formis *Baſileæ 1579. 8.* excuſus ſingillatim editus, quoque comparet. De his, aliisque iudicium fert, ſed de addictis Proteſtantium ſacris ſæpe inique ſentit ANTONIVS POSSEVINVS S. I. *Apparatu ad omnium Gentium hiſtoriam*, qui *Venetiis 1597. 8.* & ibid. *1602. 8.* editus. Separatim extant varii huius argumenti alii libri omnes non ſine fructu, ſi quidem hodie lectores inueniant, conſulendi, nempe MORZILLVS *de hiſtoriæ inſtitutione, Pariſiis 1557. 8.* IOANNES BERNARTIVS *de vtilitate legendæ hiſtoriæ*, *Antwerpiæ 1593. 8.* MICHAELIS ROVTARTII *Oculus hiſtoriæ ſeu Iſagoge*

goge historica Bruxellis 1659. 12. De conscribenda historia Dialogum uti appellat, condidit VENTVRA COECVS, Bononiensium auspiciis publice humaniores literas profitens, *Bononiae 1563. 4.* IOA. COSTA *de conscribenda rerum Historia, Caesar Augustae 1591. 4.* PAVLVS BENIVS *de historia Venetiis 1607. & 1611. 4.* REINERI REINECCII *methodus legendi, cognoscendique historiam sacram & profanam, Helmstadii 1583. f.* quae generalis est, & non historiam solum vniuersalem, sed etiam chronologiam, geographiam, historiam ecclesiasticam & scholasticam, genealogiam & quid sub quauis parte contineatur, delineans, nequaquam vero ordinem legendi historias praescribens. Elegans & lectu dignissima est eiusdem oratio *de historia eiusque dignitate,* quae cum superiore extat, & separatim quoque edita *Francofurti* apud *Andream Wechelum 1580. f.* sed nec ista methodum docet, potius historiae dignitatem illustrat exemplis maxime principum virorum atque heroum, qui, vel ipsi rerum gestarum annales composuerunt, vel eos, qui talia fecerunt, summo in pretio habuerunt. Praeclarum scriptum est ANDREAE FRANCKENBERGERI, *qui institutiones antiquitatis* edidit *& historiarum, Wittebergae 1586. 8.* in quarum tribus primis libris de iudicio & selectu auctorum erudite agit, quid ad historicum requiratur, declarat, historiae antiquae, partim etiam nouae scriptores ad regulas istas examinat, & quis verus finis sit historiae, imitatio scilicet virtutis, emendatio vitae & consolatio in aduersis, exponit. FRIDERICVS TILEMANNVS elegantem publicauit discursum *de historiarum delectu, Wittebergae 1597. 8,* in quo praecipue certas regulas praescripsit de quouis scriptore iudicandi. THOMAS BONIVS Lucensis, Academiae ciuium Vene-

Venetorum Rector, & ſacræ Theologiæ Doctor, quoque *de hiſtoria libros* ſcripſit, *Venetiis 1607. 8.* quorum primo libro agit de hiſtoria in genere, & hiſtorici quo ordine legendi, altero agit, quomodo comparatus eſſe debeat, qui hiſtoriam ſcribere adgreditur: in vtroque vero eſt breuiſſimus, neque omnia ſatis implet. Sic etiam multa de hiſtoricis iudicia habet SEBASTIANVS MACCIVS libris III. *de Hiſtoricis*, *Venetiis 1613. 4.* ſed abſurda ſunt & inania. BARTHOLOMAEVS KECKERMANNVS quoque de *natura & proprietatibus hiſtoriæ* commentationem edidit *Hanouiæ 1610. 8.* AVGVSTINVS MASCARDVS doctus Italus *de arte hiſtorica* italice ſcripſit *Romæ 1626. 4. & Venetiis 1655. 4.* eleganter, ſed prolixe nimis. Supplementum ad illam ſcripſit italice PAVLVS PIRANVS, *Venetiis 1646. 4.* GERARDI IOANNIS VOSSII *de arte hiſtorica*, *Liber*, *Lugduni Batauorum 1653. 4.* egregius eſt, in quo hiſtoriæ & hiſtorici naturam, Hiſtoriæque ſcribendi præcepta elegantiſſime declarat, vitia & virtutes antiquiorum hiſtoricorum examinat. Ex Gallis multi de hoc argumento expoſuerunt, & rationem ſcribendi, docendi, diſcendique hiſtorias, commonſtrarunt, nimirum: *le* ROY *des Vertus & des Vices de l' Hiſtoire & de la Maniere de bien écrire*, *Pariſiis 1620. 4.* Dominus *de la* MOTHE *le* VAYER *Diſcours de l' Hiſtoire Pariſiis 1638 8.* atque inter *opera* ſummi Viri *f.* & *12.* edita. *P. le* MOYNE *de l' Hiſtoire* libellus, *Pariſiis 1670. 12. de* SILHON *de la maniere d' écrire l'hiſtoire*, *Pariſiis 12. de* CORDEMOY *de la maniere d' écrire l' hiſtoire*, Hiſtoriæ ipſius *Francicæ* inſertus eſt hic libellus. Le Pere RAPIN *Inſtructions ſur l' Hiſtoire*, Pariſiis 12. editæ ceterisque viri elegantis *Opuſculis* inſertæ, Circa methodum cautiones dant: Le P.

MENE-

MENETRIER opusculo, inscripto: *Les divers caracteres des Ouvrages historiques, ou Introduction à la lecture de l' histoire, à Lyon 1694. 12.* PIERRE DROIT *de* GAILLARD *Methode qu'on doit tenir en la lecture de l' Histoire, Paris, 1664. 12.* *Le Pere* THOMASSIN *Methode pour étudier chretiennement des Historiens*, Paris, *1683. 1690. 12. 2.* Voll. His certe præstat cultoribusque studii historici maxime commendanda METHODE *pour étudier l' Histoire* par Mr. l' Abbé *Langlet* du FRESNOY, quæ primum *Parisiis* gallice prodiit *1713 12.* adiecto historicorum catalogo. Eandem, *gallico idiomate* recudi fecit, Catalogumque historicorum quod ad res Germanicas cumprimis auxit & emendauit ill. IOA. BVRCARDVS MENCKENIVS *Lipsiæ 1714. 8.* idem de re literaria immortaliter meritus vir in germanicam translatam linguam dedit *Lipsiæ 1718. 8.* in qua librorum historicorum series insigniter aucta pluresue errores sublati, quæ editio recensita catalogusque suppletus *Actis Eruditor. Germ. Lips.* P. LVII. p. 691. *Italica* versio curis *Ioannis* COLETI hoc titulo edita: *Langlet di* FRESNOY *Metodo per istudiare la Storia, accresciuto per* Giamburcardo Menckenio *e ampliato delle Storie d' Italia*, Venezia *1726. in 8.* *Anglicam* curauit versionem, RICHARD RAWLINSON, quam non vidi. Nouam plenioremque editionem, vt nouum veluti opus exhibeat, quod ad Isagogen & Catalogum ipse *Auctor* curauit, hac inscriptione: *Methode pour étudier l' Histoire par Mr.* l' Abbé LANGLET du FRESNOY. *Nouvelle edition augmentée & ornée de Cartes Geographiques* à Paris, *1729. 4.* IV. Voll. & iterum à Paris *1734. 4.* quam editionem, dum hæc scribo, *Batavi* IV. in *12.* Voluminibus recudunt. Facit huc *kurze Einleitung zu den vier vornehmsten Quel-*

Quellen der Historie, auctore AVGVSTO FRIDERICO de ZANTHIER *Lipsiae* & *Goslariae 1730. 8.* quo de scriptoribus historicis, inscriptionibus, nummis & diplomatibus, quaedam annotauit. Praeclarus IOANNIS est EISENHARTI *de fid' historica* commentarius, cui accessit oratio de coniungendis iurisprudentiae & historiarum studiis *Helmstadii 1702. 8.* ex editione secunda, in quo historiam non in fama & notorio, sed in iterata scriptorum coaeuorum adprobatione consistere accurate deducit. Eundem tamen in multis notauit CHRISTIANVS THOMASIVS in dissertatione sua *de fide iuridica*. Idem argumentum tractarunt B. IOA. BVRCHARDVS MENCKENIVS Diss. *de eo, quod iustum est, circa testimonia Historicorum, Halae 1701. 4.* & inter *Dissertationes* eius *Academicas* in 8. n. V. atque CAROLVS OTTO RECHENBERG *Dissertatione de autoritate Historiae in probandis Quaestionibus Iuris & facti, Lipsiae 1709. 4.* De *Pyrrhonismo historico* BVRCARDI GOTTHELF STRVII plenum bonae frugis extat Programma *Ienae 1705. 4.* atque elegans & erudita sane FRIDERICI GVILIELMI BIERLINGII Commentatio, cui alia de *Iudicio historico* accesfit, utraque edita *Lipsiae 1724. 8.* De *corrupto Historiarum studio* monita quaedam consignauit commentatione singulari GOTHOFREDVS ARNOLDVS Professor tum Giessenus in 4. *Vitia* vero *Historicorum* aperuit doctissimo Programmate BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, *Ienae 1705.4.* De *modestia historico in censuris Principum obseruanda* Discursu politico egit IOACHIMVS CHRISTOPHORVS NEMEITZ, Londini (Scanorum) *1709. 8.* Vsum lectionis historicae in primis moralem & politicum varii commonstrant, nimirum Abbas Gallus elegans *de* S. REAL *de l' usa-*

l'usage de l'histoire, Paris 1672. 12. inter cetera eius Opuscula miscella (*Oeuvres melées*) quem libellum & *du Fresnoy Methodi* Libris adiecit. Idem perbelle variis exemplis historiæ maxime antiquæ fecit amœno libro, ROLLINVS (Rollin) qui inscribitur: *de la maniere d' enseigner & d' étudier les belles lettres*, qui *Amstelodami 1736 12.* IV. Voll. recusus. Ex *Italico* translatus prodiit libellus: *Raisonnement über die Historie und deren Gebrauch, nebst der Historie des Augusti. 1707. 8. De eo, quod diuinum est in Historia ciuili*, Dissertatione, quadam annotauit FRIDERICVS WILHELMVS BIERLINGIVS. *Rintbelii 1700. 4.*

CAPVT SECVNDVM

DE

FONTIBVS HISTORIARVM, SCRIPTORIBVS ANTIQVIS ET RECENTIORIBVS MONARCHIÆ, ASSYRIORVM ET PERSARVM.

I. *Scriptores de Monarchia Assyriorum antiquiores.*
II. *Scriptores recentiores.*
§. III. *Scriptores de rebus Medo-Persicis antiquiores.*
§. IV. *Scriptores recentiores.*

§. I.

MOSEN, Historicorum antiquissimum esse, res indubia est. Iste quidem in historia creationis, statu Patriarcharum, peregrinationibus Israelitarum multam eam præfert, in rebus vero Gentium exteram eius est. Antiquissimi sunt scriptores, qui res

primæ Monarchiæ descripserunt, BEROSVS, CTESIAS, MEGASTHENES. Horum tamen non nisi fragmenta, atque scripta suppositicia supersunt. BEROSVS quidem, sacerdos Babylonius, tribus Libris *Babylonica* condidit, siue *Chaldaica*, quibus etiam Assyriorum, atque Medorum res complexus est, sed non nisi Fragmenta supersunt, quæ seruauit *Iosephus libro I. contra Apionem & Libro I. Antiquitatum Iudaicarum cap. V.* IOANNES ANNIVS quidem, Viterbiensis monachus, illudere hominibus voluit, dum sub BEROSI nomine scripta ederet, quæ ipsius esse venditauit, sed nugæ sunt, & sola hominis figmenta. Prodierunt autem *Annii Antiquitatum variarum Volumina XVII. Parisiis 1512. f.* ex Ascensiana, inde cura *Godofredi Torini. 1510. 4* & mox additis similis argumenti libellis hoc quo recensemus titulo, post recusa sub *Historiæ antiquæ* elogio ex *Bibliopolio Commeliniano 1599. 8 & Wittebergæ 1612. 8.* in hac continentur: *Berosi antiquitatum totius orbis Libri V, Manethonis supplementorum ad Berosum liber I, Xenophontis æquiuoca, Fabii Pictoris de aureo seculo & origine vrbis Romæ libri II, Myrsili Lesbii de bello Pelasgico liber, M. Catonis fragmenta de Originibus, Antonini Pii itinerarium, C. Sempronius de diuisione Italiæ, Archilochus de temporibus, Megasthenes de iudiciis temporum & Annalium Persarum, Philonis Iudæi breuiarium de temporibus.* In Editione, quam ego, qui supplementa curaui anno *1599. 8.* edita, in manibus habeo, hæc quidem scripta exhibentur, sed alio ordine, accessit *Gasparis Varrerii Censura in quendam auctorem, qui sub falsa inscriptione Berosi Chaldæi circumfertur*, quæ censura *Romæ 1565. 4.* iam edita. In *Wittebergensi* editione, quam adduxi, his addita: IOANNIS ANNII *de Etrusca simul & Italica Chronogra-*

nographia Liber I. CL. MARII ARETII de *situ Insulæ Siciliæ* Liber I. *Eiusdem*, *Dialogus in quo Hispania* describitur, & IOANNIS ANNII *de primis temporibus & quatuor ac viginti regibus Hispaniæ & eius antiquitate* Liber I. Tantum adplausum hæ antiquitates inuenerunt, vt in omni fere historia fidem mererentur apud plerosque: Hispanicarum plerumque rerum Scriptores *Berosi* & *Annii* fidem quam sæpissime fuerunt secuti. Vbi tamen a nugis sapere cœperunt eruditi, hæcce *Annii* esse figmenta probe adgnouerunt. Optimum est *Ludouici Viuis* testimonium, quod de *tradendis disciplinis* lib. V. habet p. 507. vbi ait: *libellus circumfertur Berosi Babylonii titulo, sed commentum est, quod indoctis & otiosis hominibus mire adlubescit: cuiusmodi sunt Xenophontis æquiuocatum, Archilochi, Catonis, Sempronii & Fabii Pictoris fragmenta, quæ eodem sunt libro ab Annio Viterbiensi conferruminata, commentisque reddita magis ridicula: non quin insint in illis quædam vera, (nam alioqui fontem non haberet narratio,) sed ipsum historiæ corpus commentitium est: nec illius, cuius titulum mentitur. Manethon Aegyptius & Metasthenes Persa ex Eusebio sunt desumti.* Quare etiam *Andreas Schottus* in *Bibliotheca sua Hispanica p. 354.* atque alii, quos indicauimus in Dissertatione *de doctis impostoribus* operosi sunt in detegenda Annii impostura. CTESIAE *Assyriaca* interiere, de Persicis non nisi pauca supersimt fragmenta. His igitur deficientibus vtimur DIODORI SICVLI *Bibliotheca Historica*, quæ græce & latine prodiit cura *Laurentii Rhodomanni*, *Hanouiæ* 1604. *f.* apud Wæchelios. Opus triginta est annorum, cuius ex XL libris, XV. tantum habemus perstites. Quid tractauerit ipse testatur in præfatione, dum ait: *ex libris nostris primi quidem*

 sex

ſex continent res ante Troianum bellum geſtas, eaque quæ fabulis de ſeculo iſthoc prodita fuerunt, horumque priorum tres Barbarorum, proxime ſequentes Græcorum antiquitates continent. In ſequentibus vndecim, res vbique locorum geſtas aut bello Troiano vsque ad Alexandri interitum deſcripſimus. Quinque priores quidem libros ſuperſtites habemus, non autem ſequentes quinque, quibus memoria regnorum Orientis pertractatur. Illi quidem ad enodandas de diis fabulas atque genealogias, explicandamque veterum Geographiam faciunt. Reliqui qui ſuperſunt, res Græcorum tum populorum, tum Alexandri M. & ſucceſſorum egregie illuſtrant. Sæpius tamen in chronologia & computandis Olympiadum annis, Romanorumque magiſtratibus labitur. Immo etiam fides eiusdem quandoque, vbi fidem Cteſiæ ſequitur, in rebus antiquioribus vacillat. Fragmenta quædam L. VI. L. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXXIV. XXXVI. XXXVII. ex Collectaneis Conſtantini Auguſti Porphyrogenetæ, græce & latine inter alia edidit HENRICVS VALESIVS *Pariſiis 1634. 4.* Gallicam *Diodori* eamque accuratam & nitidam verſionem dedit Abbas TERRASSON *Paris 1737. 12.* Ad Chronologiam indagandam facit ex antiquioribus EVSEBIVS in *Chronico*, quod cum vaſto Ioſephi Scaligeri commentario prodiit *Amſtelodami 1658. f.* Huic iungendus quoque eſt GEORGIVS SYNCELLVS, qui Iulii Africani & chronographorum fragmenta ſeruauit atque *Chronographiam* ſuam deduxit ab Adamo vsque ad Diocletianum, *Pariſiis 1652. f.* ex typographia regia.

§. II.

Ex his *antiquiorum* fontibus ſua hauſerunt *recen-*

Recentiores, quos inter præſtant NICOLAI GÜRTLERI Theologi Dauentrienſis, *Origines Mundi*, *Amſtelodami 1708. 4.* Libris duobus, ſolide ac erudite expoſitæ, quorum priori res ab Orbe condito vsque ad exitum Iſraelitarum ex Aegypto; altero ad Saulis Regis vsque tempora enarrauit, omniumque hoc æuo in orbe florentium Regnorum, Rerum publicarum & Populorum, Migrationes, Duces, Deos, religionem, mores, inſtituta, res geſtas ſacras & ciuiles docte expoſuit. IOANNIS MARSHAMI *Canon Chronicus Aegyptiacus*, *Hebraicus*, *Græcus*, *Londini* primum *1672. f.* ſplendide & accurate editus, poſt *Lipſiæ 1676. 4.* accurate ſatis a docto viro procuratus, & demum ſed mendoſe ex parte *Franeckeræ 1696. 4.* Quo ſane nihil hac in re doctius vel vtilius. Non enim ſolum origines regnorum tradit, ſucceſſiones regum in regnis primæ & ſecundæ Monarchiæ, ſed etiam Canones chronicos ſolidiſſima eruditione illuſtrat. Genealogiam antiquiſſimorum Regum tradit REINERI REINECCII *Syntagma*, *de Familiis*, *quæ in Monarchiis Tribus prioribus rerum potitæ ſunt*, Quatuor Tomis complexum *Baſileæ* ex Officina *Henric. Petrina f.* Tomus Primus *1574.* editus, de Chaldæorum & Aſſyriorum origine, de Regnis Medorum & Perſarum, Regibus Macedoniæ, Alexandri M. Imperio, & Regnis Macedonicis Barbariſque inde ortis aliis, exponit, acceſſere Appendices binæ: De illuſtribus aliquot Regnis veteris Græciæ, & Inſularum adiacentium; *Tomus ſecundus eodem anno* impreſſus continet Hiſtoriam de Familiis duorum Aegypti Regnorum Battiadarum, Cyrenæorum & Dynaſtarum, Regum ac Pontificum Iſraeliticorum; *Tomus Tertius* refert Hiſtoriam & Genealogias Familiarum, quæ in Troiano & Latinis Regnis, hoc

eſt, Laurenti, Lauinienſi, Albano & Romano imperarunt, Addita Expoſitio de Familiis Regum Lydiæ *Tomus Quartus, Baſileæ* 1580. prodiit, quo pertractantur Regna in Græca & Latina Hiſtoria celebrata, hoc eſt, præter ea quæ Aſclepiadæ tenuerunt Sicyonium, Corinthiacum, Eleum, Aetolicum, Tyrrhenicum, Celticum, Celtibericum, Cretenſe, Spartanum, Meſſeniacum, Idumæum, additis ſingulis Tomis Tabulis Genealogicis. Opus ſane eſt ſummæ induſtriæ, ſed non vbique plenum propter rerum vetuſtatem & ſubſidiorum eo tempore defectum. Hunc laborem repetiit alio opere, quod inſcripſit *Hiſtoria Iulia* ſiue *Syntagma Heroicum*, cuius *Pars Prima Helmæſtadii* 1594. *f. Primam* Monarchiam ſiſtit. *Pars Secunda ibid.* 1595 *f.* edita, Monarchiam Secundam comprehendit; *Pars Tertia*, *ib.* 1597. *f.* Monarchiam Tertiam complectitur. Eadem in his Commentariis tradit, quæ tractauerat in priori, ſed mutato ordine, additis mutatis & omiſſis multis. Raro integrum inuenitur præclarum Opus. Huc faciunt, qui *Annales Eccleſiaſticos Veteris Teſtamenti* condiderunt omnes, vtpote IACOBI SALIANI, *Lutetiæ Pariſiorum* 1619-24. *f.* VI. Voll. & *ibid.* 1642. *f.* VI. Voll. AVGVSTINI TORNIELLI *Annales ſacri V. T Antwerpiæ* 1620. *f.* II. Voll. HENRICI SPONDANI *Epitome Annalium ſacrorum Coloniæ A.* 1640. *f.* quibus res Aſſyriorum, Babyloniorum, Perſarum, cum rebus ſanctioris coetus adnotarunt. CHRISTIANI SCHOTANI *Bibliotheca Hiſtoriæ Sacræ V. T. Franeckeræ* edita 1662. *f.* II. Voll. & qui accuratiores adhuc ſunt IACOBI VSSERII *Annales Veteris Teſtamenti*, *Londini* 1650. 1654. *f. Pariſiis* 1673. auctiores additis P. *Lubini Tabula Geographica*, *Vſſerii Chronologia Sacra* aliiſque *Bremæ* 1686. & *Genevæ* 1722. *f.* qui dum Annales ſcribunt V. T. rerum

rum Asiaticarum quoque & Aegyptiacarum historiam atque Chronologiam tradunt. In Chronologia accuratissimus est DIONYSIVS PETAVIVS, cuius *de Doctrina Temporum* Opus, *Parisiis* primum prodiit *1627. f.* post recusum est *Amstelodami 1704. f.* III. Voll. In hoc enim etiam Scaligerum saepius emendauit. Varias quaestiones circa successiones Regum Aegyptiacorum atque Assyriorum inter alia discussit NICOLAVS ABRAMVS in *Pharo Veteris Testamenti*, qui prodiit *Parisiis 1648. f.* non tamen vbique satis iuste. *De Asiae & Aegypti antiquissimis Dynastiis* HERMANNI CONRINGII solide scripta *aduersaria* extant *chronologica, Helmstadii 1648. 4.* in quibus non solum vanitatem priorum scriptorum arguit, sed etiam multa illustrat egregie, recusa sunt in *Syntagmate variarum Dissertationum rariorum*, quae prodierunt *Vltraiecti 1702. 4* *Assyrio - Chaldaeorum primordia* in erudita dissertatione exposuit CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, quae inter Opera eiusdem historico - politica *Berolini 1699. 4.* edita, prima est. De *genuina aetate Assyriorum & regno Medorum* VLRICI HVBERI *Dissertationes VII.* extant *Franeckerae 1663. 8.* quibus Ctesiae sententiam de mille sexcentis annis, quibus steterit Imperium Assyriorum, defendit. Hanc tamen CHRISTOPHORVS CELLARIVS V. C. in sua *Dissertatione de principio Regnorum & Rerum publicarum* refutare nititur, prodiit *Halae 1697. 4.* R. CVMBERLAND pererudite eruit *Origines Gentium antiquissimas or attempts for Discovering the Times of the First Planting of Nations, publish'd by* S. PAYNE, *Londini 1724. 8.* *Imperium Babylonis & Nini* ex monumentis docte eruit IOANNES FRIDERICVS SCHROEERVS, *Wittebergae 1726. 8.* Addatur

tur CASPARIS ABELII *Historia Monarchiarum Orbis antiqui, Lipsiæ 1715. 8.*

§. III.

In *Medo - Persarum* Historia primas facit HERODOTVS Halicarnasseus, pater dictus ethnicæ Historiæ. Huius *Historiarum Libri IX.* cum *Laurentii Vallæ* interpretatione latina, ab *Henrico Stephano* recognita & *Ctesiæ* quibusdam de rebus Persicis & Indicis, ex officina Stephani prodiere *Editione Secunda 1592. f.* & cum Spicilegio *Friderici Sylburgii, Francofurti 1608. f.* quæ Editio recusa *Geneuæ* apud *Paulum Stephanum 1618 f.* ita, vt fere paginæ paginis respondeant. Musarum nomina libris suis indidit, atque Historiam suam a Gyge, Lydorum Rege, per Medorum, Persarumque deducit tempora, vsque ad Xerxis fugam ex Græcia. Multum eidem in Persicis debemus, in rebus vero Aegyptiorum non vbique est accuratus. Fabulosas quasdam narrationes immiscet, in quibus autem vti ipse scribit, ad aliorum fidem se refert. Splendidiores sunt editiones, quas procurarunt *Thomas Gale, Londini 1679. f.* & *Iacobus Gronovius, Lugduni Batauorum, 1715 f.* Singulorum Herodoti Librorum contenta descripsit Whear sect VIII. Herodoto accesserunt Fragmenta CTESIAE *de rebus Persicis*, quæ cum *Agatharchidis Cnidii* & *Mnemnonis* fragmentis edidit quoque HENRICVS STEPHANVS *Lutetiæ Parisior. 1557. 8.* Ad hanc autem Historiam præter *Diodorum Siculum*, *Iustinum*, de quo infra, & Chronographos fa it quoque CORNELIVS NEPOS, *de Vitis Imperatorum Græcorum & Latinorum*, qui Græcorum cum Persis Bella per vitas illustrium descripsit. Perperam *Aemylio Probo* Theodosiani æui adscribuntur, cum stylus omnino æta-

no ætatem auream sapiat, qui simplex quidem est, sed purus & elegans. Optima est editio, quæ cum Commentariis *Dionysii Lambini* & variis *Guiberti Longolii*, *Hieronymi Magii* & *Ioannis Sauaronis notis* prodiit *Francofurti 1608 f.* apud hæredes Aubrianos. Hanc enim plerique recentiores editores fuere secuti. Ex Editionibus minoris formæ commendatissima est *Ioannis Andreæ Bosii*, cum *Lambini*, *Henrici Ernsti* aliorumque Notis, *Jenæ 1625. 8* melior est ea, quæ cura Georgii Casparis Kirchmaieri *Witebergæ 1665. 8.* prodiit. Communis vsus esse solet Editio, quæ cum breuibus Ioannis Henrici Bœcleri notis a Ioanne Vorstio, *Lipsiæ 1662. & 1669. 8.* edita. Elegantiores tamen cum ea, quæ cum tabulis Chronologicis ac geographicis a Christophoro Cellario edita *Lipsiæ 1689. 12.* tum, quæ *Oxonii 1687. 12.* lucem adspexit. Splendidissima, quam in vsum Delphini *Nicolaus Courtinus* edidit *Parisiis 1675. 4.* XENOPHONTIS *de Institutione Cyri s. Cyropædiæ* Libri VIII. non ad historiæ fidem scripti, sed ad effigiem iusti imperii, atque de *Cyri Expeditione* Libri VII. quæ extat inter cetera Opera, quorum optimæ Editiones, ex quas debemus *Ioanni Leunclavio*, *Francofurti 1596 f.* apud Wechelios, & alia *Parisiis 1625. f.* atque quæ cura *Eduardi Wells*, *Oxonii 1691. 1693. 1696. 1700. 1703. 8.* V. Voll. prodiit.

§. IV.

Ex recentioribus *Medo-Persarum initia* illustrauit accuratissime CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, Dissertatione quæ est secunda inter Opera historico-politica. IOANNES CHRISTOPHORVS ARTOPOEVS *diatribem* edidit *historicam de Xerxe*, *Nebucadnezare*, *Cyro minore*, *liberatore Judæorum*, *Argentorati 1689. 4.*

qua probare contendit, Nabuchodonoforum effe ipfum Xerxen, Cyrum minorem Darii nothi filium. Regimen vero, ritus & antiquitates Perfarum BARNABAS BRISSONIVS defcribit *tribus de regio Perfarum principatu Libris, Parifiis 1606. 4. Heidelbergæ 1595. 8.* & nouiter *Argentorati 1710. 8.* qui liber doctus quidem eft, fed fcientiæ politicæ exiguum fructum præbet.

CAPVT TERTIVM
DE
SCRIPTORIBVS MONARCHIÆ GRÆCORVM ET REGNORVM ASIATICORVM.

- §. I. *Scriptores antiqui de rebus Græcorum.*
- §. II. *Scriptores antiqui de Statu Græciæ liberæ.*
- §. III. *Curtii hiftoria Alexandri M.*
- §. IV. *Scriptores antiqui de Regibus Afiaticis.*
- §. V. *Scripta Ioannis Meurfii de rebus Græcorum.*
- §. VI. *Scriptores alii recentiores de rebus Græcorum.*
- §. VII. *Scriptores recentiores de hiftoria Regum Afiaticorum.*

§. I.

ANtiquiffima *Rerum Græcarum* fabula eft de *excidio Troiano.* De cuius Scriptoribus multis hic agere fuperuacaneum puto, cum de iis plenius iamdum egerim obferuatione I & II Tomi Tertii Halenfium. Non omittendi tamen DICTIS Cretenfis, & DARES Phrygius de *Bello Trojano*, fabulofi Scriptores, qui optimis Editionibus prodierunt, cum *Interpretatione Annæ Daceriæ, Parifiis 1680. 4.* & cum *eadem*

dem Interpretatione atque *Variorum Notis* cura IACOBI PERIZONII *Amstelodami 1702. 4.* atque cum Indice *Artopœi Argentorati, 1691. 8.* Pater huius fabulæ eſt HOMERVS, ſcriptor mendax, cuius auctoritatem reliqui fuerunt ſecuti. Certiora ſunt quæ deſcribit IVSTINVS. Huius enim extant: *Hiſtoriarum Philippicarum, & totius mundi Originum & Terræ ſitus ex Trogo Pompeio excerptarum Libri XLIV.* Excerpta ſunt ex totidem Libris Trogi Pompeii. Hic enim a Nino vsque ad Cæſarem Auguſtum vniuerſalem & potiſſimum Græcam hiſtoriam regni Macedonici ſub Hiſtoriarum Philippicarum titulo deſcripſerat. Harum autem Iuſtinus ait, ſe per otium, quo in vrbe verſaretur, cognitione quæque digniſſima excerpiſſe & omiſſis his, quæ nec cognoſcendi voluptate iucunda, nec exemplo neceſſaria iudicaret, breue veluti florum corpuſculum feciſſe. Editiones ſunt variæ, eximia eſt *Iacobi Bongarſii*, quam ex Cuiacii & Puteani ſchedis, aliisque manuſcriptis emendauit & doctiſſimis notis, atque tabulis Chronologicis illuſtrauit, *Pariſiis 1581. 8.* Commendanda quoque eſt ob textum emendatum, Florentina, quæ *1515.* apud Iuntas prodiit. *Matthias Berneggerus* in editione ſua, Bongarſii & ſuas adiecit notas, atque indicem Freinsheimii, *Argentorati 1666. 8.* *Antonii Thyſii* prodiit cum notis variorum, *Lugduni Batauorum 1650. 8.* *Tanaquili Fabri*, *Salmurii 1671. 8.* *Io. Vorſtii*, *Berolini 1673. 8.* *Ioannis Schefferi*, *Vpſaliæ 1678. 8.*, quarum vtraque Indicem Freinsheimianum adnexum habemus. In vſum Delphini ſuam edidit *Petrus Joſephus Cantelius*, *Pariſiis 1677. 4.* Præ ceteris vero commendanda eſt editio *Ioan. Georgii Grævii*, *Lugduni Batauorum 1683. 8.* ex officina Hackiana, quæ ob notas & ſuas & integras variorum atque

atque indicem egregia eſt. Recuſa hæc Grævii editio, reiectis aliorum, ſolis ipſius retentis notis & indice Freinsheimiano, *Amſtelodami 1694. 12.* Gallica verſio Iuſtini cum animaduerſionibus per *D. L. M.* prodiit *Pariſiis 1694. 12.* Herodoti æmulatione ad hiſtoriam condendam incitatus fuit THVCYDIDES, qui *bellum Peloponneſiacum*, cui ipſe interfuit, octo libris complexus eſt. Primo quidem libro veteris Græciæ ſtatum ab Argonautarum vsque, & belli Troiani temporibus repetit, bellum inter Corinthios & Corcyræos, atque alia ante Peloponneſiacum deſcribit, vt cum illo conferat bella anteacta. Huius demum occaſionem, cauſſas, originem & progreſſum per viginti annos declarat, vt plenius librorum contenta deſcribit Whear, ſect. IX. Res geſtas autem narrat, & bella & prælia grauiter & probe, in concionibus diſertus quidem eſt, ſed quodammodo breuis & obſcurus. Eleganter de hac hiſtoria ſcribit Bœclerus de ſcriptoribus antiquis p. 15. *Thucydidis Hiſtoria*, ait, *refert Imperii noſtri Romano-Germanici ſtatum, ſi partes potiores, in quas diuidimur; partium ſtudia & conſilia, & hinc emergentia, penitius ad inuicem contendamus.* Optimæ ſunt editiones, quæ græce & latine; ex interpretatione *Laurentii Vallæ*, ab Henrico Stephano recognita prodiit *1588. f.* recuſa apud Wæchelios, ſplendida *Oxonienſis 1696. f. Hudſoni*, & quæ curis IOSEPHI WASSE & CAROLI ANDREAE DVCKERI Amſtelodami 1731. prodiit. Thucydidem quaſi continuauit XENOPHON, in ſuis *de rebus Græcorum libris VII.* Quadraginta octo annorum hiſtoriam deſcripſit, a reliquiis belli Peloponneſiaci, vsque ad pugnam Mantinenſem. Hunc ob ſermonis elegantiam, Muſam Atticam dixerunt, nec minus æſtimatus ſemper fuit ob

ſcri-

ſcribendi prudentiam, ita, vt Scipio eum deponere non potuiſſet, quam primum ad eius lectionem animum adplicaſſet. Eiusdem eſt *de Republica Laconica* liber, & Cyropædiæ Libri VII. de Expeditione Cyri & Liber de Ageſilao, qui cum aliis inter opera eius extant a *Ioanne Leunclauio* edita, *Francofurti 1596. f.* apud *Wæchelios. Xenophontem* quaſi continuauit DIODORVS SICVLVS, ab extremo libri decimi quinti. Ipſe enim in fine anni 2 Olympiadis 104. ita loquitur: *hoc anno, Xenophon Athenienſis, Græcorum hiſtoriam cum Epaminondæ interitu concludit*, atque pergit vsque ad tempora *Alexandri M.* & ſucceſſorum. Sic etiam *Græcorum geſta poſt pugnam ad Mantineam* Libris duobus explicauit GEORGIVS GEMISTHIVS PLETHO *Baſileæ 1540. f.* Ex his fontibus LEONARDVS ARETINVS *Commentariorum rerum Græcarum* Librum decerpſit, qui eiusdem, Rerum ſuo tempore in Italia geſtarum Commentario additus, *Lugduni* apud *Sebaſtianum Gryphium 1539. 4.* editus, in quo Athenienſium, Lacedæmoniorum, & Thebanorum caſus referuntur.

§. II.

Statum Græciæ adhuc liberæ quidem, ſed per Philippum fere ſupprimi cœptæ deſcribit DEMOSTHENES in *Philippicis* tribus in odium Philippi Macedonis ſcriptis, & *Olynthiacis* tribus, quibus Athenienſes ad bellum cum Philippo inſtigare conatur. Hæ autem inter eius Opera extant ab *Hieronymo VVolphio* edita *Baſileæ 1572. f.* ALEXANDRI M. vitam deſcriptam & cum Iulii Cæſaris comparatam videmus a PLVTARCHO in vitis parallelis, in quibus etiam *Eumenis*, *Solonis*, *Theſei*, *Lycurgi* aliorumque Græcorum

corum descriptas habemus. Optima est editio, quæ ex versione *Guilielmi Xylandri* prodiit *Francofurti* apud Wæchelios *1620. f.* Speciatim vero ARRIANVS *Nicomediensis*, ad Xenophontis imitationem septem libris eleganti dicendi genere, græce *de expeditione Alexandri* Libros *Septem*, scripsit. Octauus quidem liber vulgo additus, de *Alexandri expeditione Indica*, *Arriani* non est, potius ex *Photio* desumtus. Hæc autem descriptio est accurata, in qua maxime secutum se dicit Ptolomæum Lagi & Aristobulum, qui iam *Alexandri* expeditiones descripserant, non vero supersunt amplius. Præstantiores *Arriani* Editiones sunt græce & latine editæ *Bonauenturæ Vulcanii*, *Geneuæ* ex officina *Henrici Stephani 1575. f. Nicolai Blancardi*, *Amstelodami 1668. 8.* & *Iacobi Gronouii*, *Lugduni Batauorum 1704. f.* cum qua iungenda: *Supplementa Lacunarum*, quæ idem *Gronouius* edidit *Lugd. Batauor. 1675. 8.*

§. III.

Ex latinis illud egit Q. CVRTIVS RVFVS. Vix scriptor Romanus est, de cuius vel ætate, vel fide, magis disceptatur quam de hoc, cum alii fœtum dicerent hominis Itali, vix ante trecentos annos compositum, alii Curtium ad ætatem Tiberii, Claudii, Vespasiani vel Traiani referrent. Fœtum spurium non esse optime demonstrauit Ioan. Christoph. Wagenseilius in pera iuuenili Tomo IV. p. 178. Sub Vespasiano autem eundem scripsisse verosimillimum est. Historia est rerum ab Alexandro M. gestarum, eleganti quidem, sed conciso nimis & poetico stylo conscripta. Præter lacunas quasdam, desunt integri libri duo priores, quos supplere conati sunt CHRISTOPHORVS BRVNO, & IOANNES FREINSHEIMIVS,

MIVS, quorum tamen ſtylus non vbiuis conuenit. CHRISTOPH. CELLARIVS, cum Brunonem ſterilitate, Freinsheimium prolixitate laborare animaduerteret, ſuccinctis & elegantibus ſupplementis ſuis vtrumque ſuperauit. Inter editiones commendanda eſt ob notas *Titi Popmae*, *1622. 12.* Editio *Matthiae Raderi* ob notas ampliſſimas atque eruditas aeſtimanda eſt: prodiit *Coloniae 1623. f.* Praeferenda tamen editio optima *Ioannis Freinsheimii*, quae cura *Ioannis Henrici Rapp* prodiit *Argentorati 1670. 4.* cuius notae omnium ſunt praeſtantiſſimae, licet multa ex *Radero* deſumſerit. Ex hac compilata eſt, quae *cum notis variorum* dicitur atque ex Elzeueriana prodiit *Lugduni Batauorum 1649. & 1673. 8.* Pleraque ex Freinsheimiana in ſuam tranſumſit *Michael le Tellier*, quae in vſum *Delphini* prodiit *Pariſiis 1678. 4.* *Samuel Pitiſcus* ſuam *Vltraiecti 1685. 8.* edi fecit, & auctius *1693. 8.* atque commentariis & iconiſmis aeri inciſſis illuſtrauit, quas ex *Lipſii* & aliorum ſcriptis repetiit. Nouam ſupplementis, indicibus & tabulis geographicis, notis etiam breuibus, ſed elegantiſſimis adornauit *Chriſtophorus Cellarius*, *Lipſiae 1688. 1691. 1696. 12.* addita Diſſertatione de *moribus Alexandri M.* Recentior & quae praeſtantiſſimas Variorum notas exhibet editio, quam curauit HENRICVS SNACKENBVRG, *Delphis & Lugd. Batauor. 1724. 4. mai.* In gallicum ſermonem hunc tranſtulit *Claudius Faber Vaugelas Pariſiis 1647. 1653. 4. Amſtelodami 1665. 1673. 8* cui verſioni integros triginta annos inſudaſſe dicitur, atque multum olim aeſtumata, licet hodie genius linguae gallicae a priori multum immutatus. Freinsheimii vero ſupplementum in gallicum ſermonem tranſtulit *Petrus Ryerus.* Vnicum ſaltim addimus: *Ioannes Clericus* in arte ſua Critica cenſor nimius

nimius fuit Curtii, contra quem IACOBVS PERIZONIVS scripsit *Quintum Curtium Rufum restitutum in integrum & vindicatum per modum speciminis a variis accusationibus & immodica crisi Ioannis Clerici, Lugduni Batauorum 1703. 8.*

§ IV.

Regum Asiaticorum, Alexandri M. successorum, historia hauriri quodammodo potest ex POLYBII *eclogis legationum*, quae notis Fuluii Vrsini illustratae, prodierunt *Antwerpiae 1582. 4.* Sic etiam Asiae regum bella cum Romanis optime descripsit APPIANVS in *Mithridaticis & Syriacis*, quae cum operibus eius prodierunt graece & latine cum notis Henrici Stephani, *Geneuae 1592. f.* & ex recensione *Alexandri Tollii, Amstelodami 1670. 8.* Vniuersam Graeciam veterem, eiusque prouinciarum, vrbium ac populorum notitiam decem libris complexus est PAVSANIAS. Eosdem graece primum excudit *Aldus Manutius, Venetiis 1516. f.* Postea, adiecta Romani Amasaei translatione & notis *Friderici Sylburgii* atque Guilielmi Xylandri editos habemus *Hanouiae 1613. f.* Sed praeferenda adhuc est, quam cum horum notis integris, ordine dispositis, adiectis propriis procurauit *Ioachimus Kuhnius, Lipsiae 1696. f.* Gallice editus hoc titulo: *Description de la Gréce de la traduction de Mr* l' Abbé GEDOYN, *Paris* 1731. 4. 2. Voll. Addimus denum POLYBII *historiam gentis Achaeorum*, quae inter alia eiusdem extat.

§. V.

Ex recentioribus, Graeciae liberae statum, historiam, antiquitates & ritus nemo melius descripsit, IOANNE MEVRSIO, cuius scripta quae huc faciunt, hic recensere non incongruum erit.

Sunt

Sunt autem, *Solon*, seu de eius vita, legibus, dictis atque scriptis, *Hafniæ 1632. 4.* *Pisistratus*, seu de eius vita & tyrannide, *Lugduni Batauorum 1623. 4.* *Theseus*, siue de eius vita rebusque præclarissime gestis, ex editione postuma *Io. Georgii Græuii*, Trajecti 1684. 4. & T. X. *Gronouiano*, vbi & ei. *Meursii*, *Aeschylus*, *Sophocles*, *Euripides*, *Dionysius*, *Heraclides*, *Theophrastus*, prostant. *Cecropia*, seu de Athenarum arce & antiquitatibus, *Lugduni Batavorum 1612. 4.* *Atticarum lectionum libri VI. Lugduni Batauorum 1617. 4. de populis & pagis Atticæ*, *Lugduni Batauorum 1616. 4.* Paralipomena ad hunc librum vulgata cum *Meursii* Theseo, *Traiecti* 1684. 4. & cum supplementis & obseruationibus IACOBI SPONII ex eius itinere in Græciam, *Gallice* edito, quæ *Tomo IV. Thes. Antiq.* Græc. *Gronouiano* prostant. *Archontes Athenienses*, *Lugduni Batauorum 1622. 4.* *Fortuna Attica*, seu de Athenarum origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento & occasu, *Lugduni Batauorum 1622. 4.* *Themis Attica*, siue de *Legibus Atticis* Libri II. postumi, *Traiecti ad Rhenum 1685. 4.* *Areopagus*, seu de Senatu Areopagitico, *Lugduni Batauorum 1624. 4.* *Græcia ludibunda*, *Lugduni Batauorum 1622. 4. & 1625. 8.* *Orchestra* siue de saltationibus veterum, *Lugd. Bat.* 1618. 4. *Græcia feriata*, seu de festis Græcorum, *Lugduni Batauorum 1619. 4.* *Regnum Atticum*, seu de Regibus Atheniensium eorumque rebus gestis, *Amstelodami 1633. 4.* *Eleusinia*, seu de Cereris Eleusinæ Sacro, ac festo, *Lugduni Batauorum 1619. 4.* *Panathenæa*, seu de Mineruæ gemino festo, *Lugduni Batauorum 1619. 4.* *Athenæ Atticæ*, seu de præcipuis Athenarum antiquitatibus, *Lugduni Batavorum 1624. 4.* *Ceramicus geminus*, siue descriptio loci in & extra Athenarum vrbem, *Traiecti 1663. 4.*

Miscellanea Laconica, siue *variarum Antiquitatum Laconicarum* Libri IV. postumi, cura *Samuelis Puffendorffii*, *Amstelodami* 1661. 4. in quibus de Lacedæmoniorum ritibus, diis, politia, vrbibus & viris claris, aliisque ad res Græcorum facientibus agit. De *regno Laconico* Liber singularis postumus, *Traiecti* 1687. 4. *de Piræeo* liber singularis & *in Helladii Chrestomathiam animaduersiones*, quas ex Bibliotheca Suecica edi primum curauit Ioannes Georgius Grauius, *Vltraiecti* 1687. 4. Recusa hæc *Meursiana* in IACOBI GRONOVII *Thesauro Antiquitatum Græcarum*, *Lugduni Batauorum* 1697. ad 1702. f. XII. Tomis edito, *Tomo* cumprimis *IV.* VI. VII. X. auctiora quædam ex MSCtis Auctoris. Tomo *X.* huius *Thesauri*, MEVRSII *Bibliothecæ Græcæ* Libri Tres; & *Bibliothecæ Atticæ* Libri IX. ex chirographis editi. Omnia sunt eruditissima, atque dolendum omnino est, quod non integrum rerum Græcanicarum systema ab eodem habeamus.

§. VI.

De Republica *Atheniensium Libros IV* scripsit CAROLVS SIGONIVS *Bononiæ* 1564. cum aliis Sigonianis *Francofurti* 1593. *f.* & *Hanouiæ* 1609. *f.* & cum Adnotationibus ANONYMI *de Societate Iesu* in editione operum *Sigonii*, quam *Philippus Argelatus* procurauit *Mediolani* 1736. f. Tomo V. Idem SIGONIVS de *temporibus Atheniensium & Lacedæmoniorum* Librum dedit, editum *Venetiis* 1564. 4. & Tomo V. *Operum* Edit. *Mediol.* cum *Auctuario chronologico* ab ANONYMO de *Societate Iesu*, & BARTHOLOMAEVS KECKERMANNVS, *Hanouiæ* 1610. 8. NICOLAVS CRAGIVS, *de Republica Spartana Heidelbergæ* ex *officina Petri Santandreani* 1593. 4. & *Tomo V. Gronouiano*, & NICO-

LAVS

LAVS SILNICIVS, *de politia, seu republica Spartana*, *Dantisci 1606. 4.* *Reipublicæ Athæorum & Veientium fatum* Belgis suis in exemplum proposuit MARTINVS SCHOOCKIVS, *Traiecti 1664. 12.* *Magistratus Atheniensium* explicat GVILIELMVS POSTELLVS, *Parisiis 1541. 4. Basileæ 1541. 8. Lugduni Batauorum 1635. 1645. 12.* & cum notis *Ioannis Friderici Heckelii*, *Lipsiæ 1691. 8.* Varias Græcorum res, limites, prouincias, reges & duces, mores etiam atque consuetudines describit WOLFGANGVS LATZIVS in *historicarum commemorationum de rebus græcis libris duobus Hanouiæ 1605. f.* editis, licet in iisdem, prout in aliis solet, nonnunquam labatur. Insignes sunt *Respublicæ Græcorum* ab VBBONE EMMIO sub elogio: *Veteris Græciæ* descriptæ, *Lugduni Batauorum 1626. 8.* & *Lugduni Batauorum 1632. 12.* inter respublicas Elzeuirianas. Optimum est inter recentiores scriptum, ex quo plenam rerumpublicarum Græciæ notitiam capere licet. *Historiæ Græcæ* veteris systematis primordia extant in *the history of Græce by* THOMAS HIND, cuius *Volumen I.* prodiit *Londini 1737. 8.* & a Græcis originibus, ad Bellum Peloponnesiacum pertingit. *Græciæ vniuersæ & minoris Asiæ numismata* exhibet & explicat HVBERTVS GOLTZIVS *Antwerpiæ 1644. f.* Historiam & *antiquitates Macedonicas*, siue de regio Macedonum Principatu, moribus, atque militia, Libris III. IOANNES BAPTISTA CROPHIVS, ductu Ioannis Andreæ Schmidii ex rarissimis quibusdam numismatibus Musæi Sagittariani deduxit *Ienæ 1682. 4.* quæ demum cum aliis Schmidtii opusculis prodiere, & *Tomo VI. Gronouiano*, extant.

§. VII.

Insigniter res antiquas *Asiæ* illustrant summo

 studio

ſtudio conquiſitæ lectiſſimaque eruditione refertæ *Antiquitates Aſiaticæ Chriſtianam æram antecedentes* EDMVNDI CHISHVLL, *Londini 1728. f.* editæ, quas ex primariis monumentis Græcis deſcripſit, latineque verſas Notis & commentariis doctiſſimis colluſtrauit. Nitide ſcripta & ad doctrinas ciuilem & morum comparata ideoque iuuenibus ſingulariter commendanda *Hiſtoire des Egyptiens, des Medes, des Perſes, des Grecs & des Carthaginois par Mr* ROLLIN, *Paris 1730 - 1736. 12.* X. Voll. & *Amſterdam 1736. 12.* X. Voll. *Hiſtoriam Ptolemaeorum Aegypti Regum* ad fidem numiſmatum accommodatam deſcripſit IOANNES VAILLANTIVS, *Amſtelodami 1701. f.* Eandem accurate deduxit ex Scriptoribus optimis, nummos, quotquot extant, ſimul per icones exhibens, atque explicans, ipſosque Ptolomæos reges probe diſtinguens. Adiecit Aegyptum numiſmaticam, in qua vrbium Aegypti nummos ordine alphabetico deſcribit. Antea idem Vaillantius ediderat *Seleucidarum imperium ſiue hiſtoriam Regum Syriæ, Pariſiis 1681. 4.* eadem ratione per numiſmata deductam. *Annos & epochas Syro-Macedonum in vetuſtis vrbium Syriæ monumentis, præſertim Medicæis, additis faſtis conſularibus* erudite illuſtrauit FRANCISCVS HENRICVS NORIS, *Florentiæ 1698.* Auctior deinde & in quibusdam emendatior prodiit *Florentiæ 1692. 4.* Acceſſit diſſertatio de cyclo Paſchali, in qua refutat Harduinum, qui tamen ſe ſub nomine Eumenii Pacati defendit. Idem de *Ptolomæis Regibus* IACOBVM SIRMONDVM, *de Seleucidis* vero NICOLAVM CLAVDIVM FABRICIVM, PEIRESCIVM meditatum fuiſſe teſtatur Gaſſendus in vita p 13. *Annales Arſacidarum* ex ipſis fere veterum ſcriptorum verbis concinnatos, auctore LVDOVICO

du

du FOVR *de* LONGVERVE, Abbate, post *Parisiensem* editionem castigatiores auctioresque edidit celeberrimi Vir nominis *Ioa. Daniel Schœpflinus, Argentorati 1732. 4.* Patris IOANNIS BARTHOLOMAEI, *a* S. HYACINTHO *Epitomen Commentariorum* MOYSIS ARMENI, *de origine & rebus Armenorum & Parthorum, item serie Principum, Iberiæ & Georgiæ, cum Notis & obseruationibus produxit* HENRICVS BRENNERVS, *Stockholmiæ 1723. 4.* *Arsacidarum Imperii*, siue *Regum Parthorum Historiam* ad fidem numismatum accommodatam condidit IOANNES FOY VAILLANT Tom. I. *Parisiis 1725. 4.* editus. IDEM *Achæmenidarum Imperium*, siue *Regum Ponti Bosphori & Bithyniæ Historiam* ad fidem numismatum accommodatam T. II. *Parisiis 1725. 4.* vtramque in lucem produxit cura *Caroli Valesii.* Elegans & erudita est: *Memoire sur les Rois du Bosphore Cimmerien par Mr. de* BOZE, quæ reperitur *dans les Memoires de Literature T. VI. p. 549.* Addantur PETRI GYLLII de *Bosporo Thracio* Libri Tres, inter *Respublicas Elzevirianas* 16. editi, qui & Tomo VI. *Antiq. Græc. Gronouii*, & BANDVRI *Imperio Orientali*, inserti. CHRISTIANVS WAGNERVS, pastor quondam apud Lipsienses, vir excellentis ingenii, *Arsacidarum*, Parthiæ Regum *historiam* ex nummis illustrare instituerat, sed morte præventus non perfecit, cuius collectanea MSCta in Bibliotheca Senatoria Lipsiensi asservantur, vid. *Gelehrte Zeitungen* An. 1726. p. 491. Addimus tandem GVILIELMI LOYDII *seriem Chronologicam, Olympiadum, Pythiadum, Isthmiadum, Nemeadum, Oxoniæ 1700. f.* ex theatro Sheldoniano, quæ in definienda Græcorum chronologia est accuratissima.

CAPUT QUARTUM

DE

SCRIPTORIBUS RERUM ROMANARUM IN STATU LIBERO.

§. I.

POtiorem partem inter Hiſtoricos faciunt Scriptores *Monarchiæ quartæ*, qui tamen vel *Statum Romanorum liberæ Reipublicæ* deſcribunt, vel *hiſtoriam Imperatorum*, vel *hiſtoriam ſeculorum vniuerſalem*, vel denique *Statum regnorum particularium:* de ſingulis dicendum erit ſigillatim.

§. II.

Origo Romanorum multis fabulis eſt intermixta, a variis ſcriptoribus, antiquis æque, quorum tamen pauci adhuc ſuperſunt, atque recentioribus pertractata. Cauſſas huius incertitudinis per CCCC. annos poſt V. C. perueſtigatas, erudita Diſquiſitione aperuit Dn. *de* POVILLY, cuius *Diſſertation ſur l'incertitude des premiers Siecles de*

de Rome extat in *Memoires de Trevoux 1723. Mars.* Q. FABIVS PICTOR scriptorum antiquissimus habetur, cuius *Annales* omnes citant rerum Romanarum veteres, qui tamen non supersunt amplius. Publicauit quidem IOANNES ANNIVS libros duos *de aureo seculo & origine Italiæ*, sed ab eodem sunt suppositi. Alii sunt ex Scriptoribus antiquis M PORCIVS CATO, A. POSTVMIVS, L. CINCIVS, CALPVRNIVS PISO, A. GELLIVS, Q. ENNIVS, Q. LVTATIVS, M. TERENTIVS VARRO, atque ex Græcis DIOCLES PEPARAETHIVS & CEPHALO GERGITHIVS, de quibus tamen nihil, vel pauca tantum fragmenta supersunt. SEXTI AVRELII VICTORIS liber extat *de origine gentis Romanæ*, quam a Iano atque Saturno, conditoribus deducit, licet de auctore libri adhuc disceptetur. Ex recentioribus habemus OCTAVIANI FERRARII librum *de origine Romanorum*, quem tamen, dum morte præuentus, absoluere non potuit. Finem igitur imposuit *Bartholomæus Caper*, ICtus Mediolanensis, qui ad Troianos Romanorum refert originem, quod etiam ex ipsis Ferrarii verbis anterioribus haut obscure concluditur. Præmissus est liber tomo primo thesauri antiquitatum Græuiani. Post hunc SAMVEL BOCHARTVS de quæstione: *num Aeneas vnquam fuerit in Italia*, dissertationem seu epistolam scripsit ad dominum de Segrais, quam ex gallico in latinum sermonem vertit Ioannes Schefferus, Argentoratensis, prodiit *Hamburgi 1672. 12.* eandemque quæstionem pro negatiua decidit. Illud cum antea quoque in Italia antiqua egisset Philippus Cluuerius, vtrisque respondet THEODORVS RYCKIVS in sua *de primis Italiæ colonis & Aeneæ aduentu* eruditissima dissertatione, quæ prodiit cum Lucæ Holstenii

notis in Stephanum de vrbibus, *Vltraiecti 1691. f.* In hac autem, præcipue capite duodecimo, singula eorundem argumenta refellit, incerta tamen per magis incerta explicat. Vltimum facimus IACOBVM HVGONEM, canonicum Belgam, qui librum primum, (plures tamen non fuerunt secuti) edidit sub titulo: *vera historia Romana, seu origo Latii vel Italiæ ac Romanæ vrbis tenebris longæ vetustatis in lucem producta, Romæ 1655. 4.* Nugas tamen potius scripsit, quam historiam. Quare etiam singulari dissertatione eundem refutauit EBERHARDVS RVDOLPH. ROTH, *Ienæ 1672. 4.* Primum quidem varia & veterum & recentiorum congessit testimonia, quibus dissensum de vrbis Romæ origine, & Romam ante Romam conditam probet. Post hæc, omnia quæ de Troiæ euersione cecinit Homerus, ad duplex Hierosolymitanum excidium, alterum sub Nebucadnetzare factum, alterum sub Tito, cogit, quasi vtrumque poeta præsagiens viderit: sub Iliade Seruatoris nostri vitam, res gestas & mortem contineri ait, Romulum & Remum esse Petrum & Paulum: sub Aeneæ in Italiam aduentu nihil aliud notari quam Petri aduentum in vrbem Romam. Homerum quoque Muhamedismum, multa schismata, sectas & ecclesiæ corruptelas præuidisse: sub Harpyiis Batauos, quasi ecclesiasticorum bonorum raptores intendisse, sub Iotophagis Lutheranos immo Lutherum & Melanchthonem ad viuum ab Homero depictos contendit, & quæ nugæ sunt similes. Plenius ea, quæ ad Scriptores de origine Romanorum faciunt, congessi obseruatione tertia Tomi tertii Halensium.

§. III.

Ad rerum Romanarum liberæ Reipublicæ Scriptores noscendos facit primum PETRI AN-

GELI

CELI BARCAEI libellus, *quo ordine ſcriptorum hiſtoriæ Romanæ monumenta ſint legenda*, qui cum aliis diſſertationibus de ſtudiis inſtituendis prodiit *Amſtelodami 1645. 12.* & cura Thomæ Crenii, *Lugduni Batauorum 1696. 4.* vtilis quidem, ſed perbreuis eſt, ſcriptores ſecundum ordinem rerum geſtarum diſponens. MARTINVS HANCKIVS *de ſcriptoribus rerum Romanarum* tractatum publicauit *Lipſiæ 1669. 4.* Agit in eodem de Scriptoribus tum antiquioribus tum recentioribus, qui vel in hiſtoria, vel antiquitatibus Romanis quid ſcripſerunt, horum vitam deſcribens, ſcripta recenſens & iudicia celebriorum virorum de ſingulis addens. Elegans eſt liber, ſed imperfectus, cum multi ſcriptores, varia de recenſitorum ſcriptis atque iudiciis addi potuiſſent.

§. IV.

In Hiſtoriam Reipublicæ Romanæ quaſi introducit L. ANNAEVS FLORVS, cuius *epitomen Rerum Romanarum*, libris IV. habemus. Breue eſt rerum Romanarum compendium, in qua bella potiſſimum & victorias Romanorum vsque ad ſopita per Auguſtum bella ciuilia deſcribit. Hanc autem narrationem potius per capita & ſpecies inſtituit, quam tempora, quare chronologiæ ratio ex eodem non eſt petenda. Illuſtrium Romanorum nomina nonnunquam reperiuntur confuſa, idque vel ex auctoris negligentia, vel ex vitio librariorum. Ab hoc diuerſa eſt Liuianæ hiſtoriæ epitome, quæ vel operi Liuiano præfixa, vel quibusdam Flori editionibus adnexa. Inter editiones commendanda eſt illa, quæ cum integris *Claudii Salmaſii* & variorum, *Rutgeri* etiam *Hermannidæ* notis prodiit ex bibliotheca Claudii Salmaſii, *Nouiomagi 1662. 8.* Huic editioni etiam acceſſit L. AMPELII *libellus Memoria-*

 memoria-

morialis. Ob emendationem & notas variorum & indicem æstimatur *Ioannis Freinsheimii*, *Argentorati 1632. 1636. 1655. 1669. 8.* *Parisinam* in vsum Delphini procurauit *Anna*, *Tanaquilli filia, 1674. 4.* quæ tamen præter splendorem atque Freinsheimii notas nihil fere habet singulare. Ab adiectis notis atque numismatum iconibus, præcipue commendanda est editio *Ioannis Georgii Grævii*, *Vltraiecti 1680. 8*, & quæ locupletior est, *Amstelodami 1692. & 1702. 8.* additis fere omnibus, etiam *Christophori Adami Ruperti* in *Florum* notis. *Florum numismaticum* notis criticis atque historicis ac numorum ac veterum monimentorum apparatu instructum, in vsum Principis regii Borussici meditatus fuit celeberrimus vir, *Laurentius Begerus*, cuius Libri tantum priores editi *Berolini 1704. f.* reliquos antequam perficeret, fatis concessit. Subiungimus FLAVII EVTROPII *breuiarium historiæ Romanæ* ad tempora Iouiani Imp. vsque perductum, quod cum græca Pæanii versione prodiit ex recensione & præstantissima editione *Christophori Cellarii*, *Cizæ 1678. Ienæ 1698. 8.* accessit SEXTI RVFI *Breuiarium Rerum gestarum P. R.* In vsum *Delphini*, *Eutropium* edidit ANNA, *Tanaquil Fabri* Filia, *Parisiis 1683. 4.* alia edita *Oxonii 1696. 8.* Egregia quoque est quam curauit THOMAS HEARNE *Oxonii* in Theatro Scheldon. *1703. 8.* cum *Pæanii* Metaphrasi, *Messala Coruino*, *Iulio Obsequente*, & *Anonymi* græci *Oratione funebri in Constantium Constantini M filium.* Nitidissimam, omnibusque quæ prodierunt annotationibus instructam, suisque & *C. A. Heumanni* dedit *Sigebertus Havercampius*, *Lugduni Batavorum 1729. 8. mai.* Hoc Floro quidem est ordinatius, nec tamen ita perfectum; ad historiam Imperatorum magis facit. Inter maiores rerum Romanarum histori-

cos

eos primas omni merito fert DIONYSIVS HALICARNASSENSIS. Huius ex *Antiquitatum Romanarum* libris viginti, quos vsque ad bellum Punicum I. perduxerat, vndecim priores tantum habemus ſuperſtites, quos in A. V. C. 312 finit. In his autem originem & potentiæ progreſſum Romanorum, variosque eorum ritus, in quo reliquis eſt præferendus, ſumma fide & iuſto temporis ordine complectitur. Editio eſt optima, quæ cura *Friderici Sylburgii Francofurti 1586. f.* prodiit apud *Wæchelios*, quam recudi quidem fecerunt Lipſienſes 1691. non tamen eadem induſtria correctam ac priorem. Splendidiſſima eſt, quæ *Oxonii 1704. f. 2. Voll.* excuſa. Dionyſio merito ſubiungimus T. LIVIVM PATAVINVM. Deſcripſit autem hiſtoriam ſuam ab V. C. vsque ad mortem Druſi, cuius vero de libris CXL, XXXV. tantum habemus ſuperſtites. Integra quidem decuria ſecunda, & reliqui omnes poſt quadrageſimum quintum magno cum damno interiere. Spes quidem facta fuit de integro Manuſcripto, quod Conſtantinopoli dicitur extare, quam tamen irritam credo. Deperditorum defectus ex *Polybio* atque *Appiano* poterit ſuppleri. Scriptor eſt terſus, in concionibus diſertus, in quo ſtylum hiſtoricum magis, quam Patauinitatem reperimus. Deſcribit autem res tum ſacras tum profanas, præmittit etiam magiſtratus per ſingulos annos, & dum ex ipſis Romanorum annalibus, atque *Polybio* omnia ſint petita, accuratiſſimus quoque eſt. Iuſto quidem ordine procedit *Liuius*, ſecundum annorum ſeriem, ſupputatio tamen eius non eſt iuſta, quod præcipue notauit *Carolus Sigonius*, cum Faſtos ſuos ederet. *Liuii* cauſam ſuſcepit *Franciſcus Robortellus* de conuenientia ſupputationis Liuianæ cum marmoribus, cui tamen reſpondet *Sigonius*.

nius. Scripta horum habentur in tomo secundo *Thesauri Critici Gruteriani*. Inter editiones præstat illa, quæ cura *Iani Gruteri* prodiit *Francofurti 1628. f.* præter alia accesserunt *Sigonii* Chronologia, *Wilhelmi Godeleuæi* obseruationes, fragmenta vetustiorum historicorum, e quibus sua hausit *Liuius*. Ipse quoque *Gruterus* notas politicas adiecit & discursus aliquot in Tacitum. Aestimanda ob textum emendatum & notas, *Godeleuæi* præsertim, illa, quæ cura *Ioannis Friderici Gronovii* prodiit *Amstelodami 1665. 1679. & 1688. 8.* quæ omnium optima vsque huc habita. *Supplementa* vero *Liuiana*, epitomes ordinem secutus adornavit *Ioannes Freinsheimius*, quorum decem primi libri *Holmiæ 1649. 12.* prodierunt, deinde libri LX. *Argentorati 1654. & 1674. 4.* quos vna cum *Liuio* in gallicum sermonem transtulit *Petrus Ryerus*, *Lugduni 1663. 12.* XIV. voluminibus. Supplementa vero omnium librorum XCV deperditorum extant in editione, quæ cum notis *Ioannis Douiatii* in vsum Delphini prodiit *Parisiis 1679. 1680. 1682. 4.* VI. Tomis. Nitida est editio, quæ cum Notis *Thomæ Hearne* prodiit *Oxonii 1708. 6. Voll. 8.* & ea quæ cura *Ioannis Clerici*, *Amstelodami 1711.* X. Voll. 8. formis expressa *Lipsiæ 1736. 8. recusa*, vsui iuuenum accommodata editio *Patauii 1727. 12. V. Tomis*, a *Jacobo Jacobetto* & *M. Antonio Feracio* procurata. Dum hæc scribimus 1737. *priores Tomi* splendidæ Editionis Batauæ DRACKENBVRGII curis prodeunt *in 4. mai.* Romam a Gallis captam & res Romanorum a belli Punici II temporibus, vsque ad euersionem regni Macedonici describit POLYBIVS, scriptor elegans, prudens & grauis, quo maxime delectatus fuit Scipio Africanus. Quinque tantum ex XL libris integros superstites habemus, ex reliquis excerpta tantum, vel

vel fragmenta. Duo priores libri ſunt quaſi iſagogici, quibus res complectitur a Roma per Brennum, Gallorum ducem capta, vsque ad initia belli Punici, in reliquis vniuerſalem hiſtoriam ſcripſit non Romanarum rerum ſolum, ſed etiam exterarum. Sextus totus eſt politicus, quo ſtatum ciuilem atque militarem Romanorum Græcorumque confert, atque ad regulas politicas examinat. Prodierunt omnia eius, quæ ſuperſunt, primum interprete *Iſaaco Caſaubono, Hanouiæ* apud Wechelios *1609. f* poſt ex recenſione *Iacobi Gronouii*, *Amſtelodami 1670. 8.* 3. Voll. Acceſſerunt etiam POLYBII excerpta *de legationibus virtutibus ac vitiis*, & vtriusque Caſauboni, Fuluii Vrſini, Henrici Valeſii & Iacobi Palmerii notæ. Nec omittendæ APPIANI Alexandrini *hiſtoriarum Romanarum partes duæ*, græce & latine, cum notis *Henrici Stephani 1592 f.* & ex recenſione *Alexandri Tollii*, *Amſtelodami 1670. 8.* Reliquiæ ſunt ex vniuerſali rerum Romanarum hiſtoria, quibus bella Punica, Syriacum, Parthicum, Mithridaticum, Hiſpanica atque Ciuilia deſcribuntur. Vtilis eſt ſcriptor, omnes enim rerum circumſtantias, bellorum cauſas, partas victorias & peractos triumphos bene enarrat. Multa tamen ex aliorum hiſtoriis depromſit, quæ vero præter Plutarchi vitas interierunt. Nec immerito addimus PLVTARCHI *vitam Romuli*, *Numæ Pompilii*, *Valerii Publicolæ*, *Coriolani*, *Camilli*, *Fabii Maximi*, *Scipionis Africani*, *Q. Flaminii*, *Catonis Cenſorii*, *Pauli Aemilii*, *Tiberii & C. Gracchi*, *Syllæ*, *C. Marii*, *Sertorii*, *Luculli*, *M. Craſſi*, *Pompeii*, *Iulii Cæſaris*, *Catonis Vticenſis*, *M. Bruti*, *M. T. Ciceronis*, *Antonii*, quos cum aliis Græcorum Heroibus comparat. Hæ autem ad noſcenda Romanorum bella, politiam atque antiquitates conducunt egregie.

DIO-

DIONIS CASSII quoque libri Hiſtoriarum huc faciunt, de quibus tamen in hiſtoria Imperatorum dicemus pluribus. Ex recentioribus adiungimus IOANNIS BRANTII, Antwerpiani IC. *Elogia Ciceroniana Romanorum domi militiaeque illuſtrium, Antwerpiae 1612. 4.*

§. V.

Iſti ſcriptores ſingillatim prodierunt, quorum multos poſtea iunctim habemus editos. Prodiit enim CORPVS HISTORIAE ROMANAE *Scriptorum latinorum, veterum, Geneuae 1609. f. 2. Tomis & 1653. f.* Comprehendit autem BARTHOLOMAEI MARLIANI *de origine vrbis Romae* diatribam, & adnotata quaedam *de menſuris, ponderibus & nummis*, LIVIVM, PSEVDO-MESSALAM CORVINVM, *de progenie Auguſti*, FLORI *libros IV.* VELLEIVM PATERCVLVM, SEXTVM AVRELIVM VICTOREM *de Romanae gentis origine, de viris illuſtribus, de Imperatoribus & Scriptores Hiſtoriae Auguſtae.* SEXTI RVFI *breviarium*, EVTROPII *libros X*, cum octo libris additionum PAVLI DIACONI, MAGNI AVRELII CASSIODORI CHRONICON, IORNANDEM *de regnorum ac temporum ſucceſſione*, C. IVLII CAESARIS & HIRTII *commentaria*, C. CRISPI SALLVSTII *coniurationem Catilinariam, bellum Iugurthinum, fragmenta*, & PORCII CATONIS *orationem in L. Sergium Catilinam.* In poſteriore volumine continentur quidem Scriptores, qui ad hiſtoriam Imperatorum faciunt, quos tamen ſimul percenſebimus. Sunt autem SVETONIVS, TACITVS, SPARTIANVS & reliqui Hiſtoriae Auguſtae Scriptores, AMMIANVS MARCELLINVS, & IVSTINVS. P. VICTOR *de regionibus vrbis Romae*, & ſcripta quaedam recentiorum, vtpote POM-

POMPONII LAETI *compendium Historiæ Romanæ*, ab interitu Gordiani iunioris, vsque ad Iustinianum III, IOANNIS BAPTISTAE EGNATII *de Romanis Cæsaribus* libri III, cum viri docti supplemento ad Rudolphum II, ANDREAE ALCIATI *liber de Magistratu & ciuilibus atque militaribus officiis Romanorum* & recentioris cuiusdam scriptoris libellus, *de origine, forma & magnitudine Romæ*. FRIDERICVS SYLBVRGIVS simili ratione *Historiæ Romanæ Scriptores* collegit *Francofurti 1588. f.* tribus Tomis. Horum duo priores scripta Veterum latina in priori corpore etiam comprehensa continent, & præter illud libellum incerti auctoris *de XIV. regionibus vrbis Romæ*, IVLII EXSVPERANTII librum *de bello Iugurthino, Mariique, Lepidi & Sertorii bellis ciuilibus*. Tertius Tomus *Francof. 1598. f.* comprehendit *Fastos græcos & latinos*, EVTROPII *breuiarium cum metaphrasi* PAEANII, XIPHILINI *epitomen Dionis*, HERODIANVM, ZOSIMVM, IVLIANI *Cæsares*, *Olympiodori eclogas*, *Excerpta ex Suida de Cæsaribus*, *Imperatorum seriem*, *Chronologiam*.

§. VI.

Habemus etiam quosdam particulares historiæ Romanæ Scriptores inter antiquos. *Bellum Punicum* II describit c. SILIVS ITALICVS libris XVII, sermone ligato, in iisdemque magis historici fungitur munere, quam poetæ. Prodierunt cum doctis *Claudii Dausquei* notis, *Parisiis 1618. 4.* licet in vindicandis *Silio* lectionibus infelicior habeatur. Emendatiorem longe procurauit *Christophorus Cellarius*, *Lipsiæ 1695. 12.* ad quam vsus fuit codice *Nicolai Heinsii*, qui præter obseruata parentis, ipse adnotauerat ad oram libri non pauca. Ex recentioribus LEONARDVS ARETINVS

de

de primo Bello Punico Libros II. dedit *Augustæ Vindelicorum 1537. 4.* qui Polybium secutus. *Iugurthinum bellum* optime descripsit C. SALLVSTIVS CRISPVS, itemque, *bellum Catilinarium.* Integra hæc extant, ex historiarum vero libris tantum fragmenta. Suauis est in sermone, in concionibus disertus, in recensendis historiis venustus. In Ciceronem quandoque videtur iniquior. Extant opera eius omnia cum notis variorum, ex recensione *Antonii Thysii*, *Lugduni Batauorum 1649. 8.* & quæ melior est, ex recensione *Ioannis Friderici Gronouii*, *Lugduni Batauorum 1665. 8.* editio *Iani Gruteri*, *Francofurti 1607. 8.* notas potissimum continet criticas. Editionem in vsum Delphini procurauit *Daniel Crispinus*, *Parisiis 1674. 4.* Post Anglicam *Iosephi Wassii*, editionem præstantissimam omnium *Salustii*, quæ extant operum, curauit *Gottlieb Cortius*, *Lipsiæ 1724. 4.* cui præter alia IVLIVS EXSVPERANTIVS de *Bellis ciuilibus* ac PORCIVS LATRO *in Catilinam* ut & CONSTANTIVS FELICIVS DVRANTINVS *de Coniuratione Catilinæ* accesserunt. Ad historiam *belli Mithridatici* & disceptationes in Senatu Romano de mittendo duce ad idem bellum facit M. TVLLII CICERONIS *oratio pro Lege Manilia*, qua legem, a C. Manilio, tribuno plebis latam, vt Lucullo Pompeius, Piratici iam belli victor succederet, ab optimatibus minus probatum suadet atque commendat. Eiusdem sunt *quatuor orationes Catilinariæ*, quæ vna cum Sallustii descriptione, huius belli originem, sociorum consilia, horum detectionem, gesta singula & finem optime describunt. Vtrasque Ciceronis orationes cum aliis selectis *Christophorus Cellarius* V. C. recensuit, argumentis, rhetorico artificio, & verborum & rituum interpretationibus adornavit.

vit, *Ienæ 1699. 8.* ex editione tertia. *Bellum Ciuile Cæsarem inter atque Pompeium* non solum ipse CAESAR describit, de quo infra, sed etiam M. ANNAEVS LVCANVS, cuius *Pharsaliæ* libri X. extant, decimi tamen pars posterior periit. Editiones sunt variæ, optima est, quæ cum notis Hugonis Grotii, Thomæ Farnabii & aliorum, curante *Cornelio Schreuelio* prodiit *Lugduni Bat. 1658. 8.* in qua etiam subiicitur Lucani supplementum, libris VII a Thoma Maio elucubratum. Nouam atque ex omnis antiquitatis penu explicatam editionem molitus fuit *Ezechiel Spanhemius*, vir illustris, & multiiugæ eruditionis, quam adhuc expectamus. Gallicam quoque eiusdem versionem habemus. Elegans est versio Germanica VITI LVDOVICI a SECKENDORF, quæ seruato quidem sermone ligato sine rythmis tamen fuit facta, atque cum obseruationibus eius paulo post mortem fuit publicata *Lipsiæ 1695. 8.*

§. VII.

Ex *recentioribus*, historiam Romanam quoque alii descripserunt, sua ex fontibus antiquis deducentes. ANSALDI CEBAE *historia Romana* libris III prodiit *Mediolani 1628. 8.* Operosus in describendis rebus Romanorum fuit FLAVIVS BLONDVS, qui scripsit *Triumphantis Romæ* libros X, in quibus de veterum Romanorum rebus, quæ ad religionem, reipublicæ administrationem, militiam, mores & triumphos faciunt, late exposuit, nec tamen ad fidem, neque ad elegantiam veterum attingit. Magno applausu vbique exceptæ Gallorum quorundam cultissimo stilo & pragmatica commentandi ratione de rebus Romanorum exaratæ expositiones. Abbatis enim *de* VERTOT *Histoire des Revolutions arrivées*

dans le Gouvernement de la Republique Romaine, *Paris 1718. 1720. 12. 3. Voll.* cultissimæ sunt, atque ad pernoscendas Reipublicæ veras rationes insigniter faciunt. Prolixum admodum est opus: *Histoire Romaine depuis la fondation de Rome, avec des Notes historiques, geographiques & critiques par les RR.* PP. de CATROV & ROUILLE, T. I. ad XII. *à Lyon 1725.* Tom. XIII. ad XVI. *à Paris 1730. 4. mai.* quibus Historiam Vrbis & Reipublicæ ad An. 705. deduxere in Pompeii cæde finientes. Laborem ita partiti, ut *Franciscus Catrou* historiam additis ornamentis, *Iulianus* vero *Rouillé* notas fecerit elegantes. Prodiit contra hanc historiam *Aletophili* cuiusdam censura inscripta italice: *Copia di lettera*, sine loco & tempore 4. Elegantissima fructuosissimaque Lectoribus propter egregias obseruationes inque ciuilibus negotiis versaturo vtilis est: *Histoire Romaine depuis la fondation de Rome, jusqu' à la Translation de l' Empire par Constantin traduite de l' Anglois de* LAVRENT ECHARD, *a Paris 1728. 8. VI. Tom.* Qui tamen latinam linguam tenent, melius ex ipsis Romanorum scriptorum fontibus hauriunt. De *Roma ante Romulum condita* erudite dissertatione egit BARTHOLOMAEVS CHRISTIANVS RICHARDVS, *Ienæ 1706. 4.* De *septem primis Romanorum regibus* egit singulari syntagmate ANDREAS HOYVS, *Antwerpiæ 1629. f.* Sic etiam *infantiam populi Romani sub septem regibus delineavit* EDO NEVHVSIVS, *Amstelodami 1657. 12.* De *Romulo Rege Romanorum primo*, commentationem historico-politicam scripsit CHRISTOPHORVS CASPAR L. B. a BLVMENTHAL, *Helmstadii 1654. 4.* TANAQVILLI FABRI extat discursus *de Romulo*, gallice, *Salmurii 1666. 12.* VIRGILIVS MALVEZZI *Romulum & Tarquinium Superbum* ideam

ideam boni Principis & tyranni esse voluit, *Lugduni 1637. 12.* Elegantissima est V. C. GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI Commentatio academica, qua exhibuit: *Romulum obseruationibus varii generis illustratum, Lipsiae 1719. 4.* *Numam Pompilium, secundum Romanorum Regem* historice & politice proposuit IOANNES GERHARDVS ARNOLDVS *Durlaci 1670. 4.* *Eundem*que *Numam Pompilium obseruationibus varii generis illustratum* G. CHRISTIANVS GEBAVERVS, *Lips. 1719. 4.* qui & *Tullum Hostilium* eodem egregio apparatu produxit, *Lipsiae 1720. 4.* *Lucium Iunium Brutum Reipublicae Romanae auctorem* pulcre & erudite proposuit Dissertatione academica V. C. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS CRELLIVS, *Lipsiae 1721. 4.* IDEMque *C. Marcium Coriolanum Tribunatus & Patriae hostem, Lips. 1722. 4.* & *Caium Mutium Scaeuolam Cordum Regis parricidam, Lips. 1722. 4.* *Elogium* autem *&* *Characterem Tiberii & Caii Gracchorum* scripsit HENRICVS CHRISTIANVS CRELLIVS, *Lips. 1727.4.* De *vita & rebus gestis P. Scipionis Aemyliani*, primo labore suo erudito librum composuit CAROLVS SIGONIVS, qui cum praeuia Dissertatione *Philippi Argelati* extat *Tomo Tertio Operum Sigonii*, ab eodem *Argelato, Mediolani 1732. f.* editorum. Quibus minoribus quidem, sed eruditis dissertationibus nobilissima Romanae historiae argumenta illustrantur. Ad historiam *belli Punici* facit PETRI CIACCONII liber singularis *de columna rostrata in Sicilia*, quam S. P. Q. R. ob victoriam naualem primam Duilio poni iussit, *Lugduni Batauorum 1597. 8.* & *Romae 1608. 8.* FRANCISCVS PETRARCHA *de Romanorum bello Punico II. in Africa gesto* libros duos conscripsit, qui inter Opera eius extant. *Historiam Triumuiratuum* scripsit accurate

patrio sermone cultissimo CITRI *de la* GVETTE, prodiit enim: *Histoire du premier & du second Triumvirat, depuis la mort de Catilina jusqu' a celle de Brutus, a Paris 1682.* & *Suite de l' Histoire du second Triumvirat depuis de la mort de Brutus jusqu' a celle d' Antoine a Paris 1683. 12.* & post ea sub titulo: *Histoire des Triumvirats de Cesar & d' Auguste Paris 1686. 12. 5. Voll.* & *Amsterdam 1694. 12. 2. Voll.* Conferenda *Revolution de l' Estat populaire en Monarchique par le different de Cesar & de Pompee par Mr.* ANCHEMAN *de* MARTIGNAC, *a Paris 1679. 12.* qui præter Plutarchum & Appianum, Ciceronis scripta diligenter consuluit.

§. VIII.

Ad Scriptores *liberæ Reipublicæ* merito referimus *Fastorum Scriptores*, qui licet a quibusdam continuati fuerint ad sequiora tempora, in statu vero Reipublicæ Romanæ originem suam habent. FASTI apud Romanos erant magistratuum libri, in quos a scribis publicis magistratuum annuorum nomina referebantur. Eorundem vsus fuit antiquissimus, siquidem illos aliquoties citauit *Livius* IV. c. VII atque alias, eosque linteosque in æde Monetæ repositos scribit IV. c. XX & lib. X. c. XXXVIII. Distincti erant ab *Annalibus*, qui vel *publici* erant curæ Pontificis Maximi commissi, qui tamen non diuulgabantur, vel *priuatorum*, qui citantur a *Liuio* XXX c. VI & XLII c. XI. *M. Porcii Catonis* ep. XLIX. Anno seculi decimi sexti XLVII cura & sumtibus *Alexandri Farnesii*, rudera quædam egesta Romæ, quæ continebant monumenta marmorea magistratuum, triumphorumque ab V. C. ad tempora Augusti, quæ, quia in palatio Capitolino reposita, exinde dicti FASTI CAPITOLINI. Horum auctorem Panuinius in

in præfatione facit VERRIVM FLACCVM, nobilem Grammaticum, contradicente tamen *Vossio* de *Historicis latinis* lib I. c. XI. *Pighius* Pomponio Attico adscribit, sed incertum esse auctorem innuit *Vossius*, Attici labores secutum. Extant primum cura *Francisci Robortelli*, *Venetiis 1555. f.* & *per Ioannem Baptistam Marlianum*, *Romæ 1560. f.* dein cum *Panuinii* fastis, *Heidelbergæ 1588 f.* a *Sylburgio* etiam editi in tomo tertio Scriptorum Historiæ Romanæ, *Francofurti 1590. f.* tandem in tomo secundo Annalium *Stephani Vinandi Pighii*, *Antwerp. 1615. f.* Sed cum hi *Fasti* temporum iniuria perfecti non essent, alii in iisdem ex Scriptoribus antiquis supplendis, atque ad sequiora tempora producendis desudarunt. CAROLVS SIGONIVS quidem *Fastos Consulares ac triumphos actos a Romulo Rege, vsque ad Tiberium Cæsarem deduxit*, quibus in ipsos Fastos Capitolinos commentarium doctissimum addidit, editos, *Mutinæ 1550. Venetiis 1556. f. Basileæ 1559. f.* & in *Sylburgii* Tomo primo Scriptorum Historiæ Romanæ, *Francofurti 1588. f.* atque in noua *Operum Sigonii* editione *Mediolanensi* a *Philippo Argelato* splendide *1732. f.* procurata, *Tomo Primo*, qua *Sigonii* Commentarius comparet, a viro eruditissimo D. IOSEPHO MARIA STAMPA Cler. Reg Som. annotationibus illustratus, atque ab Augusti obitu, ad imperium Diocletiani & Maximiani, vnde Occidentalis Imperii libros, idem *Sigonius* exorditur, productus. Cum autem *Liuii* Chronologiam ex Fastis Capitolinis emendare vellet *Sigonius*, contra hunc scripsit FRANCISCVS ROBORTELLVS in tractatu *de conuenientia supputationis Liuianæ cum Fastis Capitolinis*, qui inter alia eius prodiit *Patauii 1557 f.* & Liuio subiectus est *Francofurti 1568. f.* quo & Liuium & Dionysium & Fastos Consulares inter

se, quantum ad supputationem conuenire, probare contendit. Respondet tamen SIGONIVS *emendationum libris duobus*, quibus se contra iniuriosas *Robortelli* contradictiones defendit, in quorum primo Liuianam & Capitolinam supputationem discrepare demonstrat, & quasdam scriptorum veterum emendationes a Robortello reprehensas instituit: altero contra eundem de nominibus Romanorum disputat. Amborum scripta continentur in Tomo secundo *Thesauri Critici Gruteri.* Secutus *Sigonium* ONVPHRIVS PANVINIVS, qui *Fastorum libros V.* a Romulo rege, vsque ad tempora Caroli V. edidit, iisdemque singula magistratuum nomina secundum annorum seriem disposuit. Prodiit primum ex museo *Iacobi de Strada, Venetiis 1527. f.* dein cum eruditissimis commentariis, *Heidelberg. 1558. f.* atque hi Commentarii maioris adhuc sunt æstumandi quam Sigonii labores. STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS ex Capitolinis Fastorum fragmentis a se in ordinem redactis atque restitutis, duplices composuit fastos, Magistratuum Romanorum ab V. C. ad tempora Vespasiani, & triumphorum, a Romuli vsque ad Plautii Syluani triumphum, qui secundo annalium Tomo præmissi extant *Antwerp. 1615. f.* obstetricante Andrea Schotto. Immo eiusdem Pighii *Annalium libri XVIII.*, Commentarii instar sunt in Fastos, qui reliquis est plenior, licet etiam in chronologiæ ratione non semper fuerit accuratus. Fastorum instar sunt IOANNIS CVSPINIANI *Commentarii in M. Aurelii Cassiodori Consules*, quibus *Cassiodori* Chronicon secutus, ab V.C. ad seculum fere septimum vsque progreditur, multis ex bibliotheca Cæsarea adminiculis vsus, quibus alii fuerunt destituti. Vastum est Fastorum opus HVBERTI GOL-

GOLTZII, ad nummorum feriem & intellectum ab eodem confcriptum, atque *Antwerpiæ 1566. f.* editum. Subiungimus IDACII Lemicenfis *Faftos Confulares*, quos vna cum eiusdem Chronico ex MSto primus edidit *Iacobus Sirmondus*, *Parifiis 1619. 8.* & *thefauro temporum* inferuit IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, *Amftelodami 1658. f.* Integros vero debemus Philippo Labbeo in Tomo primo Nouæ Bibliothecæ Manufcriptorum, *Parifiis 1653. f.* quos etiam Tomo vndecimo thefauri fui inferuit Græuius. Minoris auctoritatis funt MICHAEL BEVTHERVS, cuius Opus *Faftorum antiquitatis Romanæ* prodiit *Spiræ 1600. 4.* FRANCISCVS HARAEVS, qui *Olympiades* & *Faftos* coniunxit, *Antwerpiæ 1614. 4.* ABRAHAMVS BVCHOLZERVS, qui *Romanorum Confulum catalogum* edidit *Görlicii 1590. 4.* quem a primo Confule ad Auguftum vsque deduxit.

CAPVT QVINTVM

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE AVGVSTAE, SIVE IMPERATORVM ROMANORVM.

§. I. *Scriptores Hiftoriæ Augufti latini.*
§. II *Qui coniunctim tales ediderint.*
§. III. *Scriptores Hiftoriæ Auguftæ Græci.*
§. IV. *Scriptores Hiftoriæ Auguftæ recentiores.*
§. V. *Scriptores recentiores qui omnium Impp. vitas fcripferunt.*
§. VI. *Scriptores Hiftoriæ Cæfarum feculi I.*
§. VII. *Scriptores Hiftoriæ Impp. fec. II.*
§. VIII. *Scriptores hiftoriæ Cæfarum fec. III.*

§. I.

SCriptores *Historiæ Augustæ* vel *latini* sunt, vel *Græci*. Inter *latinos* primo loco adduci meretur C. SVETONIVS TRANQVILLVS. Vitas descripsit primorum duodecim Imperatorum, neruoso orationis genere. In singulis exponit ortum & familiam, res gestas, mores & mortem, inter quæ nec vitia etiam reticet. Statum quoque Romanorum, ritus & magistratus illorum temporum docet, maxime eos, qui sub Cæsaribus orti, quæ non minus iucundam quam vtilem etiam reddunt historiam. Accessit *de illustribus Grammaticis & claris rhetoribus* liber, quæ excerpta ex pleniori eiusdem libro de viris illustribus esse videntur. Prodiit cum *Isaaci Casauboni animaduersionibus*, & *Ioannis Henrici Bœcleri dissertationibus politicis*, *Argentorati 1647. 4. Casauboni* quidem obseruationes egregiæ, ex antiquitatibus & historia Romana desumtæ, nec tamen omnia tangunt. Prodiit alias cum notis *Beroaldi*, *Glareani*, *Egnatii*, *Pulmanni*, *Torrentii*, *Casauboni*, *Vrsini*, *Marcilii* ac *Lipsii*, *Parisiis 1610. f.* Has dein suis locis insertas additis notis Læuini Torrentii & propriis, editioni suæ adiecit *Ioannes Georgius Græuius*, *Traiecti 1672. 4.* & quæ locupletior est atque splendidior *Hagæ Comitum 1691. 4.* atque hæc inter ceteras palmam habet. Commendanda tamen illa quoque est, quæ *cum notis variorum* prodiit *Lugduni Batauorum*, cura *Ioannis Schildii 1647. 8.* & quam notis atque numismatibus illustrauit *Carolus Patinus*, *Basileæ 1671. 4.* Eam, quæ in vsum *Delphini* prodiit, & aliorum & suis quoque notis illustrauit *Augustinus Babelonius*, *Parisiis 1684. 4.* Quibus adhuc addimus elegantem non minus, quam iuuenibus vtilem

lem *Samuelis Pitisci* editionem, quæ *Traiecti 1690. 8.* & *Leovardiæ 1714. 4. 2. Voll.* prodiit; & quæ hodie omnium optima est, quamque cum Notis integris *Ioa. Bapt. Egnatii*, *Henrici Glareani*, *Leuini Torrentii*, *Fuluii Vrsini*, *Isaaci Casauboni*, *Ia. Gruteri*, *Theodori Marcilii*, *Ioa. Georgii Græuii*, *Caroli Patini* & selectis aliorum accuratissime dedit Criticorum facile Princeps PETRVS BVRMANNVS *Amstelædami 1726. 4. Tomis duobus.* *Suetonium* sequitur P. CORNELIVS TACITVS, qui res ab *Augusti* excessu ad *Galbam* vsque, *Annalium* libris XVI, quorum tamen sextus, septimus, octauus, nonus & decimus interciderunt, describit. Reliqua vsque ad *Vespasiani* tempora *Historiarum* libris V. persequitur. Scriptor grauis est, prudens, fidus & diligens, qui Imperatorum aulas, vitam interiorem, consilia, iussa, virtutes & nævos politicos probe considerat. Lectorem requirit politicum, & historiæ Romanæ peritum, reconditis tamen sæpe vsus est sententiis, & laconica breuitate, quæ obscurum reddunt sensum. Licet vberior eius sit dictio in Historiarum libris, quam in Annalibus. In *moribus Germanorum*, reliquis viam præmonstrauit. Egregia quoque est eiusdem *vita* soceri, *Iulii Agricolæ*. Inter editiones *Beati Rhenani Basileæ 1543. f.* illud præcipuum habet, quod præmissus est thesaurus locutionum atque constructionum Tacito singularium. *Lipsius*, Rhenani editionem quandoque secutus est, quandoque correxit, atque suam cum notis & excursibus edidit *Antwerpiæ 1607. 1574. 8. 1589. 1627. 1637.* & *1648. f.* quibus antiquitates in Tacito occurrentes explicantur & historiæ cum aliis scriptoribus conferuntur. Præterea commendanda est editio *Iani Gruteri*, qui plerasque in Tacitum notas addidit; prodiit *Francofurti 1607. 8.* E quibus

praecipuae, integrae quoque *Iusti Lipsii* & *Curtii Pichenae* extant in editione *Ioannis Friderici Gronovii*, *Amstelodami 1673. 8. 2. Voll.* Emendatissima est editio *Theodori Ryckii*, quae cum eruditissimis eiusdem animaduersionibus prodiit *Lugduni Batauorum 1687. 12. 2. Voll.* Codicem enim nactus Rudolphi Agricolae, Florentinum atque alios, ex quibus textum emendauit. In animaduersionibus vero multum ad historiam, antiquitates, familiam atque eloquentiam facit. Non tam suis, quam aliorum potius notis Tacitum suum illustrauit *Iulianus Pichon*, qui in vsum Delphini editus est *Parisiis 1682. 1684. & 1687. 4. 4. Voll.* sed notae nimium prolixae diffundunt lectorem. Recentior & splendida est editio, quae ex recensione & cum notis *Iacobi Gronouii* prodiit *Traiecti Batauorum 1721. 4. mai.* Ad vsum communem facit editio *Matthiae Berneggeri* & *Ioannis Freinsheimii*, quae etiam locis parallelis, atque egregio indice adornata prodiit *Argentorati 1694. 8.* *Hispanice* editus sub titulo: *Las obras de Cornelio Tacito traduzidas con aforismos por Balthasar Alamos*, *Madrid 1614. f.* additis notis politicis. *Italice Girolamus Caninius d' Anchiari*, *Venetiis 1620. 4.* In *gallicum* sermonem Tacitum hunc transtulit *Amelot de la Houssaye*, *a Paris 1690. 4.* quae translatio omnibus anterioribus, qualis est *Archilis de Harlag*, *Rudolphe le Maitre*, *Sr. d' Ablancourt* longe antecellit. In *Germanicum* idioma transtulit *Carolus Melchior Grotniz*, *Francofurti 1657. 8.* sed versio est parum adaequata, nec genio etiam linguae Germanicae conueniens. Elegantissima est versio belgica, *Petri Cornelii Hoofd*, cum figuris nitidissimis *Amstelodami 1684. f.*
Tacito proximus haberi debet VELLEIVS PATERCVLVS. Hic quidem res Romanas a prima origine ad sua vsque tempora adgressus est; sed non

non omnia eius supersunt. Plenius quædam narrat vsque ad tempora Tiberii, cuius facta simul exponit, sed Imperatori atque Seiano nimium adulatur. Stylo vtitur tenui, ast eleganti. Editiones sunt optimæ illæ, quæ cum animaduersionibus *Iusti Lipsii* prodiit *Antwerpiæ 1607. f.* & eiusdem *Tacito* iuncta *Antwerpiæ 1627. f.* alia cum notis variorum, cura *Antonii Thysii* edita *Lugduni Batauorum 1668. 8.* & cum notis *Ioannis Henrici Bœcleri*, additis eiusdem characteribus politicis, iisdemque egregiis, *Argentorati 1682. 8. Robertus Riguez* suam in vsum Delphini adornauit *Parisiis 1675. 4.* Nouissima *Oxoniæ* ex theatro Scheldoniano prodiit *1693.* & *1711. 8.* quæ, præterquam quod sit emendatissima, *vitam* etiam *Velleii* ab *Henrico Dodwello* eleganter descriptam continet. Insequuntur hosce, qui vulgo dici solent Scriptores historiæ Augustæ minores, quorum sex sunt. AELII SPARTIANI quidem habemus *vitam Adriani*, *Aelii Veri*, *Didii Iuliani*, *Seueri*, *Pescennii Nigri*, & *Antonini Caracallæ*. IVLII CAPITOLINI *vitam Antonini Pii. M Antonini Philosophi*, *L. Veri*, *Pertinacis*, *Clodii Albini*, *Maximinorum*, *Gordianorum*, *Maximi & Balbini*. VVLCATII GALLICANI *vitam Auidii Cassii*, AELII LAMPRIDII *vitam Commodi*, *Antonini Diadumeni*, *Antonini Heliogabali*, *Alexandri Seueri*. TREBELLII POLLIONIS *vitam Valeriani*, *Patris & Filii*, *Gallienorum duorum*, *triginta Tyrannorum*. CLAVDII FL. VOPISCI *vitam Aureliani*, *Taciti*, *Floriani*, *Probi*, *Firmi*, *Saturnini*, *Proculi*, *Bonosi*, *Cari*, *Numeriani*, *Carini*. Hi autem ortum, vitam, mores & res gestas Imperatorum accurate describunt, ex iisdemque non historiæ solum, sed rituum etiam & magistratuum, qui sub Imperatoribus vixerunt, cognitio petitur. Editio est optima, quæ

cum

cum integris notis *Isaaci Casauboni*, *Claudii Salmasii & Iani Gruteri* prodiit *Lugduni Batauorum 1671. 8.* Eorundem quidem notas in editione sua habet *Cornelius Schreuelius*, *Lugduni Batauorum 1661. 8.* sed non sunt integræ, tantum excerpta notarum, eademque non vbiuis accurata. SEXTI AVRELII VICTORIS liber *de Cæsaribus*, breuis est epitome ab Augusto ad Iulianum, cui iungitur alius liber ad excessum vsque Theodosii, prodiere in vsum Delphini ex editione *Annæ, Fabræ Parisiis 1681. 4.* & cura *Io. Artzenii Amstelod. 1733. 4.* mai.

§. II.

Tales Scriptores Historiæ Augustæ latinos minores collegit *Ianus Gruterus*, atque ope MStorum Palatinorum emendatos edidit *Hanouiæ 1611. f.* Sunt isti, Florus, Velleius, Suetonius, Spartianus cum reliquis quinque, Ammianus Marcellinus, Iulius Exuperantius, Aurelius Victor, Pauli Diaconi & Landulphi Sagacis Historiæ Miscellæ libri XXIV, Iornandes de Regnorum & temporum successione atque rebus Geticis, Pauli Warnefridi libri sex de rebus gestis Longobardorum, & Sexti Rufi breuiarium. Prodiit postea *Historia Augusta*, *Lugduni 1592. 8.* sex Tomis, quibus continetur descriptio vitæ Imperatorum a Iulio Cæsare ad Fridericum II, atque comprehendit Suetonium, Tacitum, versionem latinam Dionis Cassii, Scriptores Historiæ Augustæ minores, Zosimum, Aurelium Victorem, Herodiani versionem, Procopium, Agathiam, Iornandem aliaque quæ ex Byzantinorum & recentiori historia collecta sunt ex Zonara, Cedreno, Sigonio, Paulo Aemylio, ita vt vnius auctoris scripta non in vno nexu fuerint proposita, sed secundum vitas Imperatorum distincta.

§. III.

§. III.

A Scriptoribus antiquis latinis pergimus ad Graecos, inter quos primo loco nominari meretur DIO CASSIVS. Historiam ille ab V. C. vsque ad Alexandri, Mammaeae filii tempora, LXXV libris complexus est, quorum priores XXXIV cum parte XXXV iniuria temporum interciderunt, sequentes XXV integri extant & a Q. Metelli in rebus in Creta gestis A. V. C. 686. incipiunt, in morte Claudii imperatoris desinunt, de reliquis vero non nisi excerpta IOANNIS XIPHILINI habemus. Scriptor grauis est, nec a fide, vt quidam volunt, alienus. Ad intelligendam Imperatorum historiam multum facit, si cum Suetonio & Tacito coniungatur. Publicis vbique monumentis vtitur, veterum quoque legum formulas eleganter exprimit. Notandum tamen in eo est, quod odio in Pompeianos aliosque nimium concedat, quare etiam de Pompeianorum variis erroribus post proelium Pharsalicum agit. Senecae obiicit adulterium cum Neronis matre, & quod causa fuerit eiusdem interfectae. Inuehitur in Ciceronem, Cassium, Brutum aliosque Pompeianarum partium. Plagii quoque notatur ab Henrico Valesio, quod multa de verbo ex Plutarchi Sylla descripserit. Optima est editio, quae cum notis Roberti Stephani, Guilielmi Xylandri, Friderici Sylburgii, Henrici Stephani, Francisc. Vrsini prodiit gr. & lat. *Hanouiae 1606. f.* DIONIS CASSII *Romanae Historiae Libri III. ultimi* restituti ex antiquissimo Bibliothecae Vaticanae codice opera NICOLAI CARMINI FALCONIS graece & latine *Romae* 1724. 4. Cassio aequalis erat HERODIANVS, qui octo libris Historiam descripsit sui temporis, ab excessu M. Aurelii vsque ad imperium

rium Gordiani. Hunc autem fidum atque elegantem historicum omnes agnoscunt. In eo quidem reperitur negotiorum personarumque varietas multa, multa rerum nouitas, grauitas sententiarum atque orationis suauitas. Inter editiones illa est præferenda, quæ cum notis atque animaduersionibus *Ioannis Henrici Bœcleri* prodiit græce & latine, *Argentorati 1662. 8.* ZOSIMI *Historiæ Romanæ* libri VI ex versione *Ioannis Leunclauii* prodierunt cum notis Friderici Sylburgii, recensente *Christophoro Cellario*, *Cizæ 1679. 8.* Ab Octauiano Cæsare autem exorditur historiam, vsque ad vrbem a Gothis, Alarico duce captam, eademque breui quidem, sed perspicuo sermone scripta est. Multa habet in Imperatorum historia ab aliis non memorata, in Christianos tamen quodammodo iniquus est, defendente in quibusdam Leunclauio, singulari apologia. IVLIANI Imperatoris *Cæsares*, in quibus satyrico more vitas Imperatorum perstringit ipse Imperator, edidit primum græce & latine *Carolus Cantoclarus*, *Parisiis 1577. 8.* & cum aliis Iuliani Operibus *Dionysius Petauius*, *Parisiis 1630. 4.* Emendatissima & præclara quoque est editio horum *Cæsarum*, quam cum integris adnotationibus aliquot doctorum virorum & selectis *Ezechielis Spanhemii*, interpretatione item latina & gallica, additis Imperatorum nummis ex instituto & Bibliotheca *B. Christiani Sigismundi Liebe* recensuit V. C. *Io. Michael Heusinger*, *Gothæ 1736. 8.* accessit *Sponii* Dissertatio de vsu nummorum in Physiognomia & vita Iuliani, & *gallice*, cum notis elegantissimis *Ezechielis Spanhemii*, *Parisiis 1683. 4.* iterumque *Amstelodami 1728. 4.* secundis curis limata, multoque pleniore editione.

§. IV.

§. IV.

Inter recentiores obſeruandi de *rebus Imperatorum Romanorum* exponentes; qualis eſt: *Hiſtoire Romaine depuis Auguſtè* par Mr. COEFFETEAV, *Paris 1663. f. Rouen 1680. 12. 2. Voll.* Egregii & pleni bonæ frugis ſunt commentarii, quos le NAIN de TILLEMONT dedit, inſcriptos: *Empereurs depuis Auguſte jusqu' a l' Empereur Honorius*, *a Paris 1690. 4.* recuſa *1693. 4.* & *Bruxellis 1692. 1694. 12. Paris 1700. 4. 5. Voll.* & nuper *Venetiis 4.* Totum Tillemontius ſe dederat Hiſtoriæ cumprimis Eccleſiaſticæ ſcribendæ, ideoque vt eo liberius ſibi Muſisque viueret, nullo publico officio admoueri ſe paſſus eſt. Hanc autem hiſtoriam ſuam *quinque Tomis* complexus eſt. *Primo* quidem priorum Cæſarum vsque ad *Veſpaſianum* hiſtoriam deſcribit. *Alter tomus* hiſtoriam *Veſpaſiani* & reliquorum Imperatorum vsque ad mortem *Pertinacis* continet, prodiit *Pariſiis 1691. 4.* recuſus *1694. 4.* *Tertius Tomus* a *Seuero* vsque ad tempora *Valentiniani.* *Quintus Tomus* hiſtoriam *Valentiniani II*, *Theodoſii*, *Arcadii* atque *Honorii* complectitur, *Pariſiis 1701. 4.* Opus eſt multæ eruditionis, in quo præclara ex ciuili & eccleſiaſtica hiſtoria vsque huc nondum inueſtigata exacte deducit, chronologiam reſtituit, aliorum errores notat, controuerſias hiſtoricas decidit exacta ratione. Ad vſus cultoris Iurisprudentiæ Romanæ inſeruit GVILIELMI HENRICI NIEVPOORT *Hiſtoria Reipublicæ & Imperii Romanorum*, *Traiecti ad Rhenum 1723. 8. 2. Tom.* quam ab Vrbe condita ad Annum Vrbis DCCXXVII. quo Octauiano Cæſari ſumma Imperii cum nomine Auguſti delata fuit, ex monumentis veterum contexuit. WILHELMI WOTTONI *hiſtoria Romana*,

mana, ab excessu Antonini Pii vsque ad mortem Alexandri Seueri, Londini 1701. 8. Anglico sermone scripta est, atque vsibus *Wilhelmi, Glocestriæ* Ducis destinata erat, quo tamen præmaturo fato abrepto, nihilominus est publicata. Augustarum quarundam, vitam, moresque elegantissime describit & simul plura historiæ Romanæ argumenta illustrauit Mr. *de* SERVIES, *Femmes des douze Cesars a Paris.* Quas deinde continuauit sub titulo: *Suite des femmes de douze Cesars a Paris.* Versio huius libri germanica elegans: *Leben der Gemahlinnen der ersten zwœlff Rœmischen Keiser*, edita *Augustæ Vindelicorum 1724. 8.* AENEAE VICI *Imagines Augustarum* italice editæ *Venetiis 1557. 4.* indeque latine interprete *Natale Comite, Venetiis 1558. 4. De primorum XII. Cæsarum genealogia, stemmatibus & consanguinitatibus* scripsit idem AENAES VICVS *Venetiis 1555. f.* qui etiam *Numismata XII priorum Cæsarum* ab ANTONIO ZANTANO explicata, æri insculpsit, *Venetiis 1554. 4.* vt taceam alios scriptores, qui historiam Imperatorum *Numismaticam* ediderunt, de quibus in *Bibliotheca Numismatum* latius fuit dictum.

§. V.

Nec defuerunt inter recentiores, qui omnium Imperatorum historiam ad sua vsque tempora describere tentarunt. Indicauit illos B. Caspar Sagittarius in introductione sua ad Historiam Ecclesiasticam & singulas eius partes cap. XXII, potiores hic quoque exhibemus. Breuis est BENEVENVTI de RAMBALDIS libellus *de vitiis Cæsarum*, qui inscribitur *Augustalis*, ac desinit in Wenceslao, *Argentorati 1504. 8.* postea cum supplemento Aeneæ Syluii, in Tomo II rerum Germanicarum Freheri. FRANCISCVS PETRARCHA etiam

etiam *vitas imperatorum & pontificum Romanorum* italice ſcripſit, *Venetiis 1507. 4.* item, *Venetiis 1534 8.* BERNARDINVS CORIVS *Imperatorum hiſtoriam* dedit a Iulio Cæſare ad Fridericum I. *Mediolani 1503. f.* IOANNES BAPTISTA EGNATIVS *de Romanis Principibus*, *Francofurti 1588. 8.* DIONYSIVS GOTHOFREDVS *hiſtoriam antiquam* compoſuit ex ipſis antiquioribus ſcriptoribus collectam, *1591. 8.* quam poſtea *Magnus Heſenthalerus* continuauit atque edidit *Stutgardiæ 1668. 8.* Vt taceam alios, qui vix adlegari merentur. Nec omittendus heic eſt IOANNES CVSPINIANVS, ſiue SPIESHAMMER, qui *Vitas Impp. a Iulio Cæſare vsque ad Maximiliani I.* tempora deſcribit, & fere vniuerſalem hiſtoriam ſimul exhibet: prodiit cum *Wolffgangi Hungeri* adnotationibus *Baſileæ 1540. f.* & *Francofurti 1601. f.* Non contemnendus eſt auctor, ob ſingularia dicta, facta & exempla Cæſarum, quæ curioſe annotauit.

§. VI.

Alii in deſcribendis particularibus Impp. vitis operam ſuam exercuerunt. In quibus recentiores penes antiquiores collocabimus. C. IVLIVS CAESAR, fundator Monarchiæ Romanæ ipſe ſuam conſcripſit Hiſtoriam. Eius enim *Commentariorum de bello gallico* extant libri VII, cui octavum addidit A. HIRTIVS PANSA, ipſi familiaris & ſuperſtes. *Bellum* etiam *Ciuile Pompeianum* libris III. ipſe deſcribit Cæſar, *Alexandrinum* vero, *Africanum* & *Hiſpanicum* eidem Hirtio debemus. Ciceronis quidem ſuauitatem non habet, elegans tamen eſt ſcriptor, qui nuda ſimplicique narratione res geſtas deſcribit. Ad ſtatum Galliæ antiquum deſcribendum multum conducit, in eodemque accuratus eſt: in ciuili vero bello

quædam a se imprudentius gesta plane reticet. Inter editiones, a notarum varietate commendanda est, quæ cum notis *Ioannis Rhellicani, Henrici Glareani, Petri Ciacconii, Francisci Hottomanni* & aliorum, ex bibliotheca Pauli Petauii adornata est studio *Gothofredi Iungermanni, Francofurti 1606. 4.* Accessit huic editioni Græca metaphrasis, quæ MAXIMI PLANVDAE est, docta, atque ad textum accommodata, excursus tamen tentat, nec eos tamen ingratos. Alias ex typorum nitore commendanda est *Plantiniana*, quæ *1593.* & *1606.* prodiit, atque alia ex museo *Iacobi de Strada 1575. 8.* Aliam deinde cum selectis variorum notis edidit *Arnoldus Montanus, Lugduni Batauorum 1651. & 1670. 8.* in vsum Delphini, *Ioannes Godwinus, Parisiis 1678. 4.* & *Londini 1693. 8.* quæ tamen præter nitorem atque notas in aliis quoque editionibus reperiendas, nihil habet singulare. Splendidissima est editio, quam *Samuel Clarke Londini 1712. fol. m.* nitidissimis figuris æneis adornauit. Ex præstantissimis vero noua est, facta studio *Francisci Oudendorpii, Lugduni Batauorum 1737. 4.* In communi vsu esse solet quæ ex recensione *Iosephi Scaligeri* recusa est *Lipsiæ 1674. 8.* *Cæsaris præstantiam & res gestas* descripsit FRANCISCVS FLORIDVS, *Basileæ 1540. f.* atque Cæsarem Pyrrho, Alexandro M. Hannibali, Scipioni, Pompeio præfert. De *Cæsaris militia* egit PETRVS RAMVS, *Francofurti 1574. 8. C. Cæsarem Dictatorem* in exemplum turbatæ Reipublicæ, eruditissima dissertatione *Ien. 4.* proposuit GEORGIVS SCHVBARTVS. Eiusdem Cæsaris historia ex antiquis numismatibus restituta, cum figuris numismatum edita est per HVBERTVM GOLTZIVM, *Brugis 1563 f.* & cum Ludouici Nonii Commentariis, *Antwerpiæ 1645. f.* Vitandum autem est in Goltzii collectionibus

nibus Numismatum, ne suppositicia pro genuinis capiamus, alias a multitudine collectorum numismatum est commendandus. Nonii vero Commentarius ex probatissimis Scriptoribus est desumtus. Eadem ratione *C. Iulium Caesarem numismaticum* edidit IOANNES SEBALDVS FABRICIVS, *Londini 1678. 8.* qui Dionem, vbi de vita Caesaris agit, per selectiora numismata explicat. *Vitam C. Iulii Caesaris* ex numismatibus deduxit AENEAS VICVS, *Venetiis 1560. 8.* IOANNIS GLANDORPII *notitia familiae C. Iulii Caesaris & Octauiani Augusti*, quae prodiit *Parisiis 1634. 4.* elegantissima est, quem secutus GOTHOFREDVS de PESCHWITZ, qui *familiam Caesarum Augustam* scripsit *Ienae 1662. 12.* De *Augusti Caesaris progenie* liber extat M. VALERII CORVINI MESSALAE, quem in lucem primus protulit *Iacobus Bedrotus*, suppositicium tamen Scriptorem faciunt plerique. Prodiit *Moguntiae 1540. 8.* vid. Vossius de historicis latinis lib. I. cap. XVIII. p. 89. Sic etiam ex antiquis *Augusti institutionem* descripsit NICOLAVS DAMASCENVS, de quo saltim excerpta supersunt ab Henrico Valesio inter alia collecta *Parisiis 1634. 4. Imp. Caes. Augusti temporum notatio, genus, & scriptorum fragmenta* prodierunt cura *B. Ioa. Alberti Fabricii*, *Hamburgi 1727. 4.* praemittitur *Nicolai Damasceni* Liber *de institutione Augusti* cum versione *Hug. Grotii* & *Henr. Vales. Vitam & res gestas Augusti* ex nummis descripsit HVBERTVS GOLTZIVS, *Brugis 1577. f.* & cum commentariis Ludouici Nonii, *Antwerpiae 1644. f. Histoire d' Auguste* par *Mr. de* LARREY, *Rotterdam 1690. 8.* cultissime & prudentissime est scripta. *Examen Chronologicum sententiae Scaligerianae de natali die Octauiani Augusti* instituit FRIDERICVS MÜLLERVS, *Giessae 1664. 4. Testamentum*

O. Augusti a *Tacito* I. Ann. VIII. relatum notis ac obseruationibus illustratum exhibuit NICOLAVS WILHELMVS KLEINSCHMID, *Marburgi 1719* 4. De *Liuia Augusta* extat præclara Dissertati celeberrimi viri IOA. DAVID. KOELERI *Altorfii 1715.* 4. Eandem *Augustam*, Cæsaris Octauiani cum Augusti Ducis Brunsuicensis Coniuge contulit IOACHIMVS HILDEBRANDVS, *Helmstad. 1662.* 4. De *Tiberio* elegantem habemus dissertationem IOANNIS ANDREAE BOSII, qua eius vitam, mores & regimen describit, quæ edita est *Ienæ 1661.* 4. *Aulam Tiberianam* peruestigauit CYRIACVS LENTVLVS, *Herbornæ 1663.* 8. Vitam ex nummis illustrauit HVBERTVS GOLTZIVS cum commentariis Ludouici NONII, *Antwerpiæ 1644 f.* De *Caii Caligulæ vita* singularem librum scripsit PHILO IVDAEVS, cui per cauillationem titulum dedit, *de virtutibus*, quem Claudio ad Imperium euecto, coram vniuerso senatu fertur recitasse, atque tanta omnium admiratione exceptus est, vt eius scripta digna deinceps iudicata sint, quæ in Bibliothecis publicis consecrarentur, teste Eusebio lib. II. Hist. Eccles. cap. XVIII. De *Claudii Imp. morte* egit L. ANNAEVS SENECA in satyrico libello, quem inscripsit Ἀπολοκύνθωσις, quæ Erasmi demum temporibus in Germania fuit reperta, post eius operibus inserta. *Neronis encomium* scripsit HIERONYMVS CARDANVS, quo illum partim commendat, partim excusat, quod cum aliis eiusdem operibus prodiit. De controuersia vero, quæ inter Patinum fuit atque Eggelingium de nummis quibusdam Neronis egimus in Bibliotheca Numismatum *p. 55.* *Neronis Cæsaris Historiam Secretam*, seu cœnam Trimalcionis ex Satyra Menippæa *Petronii* in linguam Gallicam conuersam,

ſam. Notis hiſtoricis illuſtrauit Dn. LABAVR, *Pariſiis 1727. 12.* *Galbæ vitam* PLVTARCHVS ſcripſit, alias HENRICVS SAVILIVS *de Neronis exceſſu & Galbæ* principatu egit, qui tractatus ex anglico latine eſt verſus per *Iſaacum Gruterum Amſtelodami 1649. 12.* *Hiſtoriam Galbæ Imp.* Diſſertatione academica exhibuit DANIEL WALTHER *Ienæ 1689. 4.* Qui de Galbæ atque Ottonis nummis ſcripſerint, recenſentur in bibl. Numiſm. l. c.

§. VII.

Optimus Princeps Traianus a CONRADO RITTERSHVSIO in lucem protractus, prodiit *Ambergæ 1698. 8.* in quo præter vitam Traiani, ex antiquis æque ac recentioribus excerptam, habentur etiam PLINII *epiſtola de Chriſtianis*, TRAIANI *de iisdem reſcriptum*, cum Rittershuſii & Franciſci Balduini commentariis. In eandem Plinii Epiſtolam ſeparatim alias commentatus fuit GERARDVS IOANNES VOSSIVS, *Amſtelodami 1655. 12.* & CHRISTIANVS KORTHOLTVS, *Kiloni 1674. 4.* Traiani laudes atque elogia deſcripſit C. PLINIVS SECVNDVS in *panegyrico* ſuo, qui verum exemplar panegyrici præbet. Optima eſt editio, quam procurauit *Chriſtophorus Cellarius, Lipſiæ 1693. 12.* *Traianum non optimum* Diſſertatione pererudita præſide V. C. IOA. GVILIELMO BERGERO propoſuit *Ioa. Henricus Bartels Wittenbergæ 1725. 4.* Ad belli Dacici hiſtoriam facit ALPHONSVS CIACCONIVS, qui ex ſimulacris in *columna Traiani*, quæ Romæ eſt viſa, eandem deſcripſit *Romæ 1576. f.* Cum autem contra hanc Ciacconii expoſitionem quædam ab anonymo opponerentur, eius defenſionem ſuſcepit RAPHAEL FABRETTVS in ſyntagmate *de columna Traiani*, quod cum aliis quibusdam prod-

iit *Romae 1683. f.* quo multa, quae ab vtrisque non satis explicata emendauit, reliqua dilucidius explanat. Ab eodem Traiano extructi pontis rudera in Dacia adhuc visuntur, de cuius inscriptione extat AMBROSII MORALIS & L. ANDREAE RESENDII epistola, quae continentur in Tomo II. Hispaniae illustratae. Monumentum magnificum in honorem *Traiani*, Beneuenti a Senatu Populoque R. A. CXII. erectum, exquisita arte & industria descripsit IOANNES *de* NICASTRO breui libello: *Descrizione del celebre Arco eretto in Benevento a Marco Vlpio Traiano Imperadore dal Senato & Popolo di Roma, Beneventi 1723. 4.* Figmentum est pontificiorum, Gregorium M. papam, quingentis post obitum Traiani annis, animam eius ex orco precibus suis liberasse, quod tanquam germanum & irrefutabile miraculum recensetur in pseudo-sermone Ioan. Damasceni *περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων.* Defendit hanc sententiam ALPHONSVS CIACCONIVS, *in vindiciis historiae de anima Traiani per Gregorium ex orco reuocatae, Romae 1576. f.* cui adsentitur Alphonsus Salmero, Franciscus Mendoza atque alii. BERNHARDVS BRVSCVS vero *redargutionem huius historiae* dedit. Refutat etiam *Bellarminus* lib. II. de purgatorio cap. VIII. *Baronius* ad annum 604. & *Pompeius Sarnelli* in epist. eccles. XXXVIII. Vitam *Traiani* ex nummis concinnasse in Wallia episcopum Asaphopolitanum testatur Vaillantius in praefatione ad numismata aenea Imperatorum. *Hadriani* Imperatoris laudes celebrauit SPARTIANVS *& inter recentiores* Abbas NICASIVS in dissertatione *de nummo Hadriani Pantheo*, quam ad *Spanhemium* scripsit, in eademque praeter nonnulla de consecrationibus veterum, illarumque origine, peculiaris quaedam instituitur comparatio inter

inter *Hadrianum* & *Alexandrum M. Lugduni Batavorum 1680. 4.* Integram *Hadriani vitam* ex marmoribus, nummis, aliisque id genus monumentis edere sibi proposuisse RAINSANTIVM testantur Acta Eruditorum Lipſ. LXXXVII. p. 29. De *Hadriani Imp. nomine, indole, virtutibus ac vitiis*, in supplementum Historiæ Augustæ ex scriptis Iudæorum Dissertatione academica exposuit PAVLVS FRIDERICVS OPITIVS, *Kiliæ* 1722. 4. *Ælium Verum* descripsit SPARTIANVS. Ad *Antoninii Pii vitam* præter IVLIVM CAPITOLINVM faciunt ROBERTI KEVCHENII *excursus politici, Amstelodami 1667. 8. Selectos nummos Antonianos*, quorum primus noui anni auspicia, alter Commodum atque Annium Verum, Cæsares exhibet, eruditissime explicauit IOANNES PETRVS BELLORIVS, *Romæ 1678. 8.* M. AVRELIVS ANTONINVS *de vita propria* commentatus est, licet philosophum potius agat, & ad morum doctrinam instruat, quam histor cum. Hos autem libros repurgatos, suppletos, restitutos, versione latina noua, lectionibus item variis, locis parallelis ad marginem adiectis & commentario perpetuo explicauit atque illustrauit *Thom. Gatackerus, Cantabrigiæ 1652. 4.* & nuper inter *opera* eius Antea prodierat ex editione Guilielmi Xylandri & *Merici Casauboni*, græce & latine, *Londini 1645. 8.* Inter veteres habemus IVLIVM CAPITOLINVM. Ex recentioribus eiusdem *vitam* & res gestas varias ex nummis illustrare promisit THEODORVS BIGNONIVS, nondum vero editam. *Columna Antoniniana M. Aurelii Antonini rebus gestis insignis, Germanis simul & Sarmatis gemino bello deuictis, ex SCto Romæ in Antonini Foro & viam Flaminiam erecta, vtriusque belli imaginibus Anaglyphice insculpta, nunc primum a* PETRO

SANCTI BARTOLO, *iuxta delineationes in Bibliotheca Barberiniana adseruatur æri incisa, atque explicata per* IOANNEM PETRVM BELLORIVM. De *ætate Commodi* nummis inscripta commentatus est NICOLAVS TOINARDVS, *Parisiis 1690. 4.*

§. VIII.

Ad historiam *Caracallæ* facit elegantissima dissertatio EZECHIELIS SPANHEMII *de Orbe Romano*, ad l. 17. π. de statu hominum, quam Tomo vndecimo thesauri sui inseruit Græuius, apud Anglos separatim edita, & *Halæ* cura ill. *Heineccii 4.* qua constitutionem illam Caracallæ vindicat & quantum confusionis in historia Romana Antoninorum diuersitas pariat, docet. De *annis Imperii M. Aurelii Antonini Elegabali*, plenam bonæ frugis Dissertationem dedit PHILIPPVS A TVRRE, *Patauii 1713. 4.* De *Philippi Arabis Christianismo* multa est controuersia. Sententias, quæ in hanc & illam partem proponuntur, collegit CHRISTIANVS KORTHOLTVS de *Philippi Arabis, Alexandri Mammeæ, Plinii Iunioris & Senecæ Christianismo, Rostochii 1662. 4.* Refutarunt CHRISTOPHORVS CELLARIVS in dissertatione sua elegantissima *de primo principe Christiano, Halæ 1698. 4.* & quæ inter opera historico - politica CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII est *de primo Christiano Imperatore*, vtrisque hunc honorem Constantino M. seruantibus. Operosus vero est in Christianismo Philippi defendendo P. DE LA FAYE in dissertatione cui titulus: *Entretiens historiques ou dissertation sur cette question si l' Empereur Philippe a esté Chretien*, prodiit *Basileæ 1690. 8.* in qua respondet ad argumenta, a Piteto, professore Geneuensi ipsi proposita & quidem ex criminibus nihil concludi, cum similia, si non maiora repe-

reperiantur in Conſtantino M. nec ex ludis ſecularibus, cum alii Imperatores etiam paganizauerint; nec etiam quod Conſtantinus M. primus dicatur baptizatus, cum forſan pro more baptiſmum ad mortem vsque diſtulerit Philippus. Potius tamen argumenta negantia deſtruere conatur, quam vt multis adſerat. Reliquorum Impp. vitam deſcriptam videmus a Scriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ minoribus. De *Tacito* Imp. extat METII VOCONTII Oratio, *Tacito* Auguſto dicata, quam ex Cod. MSCt. recognitam dedit celeberrimi vir nominis *Chriſtianus Gottlieb Schwarzius* in *Miſcellaneis politioris humanitatis* ab eo *Noribergæ* 1721. editis. Vnicum ſaltim addemus de hiſtoria Diocletiani. Habemus in eadem ANTONII BEMBELLONAE de GAVDENTIIS *Tempeſtiuum Suſcitabulum pro Principibus, ſiue Commentarium ad edictum Diocletiani in Chriſtianos*, pro defenſione autonomiæ & eunomiæ in Imperio Romano conceſſæ, *Serueſtæ* 1692. 4. cuius tamen verus auctor eſt BARTHOLOMAEVS GERICIVS. De *duobus nummis Diocletiani & Licinii diſſertationem* edidit cum auctario chronologico de votis decennalibus Imperatorum ac Cæſarum FRANCISCVS HENRICVS NORISIVS, *Florentiæ* 1695. 4. Vt taceamus Scriptores aliquot Hiſtoriæ Romanorum Imperatorum, qui cum minorum ſint gentium, eosdem hic ſtudio prætermittimus.

CAPVT SEXTVM
DE
SCRIPTORIBVS HISTORIAE BYZANTINAE.

§. I.

A *Romanis* Scriptoribus ad *Byzantinos* progredimur, quorum alii historiam saltim scripserunt, latini & ethnici sunt: alii vero sub Imperio *Byzantino* viuentes Chri-

Christiani in eadem fuerunt occupati. PHILIPPVS LABBEVS primum edidit *Protrepticon de Byzantinæ historiæ Scriptoribus ad omnes per Orbem Eruditos*, cui addidit notas ad eclogas Scriptorum Byzantinorum *Parisiis 1648. f.* In hoc non solum Imperatores *Byzantinos* a *Constantino M.* ad *Constantinum Palæologum*, addita breui rerum gestarum serie, commemorat, sed Catalogum etiam historicorum *Byzantinorum* CXXXVI, qui in futuro eorum corpore, ad quod formandum condendumque eruditos viros excitat, locum inuenire deberent, ordine chronologico, recenset, Vrbem Constantinopolim, qualis Arcadii & Honorii temporibus erat, describit, sed etiam se plures cum codicibus Bibliothecæ Regiæ, Mazarinianæ & aliarum collatos, cum propriis & *Iacobi Goari* notis editurum promisit. Quod ex *typographia regia* splendidissimo apparatu præstitum quidem, aliis tamen etiam manus obstetricantes præbentibus. Postea eosdem plenius recensuit MARTINVS HANCKIVS in libro *de Byzantinarum Rerum Scriptoribus Græcis. Lips. 1677. 4.* In hoc enim L. historicorum vitas, scripta, de iisdemque iudicia commemorauit, prolixe satis atque egregie. In vtrosque indicem fecit RVDOLPHVS CAPELLVS in *Byzantinis* suis, *Hamburgi 1686. 4.* Inter Scriptores ethnicos de rebus *Byzantinorum Imperatorum* superius iam recensuimus ZOSIMVM atque EVTROPIVM. Ex latinis maxime hic memorari meretur AMMIANVS MARCELLINVS. Hic historiam Imperatorum a *Neruæ* Principatu exorsus, vsque ad *Valentis* interitum pertexuit, sed ex libris XXXI. supersunt saltim XVIII. posteriores, qui in rebus *Constantii* Imperatoris incipiunt, in *Valentis* historia desinunt. Militaris homo erat, ideoque rem

rem militarem accurate deſcribit, atque a veritatis ſtudio potius, quam a ſermonis elegantia commendandus eſt. Excurſus tamen amat, atque in iisdem ſæpe nimius eſt, in quibus tamen multum facit ad Germaniæ atque Galliæ mediæ geographiam. Inter editiones ob notas æſtimantur *Henrici Valeſii*, *Pariſiis 1636. 4.* & *Friderici Lindenbrogii*, *Hamburgi 1609. 4.* & cum *Lindenbrogii* ac *Valeſii* notis, addita vita *Ammiani* a *Claudio Chifletio* compoſita *Pariſiis 1681. f.* Optima eſt editio, quæ cum notis *Hadriani Valeſii*, ex nummis & monumentis antiquis illuſtrata, cura *Iacobi Gronouii* prodiit *Lugduni Batauorum 1693. f.* cui etiam præmiſſa eſt vita *Ammiani* per *Claudium Chiffletium* conſcripta. *Ammiano* iungenda eſt PAVLI DIACONI *hiſtoria Miſcella*, quæ cum obſeruationibus *Friderici Lindenbrogii* prodiit *Hamburgi 1611. 4.* Hæc enim editio Raphelengiana, quæ paullo ante prodierat, locupletior longe eſt atque accuratior. Sed vere dicitur miſcella, cum ex aliis Scriptoribus plerumque ſit deſumta. Priores quidem XI libri illi ipſi ſunt decem libri Eutropii, niſi quod aliqua de ſuo ſubinde addat *Paulus*. Sequentes quinque libros ad continuandum *Eutropium* addidit *Paulus*. Cæteri, ſeptimus decimus nempe, & qui ſequuntur, a *Landulpho Sagace* ſunt additi, imprimis ex *Theophane* deſumti. Hac igitur rhapſodia Imperatorum non ſolum, ſed etiam Longobardorum hiſtoria deſcribitur. Facit huc etiam IORNANDES, cuius *hiſtoria Gothorum* breuis eſt & horum bella cum Imperatoribus deſcribit. Adnexa eſt M. AVRELII CASSIODORI *variarum lectionum* libris, quæ *Geneuæ* 1656. 4. prodierunt, atque varias epiſtolas *Theodorici* Gothorum regis ad Byzantinos, & horum ad illum continet.

§. II.

§. II.

Proprie autem dicuntur *Byzantini* Scriptores, qui sub *Byzantino* Imperio viuentes, vel vniversalem historiam, vsque ad sua tempora, vel certorum tantum temporum statum scripserunt. Historiae autem *Byzantinae* Scriptores quatuor potissimum sunt, qui se inuicem continuantes, omnem historiam a *Constantini M.* temporibus, vsque ad captam a Turcis Constantinopolin complexi sunt. Exordium fieri debet a IOANNE ZONARA, qui tribus *Annalium* Tomis historiam Catholicam scripsit, quam *Ambrosius Wolfius* primum edidit, *Basileae 1557. f.* post *graece* & *latine Carolus du Fresne*, *Parisiis* ex *typographia Regia 1686. f.* Promiserat quidem *Labbeus* in *protreptico*, & dissertatione de *Scriptoribus Ecclesiasticis*, se editurum esse hosce Annales *Zonarae*, quod tamen non ab eo, sed a *Carolo du Fresne* est praestitum, qui plurimum iam de historia Byzantina erat promeritus. *Annales* in libros octodecim distinxit, hos iterum in sectiones, versionem *Wolfianam* emendauit, variantes lectiones eruditas adiecit. Subiicitur *breue* quoddam *Chronicon* ab O. C. vsque ad *Alexii Comneni* Imperium, quod a *Petauio* vna cum *Nicephori breuiario* primum editum, post in regia *Nicephori* editione emissum. Hi autem tres Annalium tomi vniuersalem historiam continent. Tertius vero tomus Byzantinorum Imperatorum res gestas vsque ad Alexii Comneni obitum complectitur. Verum in eodem maiorem diligentiam plerumque desiderant. *Zonaram* continuat NICETAS ACOMINATVS *Choniates*, qui historiam de rebus *Imperatorum Byzantinorum* paulo ante sua tempora, potissimum vero aetate sua gestis composuit. Orsus est ab *Ale-*

xii

xii Comneni morte, vbi desierat *Zonaras*, res gestas *Ioannis Comnenii* & successorum, partim ab aliis auditas, partim a se visas commemorat vsque ad *Balduinum*, siue ab A. C. 1118. ad 1206. idque libris XXI. Prodiit græce & latine cum *Wolfii* adnotationibus, *Basileæ 1557. f. Geneuæ 1593. 4.* & *Parisiis 1647. f.* ex *typographia Regia*, cum notis *Caroli Annibalis Fabrotti.* Hunc supplet NICEPHORVS GREGORAS, qui *Historiæ Byzantinæ libros XI* scripsit, atque a capta per latinos vrbe auspicatur, in morte *Andronici Palæologi* iunioris desinit, siue ab A. C. 1204 ad 1341. Prodierunt græce & latine cum paralipomenis *Nicetæ Acominati*, cura *Hieronymi Wolfii*, *Basileæ 1562. f.* per *Ioannem Oporinum.* Peculiare fragmentum ex libro VIII desumtum, quod in editionibus antiquis desiderabatur, græce & latine prodiit interprete *Dionysio Petauio*, *Nicephori Constantinopolitani* breuiario subiectum, *Parisiis 1616. 8.* Optima est editio, quæ *Parisiis* prodiit ex *typographia regia 1661. f.* Scriptor hic *Zonaræ* quidem & *Nicetæ* non est comparandus, multa quoque de suo immiscet atque diuagatur, iudicio tamen vtitur recto, diuinæ prouidentiæ multum tribuit, atque euentuum caussas optime diiudicat. Iniurius maxime videtur in *Andronicum*, quem defendit *Cantacutzenus.* Quartus denique est, LAONICVS CHALCOCONDYLAS, Atheniensis, cuius historiarum *de origine ac rebus gestis Turcarum* libri X. extant, *Conrado Clausero*, Tigurino interprete, *Coloniæ 1615. f.* atque ex editione optima *Caroli Annibalis Fabrotti Parisiis 1650. f.* Addidit *Basilius Ioannes Heroldus tabulas genealogicas*, ex quibus Byzantinorum Imperatorum progenies melius poterit dignosci. Hic autem interitum Imperii Constantinopolitani describit, ideoque de Turcarum

earum ortu & potentiæ progressu, pluribus agit. Scriptor autem est accuratus, qui breui sermone multa complectitur. Hi igitur Scriptores quatuor *Corpus Historiæ Byzantinæ* constituunt, cum non solum præcipui sint, sed etiam integrum nexum Historiæ describant.

§. III.

Præter hosce, plures adhuc sunt *Scriptores Byzantini*, qui etiam vlterius progressi ab exordio mundi historiam scripserunt. GEORGIVS quidem, *Tarasii*, Patriarchæ Constantinopolitani SYNCELLVS, eclogam *chronographiæ* ab initio mundi ad sua vsque tempora adgressus est, eandem tamen non absoluit, sed ad *Diocletiani* tantum tempora perduxit. Prodiit cum latina versione & notis *Iacobi Goar*, *Parisiis 1652. f. ex typographia regia.* Continuauit *Syncellum* THEOPHANES *Confessor*, qui *Chronographiam* suam ab anno primo *Diocletiani* vsque ad *Leonis Armeni* tempora perduxit, quæ græce & latine extant cum notis *Iacobi Goari* & *Francisci Combefisii*, *Parisiis 1655. f. ex typographia regia.* In eandem chronographiam exegesis extat *Gothofredi Henschenii & Danielis Papebrochii*, quæ mensi Martio in *actis Sanctorum*, est præmissa. *Theophanis* chronographiam continuauit IOANNES SCYLITZA, Curopalates, qui de Constantinopolitanis Imperatoribus *compendium historiarum* scripsit, quod cœpit ab Imperatoris *Nicephori Logothetæ* interitu, anno 811. vsque ad *Nicephori Botoniatæ* Imperium anno 1081. Prodiit hoc *Scylitzæ* compendium integrum latine, interprete *Ioanne Baptista Gabio*, *Venetiis 1570. f.* quæ versio tamen per *Fabrottum* emendata cum *Cedreno* est edita. Sic etiam inter *Theophanis* continuatores referendus

est

eſt LEO GRAMMATICVS, qui de rebus Conſtantinopolitanorum hiſtoriam ab Imp. *Leonis Armeni* coronatione, vsque ad *Romanum Lacapenum* deducit. Adiecta eſt *Theophanis* Chronographiæ. Secutus hoſce fuit GEORGIVS CEDRENVS, qui *ſynopſin hiſtoriarum* ſcripſit ab O. C. vsque ad initium *Iſaaci Comneni*, ſiue A. C. MLVII. Hanc *Fuggerorum* hortatu primus in lucem produxit *Guilielmus Xylander* cum interpretatione latina, *Baſileæ 1566. f*, quam poſtea correxit, lacunas & multa alia ex *Ioanne Curopolata* & *Georgio Syncello* ſuppleuit, gloſſarium quoque addidit *Carolus Annibal Fabrottus*, cuius editio cum notis *Iacobi Goarii* prodiit, *Pariſiis 1647. f.* Hoc autem opus vere dicitur cento ex multis pannis conſutus, cum pleraque ex aliis deſumſerit, ita, vt res geſtas a morte *Nicephori Logothetæ* vsque ad *Iſaaci Comneni* exordium iisdem verbis legere liceat in *Ioannis Scylitzæ* Curopalatæ hiſtoria. Multas autem intermiſcet fabulas, vt non ſine iudicio legi debeat. Poſt hoſce, MICHAEL GLYCAS *Annalium* libros quatuor ſcripſit, quibus ab exordio mundi ad *Alexii Comneni* tempora vsque progreditur. Hos latine primum edidit *Ioannes Leunclauius*, *Baſileæ 1562. f.* vna cum appendice, ſiue ſupplemento rerum vsque ad Imperii Conſtantinopolitani euerſionem. *Græce* vero illos edidit, lacunis verſionis latinæ ſuppletis, *Philippus Labbeus.* Breuis quidem eſt, ſed accuratus. Vere dicitur *chronographia compendiaria* NICEPHORI Conſtantinopolitani, quæ ab *Adamo* vsque ad vltimum annum *Michaelis* Imperatoris eſt directa. Huius variæ ſunt editiones, *Scaligeri* quidem theſauro temporum adiecta eſt *Lugduni Batauorum 1658. f.* Vltima vero eſt græco-latina, interprete *Contio*, cum *Goari* notis, *Georgii Syncelli* chronographiæ ſubie-

subiecta. CONSTANTINVS MANASSES græcis versibus *synopsin historicam* scripsit ab O. C. vsque ad obitum *Nicephori Botoniatæ*, siue annum Christi MCLXXXI. Hos primum latine versos edidit *Ioannes Leunclauius*, *Basileæ* 1573. *f.* post græce & latine *Ioannes Meursius*, *Lugduni Batauorum* 1661. 4. Tandem *Carolus Annibal Fabrottus* cum variis lectionibus a *Leone Allatio* secum communicatis, *Parisiis* 1655. *f. ex typographia regia.* Hosce singulos & particulares plures, quotquot reperiri potuerunt, in magno corpore Scriptorum Historiæ Byzantinæ videmus collectos. Constat illud XXVII Tomis, non vno tempore, sed diuersis annis, vti ex speciali recensione iam patet, in F. editis, ex *typographia regia Parisiensi*, *in charta* augusta, magno typorum nitore, notisque optimis, cuius ordinem librarii diuerso modo faciunt, qui enim *Pachymerem Romæ* duobus *Tomis* singillatim editum, du *Cangii Historiam Byzantinam*, *Bandurii Imperium Orientale*, adnumerant, eosdem Tomos augent, alii plures libros accessorios addunt. Nec etiam vna ratione bibliopegi Tomos compingunt. Dabimus splendidissimi operis seriem, qualem plerique faciunt:

„ *Tomum Primum* efficit LABBEI *Protrepticon* quo continentur:

1. CATALOGVS *Scriptorum Historiæ Byzantinæ.*
2. *Apparatus* BYZANTINAE HISTORIAE *quadripartitus.*
3. *Excerpta de Legationibus ex variorum monumentis.*
4. *Eclogæ Historicorum de rebus Byzantinis.*
5. THEOPHYLACTI SYMOCATTAE *Historiarum Libri VIII.*
6. S. NICEPHORI *Patriarchæ* Constantinopolitani *Breuiarium Historicum.*

F Tomum

„ Tomum *Secundum* & *Tertium.*

1. *Procopii Cæsariensis opera.*
2. *Nicephori Cæsaris Bryennii Commentarii de rebus Byzantinis.*

„ Tomum *Quartum.*

1. AGATHIAE *Scholastici de Imperio & rebus gestis Iustiniani I. Libri V.*
2. MICHAELIS *Glycæ Annales.*

„ Tomum *Quintum* :

Chronicon Paschale seu Fasti Siculi.

„ Tomum *Sextum* :

1. GEORGII *Monachi*, *Syncelli Chronographia.*
2. NICEPHORI *Constantinopolitani Patriarchæ* Chronographia.

„ Tomum *Septimum:*

1. THEOPHANIS *Chronographia.*
2. LEONIS *Grammatici vitæ recentiorum Imperatorum.*

„ Tomum *Octauum:*

Historiæ Byzantinæ Scriptores post THEOPHANEM:

1. *Chronicon iussu Constantini VI. Porphyrogennetæ conscriptum.*
2. CONSTANTINVS PORPHYROGENNETA *de* BASILII *Imperatoris aui vita & rebus gestis.*
3. ANONYMVS *Continuator* THEOPHANIS.
4. *Orthodoxorum inuectiua aduersus Iconomachos.*
5. IOHANNIS IEROSOLYMITANI *Narratio de Iconomachis.*
6. IOHANNES CAMENIATA; &
7. DEMETRIVS CYDONIVS *de excidio Thessaloniæ.*
8. SIMEONIS MAGISTRI *ac Logothetæ Annales.*
9. GEORGII *Monachi Vitæ recentiorum Imperatorum.*

„ Tomum *Nonum:*

ANASTASII *Bibliothecarii* 1.) *Historia Ecclesiastica*; 2.) *de vitis Pontificum.*

„ Tomum *Decimum* & *Vndecimum:*

1. GEORGII CEDRENI *Compendium Historiarum.*

2. IO-

2. IOHANNES SCYLITZES *Curopalates.*

„ Tomum *Duodecimum* & *Decimum Tertium:*

IOHANNIS ZONARAE *Annales.*

„ Tomum *Decimum Quartum:*

ANNAE COMNENAE *Alexias.*

„ Tomum *Decimum Quintum:*

1. IOANNIS CINNAMI *Historia.*
2. PAVLI *Silentiarii Descriptio Sanctae Sophiae.*

„ Tomum *Decimum Sextum:*

1. CONSTANTINI MANASSIS *Breviarium Histor.*
2. GEORGII CODINI *de Originibus Constantinopolitanis Excerpta.*
3. ANONYMI *Collectanea de rebus Constantinopolitanis;*
4. MANVELIS CHRYSOLORAE *Epistolae ad Iohannem Imp.*
5. LEONIS *Imperatoris Oracula.*
6. ANONYMI *Paraphrasis ad* LEONIS *Oracula.*
7. ANONYMI *Expositio Oraculorum* LEONIS.
8. INCERTI AVCTORIS *Explicatio officiorum sanctae & magnae Ecclesiae.*

„ Tomum *Decimum Septimum:*

NICETAE ACOMINATI CHONIATAE *Historia.*

„ Tomum *Decimum Octauum:*

1. GEORGII ACROPOLITAE *Magni Logothetae Historia.*
2. IOELIS *Chronographia.*
3. IOHANNIS CANANI *Narratio de Bello Constantinopolitano.*
4. LEONIS ALLATII *de Georgiis Diatriba.*
5. DVCAE *Michaelis Nepotis Historia Byzantina.*

„ Tomum *Decimum Nonum* & *Vigesimum.*

NICEPHORI GREGORAE *Historia Byzantina.*

„ Tomum *Vigesimum primum, secundum* & *tertium:*

IOHANNIS CANTACVZENI *Ex Imperatoris Historiarum Libri IV.*

„ Tomum *Vigesimum quartum:*

1. LAONICI CHALCOCONDYLAE *Historiarum Libri X.*
2. IOHANNIS LEVNCLAVII *Annales & Pandecta.*

„ Tomum *Vigesimum quintum:*

GEORGIVS CODINVS *de Officiis & Officialibus Curiæ & Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* VIII

„ Tomum *Vigesimum sextum: Chronicon Orientale.* III

His accedit:

1. GEORGII PACHYMERIS *Michael Palæologus, siue Historia Rerum a Michaele Palæologo ante Imperium & in Imperio gestarum* interprete PETRO POSSINO cum eiusdem *obseruationibus, Romæ 1666. f.* & XVI
2. *Eiusdem* PACHYMERIS *Andronicus Palæologus*, siue *Historia Rerum ab Andronico seniore in Imperio gestarum vsque ad Annum eius ætatis vndequinquagesimum*, eodem Interprete, *Romæ 1679. f.* quæ *bini Tomi* rarius quam ceteri Scriptores Byzantini *Parisiis* excusi occurrunt. XVII
3. CAROLI du FRESNE Historia Byzantina 2. Voll. f. de quibus §. sequenti. XX
4. ANSHELMI BANDVRI Imperium Orientale 2. Voll. f.

Solent quoque Bibliopolæ huic *Corpori Byzantino* addere:

1. THEOPHYLACTI Archi-Episcopi Bulgariæ *Institutionem regiam ad Porphyrogenitum Constantinum*, interprete PETRO POSSINO S. I. *Parisiis* ex *typographia regia 1651. 4.*
2. *Notitiam dignitatum Imperii Romani*, ex noua recensione PHILIPPI LABBE Biturici S. I. cum pluribus aliis Opusculis, Indicibus ac Notis, *Parisiis* ex *typographia Regia 1651. 12.*

Compara omnino B. *Io. Albertum Fabricium Bibliothecæ Græcæ L. V. c. V.* siue Volumine *Sexto p. 220.*

Nouam eandemque auctiorem editionem *Byzantinorum* meditabantur olim Belgæ, auspiciis *Io. Georgii Græuii*, & *Ludolphi Neocori*, quod consilium morte *Græuii* aliisque de caussis euanit. Nouam amplissimi huius Corporis editionem eandemque in quibusdam auctiorem procurarunt

Typo-

Typographi & Bibliopolæ Veneti *Bartholomæus Iauarina*, & eo mortuo *Bonini*, quæ variis annis *XXVIII.* in F. *Voluminibus* prodiit. Quam editionem *Venetam*, dum hæc ſcribo, nondum habeo ad manus, ideoque de huius diſpoſitione *Tomorum* indicium facere haut poſſum. Id in *Vita* B. *Iohannis Burchardi Menckenii*, a filio eruditiſſimo, paternæ virtutis æmulo felici, FRIDERICO OTTONE MENCKENIO adornata atque *Diſſertationibus Menckenianis* præmiſſa p. XLVII, lego, beatum virum Venetis obtuliſſe IOSEPHI GENESII *de rebus Conſtantinopolitanis Libros IV. a Leone Armeno vsque ad Baſilium Macedonem* ex veteri Codice membranaceo Bibliothecæ Paulinæ Lipſienſis a *Stephano Berglero* deſcriptos, & ab eodem cum apographo *Ioa. Andreæ Boſii*, collaos, vna cum coniecturis variis & verſione eiusdem *Bergleri* integra, vt & variorum iſtius temporis ſcriptorum collationibus. Quibus additurus erat, ſi vixiſſet Præfationem ampliſſimam, vitam pariter *Geneſii* & de Codicis MSCti ratione expoſitionem. Dolet autem ſimul laudatiſſimus *Menckenius* iunior, typographum edidiſſe hunc *Geneſium* abſque præfatione omni, quodque noluerit expectare talem e ſchedis paternis adornatam iamque prorſus prelo paratam. Aegre etiam tulit BANDVRIVS hoſce *Bibliopolas* imprimere ſe inconſulto *Corpus Byzantinum*, quum ſint apud ipſum quædam non leuis momenti, quæ addi potuiſſent, vide *Vitam* B. *Io. Alberti Fabricii*, ſcriptore egregio *Herm. Sam. Reimaro* p. 327.

§. IV.

Sunt tamen inter *vniuerſales Hiſtoriæ Byzantinæ* Scriptores, qui ex typographia Pariſienſi non prodierunt. Eſt inter illos IOANNES ANTIO-

CHENVS, cognomento MALALAS, cuius *historia chronica* graece prodiit cum interpretatione & notis postumis *Edmundi Chilmeadi*, *Oxonii* ex theatro Scheldoniano *1691. 8.* Accessit etiam GEORGII HAMARTOLI *chronographia*, vtraeque tamen admodum breues sunt. Vt taceam *Eusebium*, *Nicephorum* Callisti filium & similes historiae ecclesiasticae Scriptores, de quibus suo loco dicendi dabitur occasio.

§. V.

Progressuri ad *recentiores historicos*, qui historiam Byzantinam scripserunt, primo loco occurrit CAROLVS du FRESNE, qui *Historiam Byzantinam* scripsit duplici Commentario illustratam; quorum prior *Familias* & *stemmata Imperatorum* Constantinopolitanorum, cum eorundem Numismatibus atque iconibus, alter descriptionem vrbis *Constantinopoleos*, qualis antiquo tempore fuit, describit, *Parisiis 1680. f.* Scriptum est eruditissimum, in quo iusto ordine omnem historiam Byzantinam videmus expositam, firma auctoritate atque monumentis antiquitatis confirmatam. Eiusdem *Glossario Mediae* atque *infimae Latinitatis* adnexa quoque est *de Imperatorum Constantinopolitanorum numismatibus dissertatio elegantissima.* In his quae ad mediae aetatis historiam atque antiquitatem faciunt, *Fresnaeus* laudem meretur maximam. Addatur, quod cum du CANGII *Historia*, *Corpori Byzantino* addi solet & omnino ad illud pertinet Domni ANSELMI BANDVRI *Imperium Orientale*, *siue Antiquitates Constantinopolitanae*, *in quatuor Partes distributae*, *Parisiis 1711. f. duobus Tomis.* Quorum *Primo* insunt: THEOPHYLACTI *Libri duo de Thematibus Orientis & Occidentis*; ANONYMI *Antiquitates* *Con-*

Constantinopolitanæ; NICETAE CHONIATAE *de Statuis CP.* GEORGII PACHIMERIS *Descriptio Augusteonis*; PHOTII *Descriptio Ecclesiæ Novæ*; ANONYMI *Catalogus & Descriptio Sepulchrorum Imperialium, quæ apud SS. Apostolos & alibi erant; Excerpta de Antiquitatibus CP. Epigrammata & Poemata varia, tum veterum, tum recentiorum Poetarum, in celebriora Vrbis Constantinopolitanæ monumenta; nec non variae Inscriptiones ad eandem vrbem CP. spectantes; Catalogi varii, Patriarcharum Constantinopoleos; nec non sedes summorum Sacerdotum, quæ sub iis olim fuere; hodieque permanent. Catalogi duo, ac inter se diuersi Imperatorum* CP; PETRI GYLLII *de Bosporo Thracio Libri tres*; Eiusdem GYLLII *Topographia Constantinopoleos & de illius Antiquitatibus* Libri Quatuor; *Incerti Auctoris Descriptio Vrbis Constantinopolitanæ, qualis tempore Arcadii & Honorii fuit, ex Notitia vtriusque Imperii*; ANONYMI *de Antiquitatibus Constantinopolitanis*; HIEROCLIS *Grammatici Synecdemus*; CONSTANTINI PORPHYROGENITI *Liber ad Romanum filium de administrando Imperio*; AGAPETI *Diaconi ad Iustinianum Imp.* & BASILII *Macedonis ad Leonem Philosophum Adhortationes de pie & sancte administrando Imperio*; THEOPHYLACTI *Bulgariæ Archi - Episcopi Institutio regia ad Porphyrogenitum Constantinum.* Tomo *Secundo* vero exhibentur: *Libri Octo Commentariorum in Antiquitates hasce Constantinopolitanas*, cum multis figuris æneis. Ante hos eruditissimos labores prodierat *Historia Constantinopolitana, Imperatorum orientalium & occidentalium res gestas ab anno 1080. complectens, Augustæ Vindelicorum 1618. 4.* & CHRISTOPHORI BESOLDI *Historia Constantinopolitana*, post auulsum a *Carolo M.* imperium ad sua vsque tempora,

 Argent.

Argent. 1634. 12. vtraque tamen minoris sunt momenti. *Gallice* eandem historiam edidit COVSINVS, a *Iustini Senioris* temporibus, vsque ad finem Imperii, quae prodiit *Parisiis 1675. 4. 8. vol.* Hoc opus non nisi translatio est Scriptorum Byzantinorum, ita tamen, vt continuatam historiam inde petamus. Primum quidem volumen continet *Procopii* libros de bello *Persico*, *Gothico* & *Vandalico*. Secundum volumen reliquos *Procopii* libros, historiam miscellam, arcanam, eiusdemque de aedificiis Iustiniani libros sex, *Agathiam* quoque, *Procopii* continuatorem. Tertium volumen continet legationes *Menandri*, *Theophili Simocattae* octo libros historiarum de rebus gestis *Mauritii*, Imperatoris, Breuiarium *Nicephori* Constantinopolitani, vitas Imperatorum descriptas per *Leonem Armenum* & *Nicephorum Bryennium*. Quartum volumen continet Historiam *Alexii Comneni*, per filiam *Annam Comnenam* scriptam. Quintum Historiam *Nicetae*, sextum *Georgii Pachymeris*. Septimum atque octauum *Ioannis Cantacutzeni* & *Michaelis Ducae*.

§. VI.

Praeter *vniuersales* hosce *Historiae Byzantinae Scriptores*, dantur plures *particulares*, vbi recentiores antiquioribus iungemus. *Historiam literariam Constantini M.* condidit exhibuitque IOANNES VOGT *Hamburgi 1720. 8.* quo libello plus centum & quinquaginta rerum Constantinianarum scriptores recensuit. *Constantini M. vitam*, libris quatuor descripsit EVSEBIVS, *Caesareensis*, de quorum auctore dubitant quidam, cum non omnia conueniant iis, quae in historia ecclesiastica dixerat. Codices tamen communiter *Eusebii* nomen praeferunt, immo ipsa historiae verba cum ora-

oratione eius ſæpiſſime conueniunt. Eiusdem Euſebii eſt *oratio de Imperatoris Conſtantini laudibus*, in Tricennalibus eius habita, quæ cum aliis Euſebianis prodierunt, cura *Hadriani Valeſii*, *Pariſiis 1659 f. Moguntiæ 1672. f.* & ex noua Editione G. *Readini Cantabrigiæ 1720. f.* Panegyriſtam tamen potius agit, quam verum hiſtoricum, atque in elogiis ſæpe nimius eſt. Ad Hiſtoriam quoque *Conſtantini M.* faciunt *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, *Zonaras*, *Euagrius*, *Nicephorus*. *De loco, tempore & cæteris adiunctis conuerſionis Conſtantini M. ad fidem Chriſtianam* diſſertationem ſcripſit PETRVS FRANCISCVS CHIFLETIVS, quæ cum aliis eiusdem diſſertationibus prodiit *Pariſiis 1676. 8.* De eodem *Chriſtianiſmo Conſtantini agit*, eundemque in dubium vocat auctor obſeruationum XXII. XXIII. & XXIV. Tomi primi Halenſium. BALTHASAR GVALTHERVS diatriben elenchticam edidit *de Imperatoris Conſtantini baptiſmo, donatione & legatione ad concilium Nicænum, Ienæ 1618. 12.* qua contra Baronium diſputat. De *baptiſmo Conſtantini M.* multa inter EMANVELEM SCHELSTRATVM & WILHELMVM ERNESTVM TENTZELIVM controuerſia fuit, qui variis ſcriptis inter ſe diſceptarunt. *Conſtantinum M. euangelicum Iodoci Keddii Conſtantino Romano - Catholico* oppoſuit ANDREAS KVNADVS, *Witteb. 1666. 4.* *Conſtantinum M. ex rationibus politicis Chriſtianum* docuit BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, Diſſertatione academica *Ienæ* 1713. 4. propoſita. Cui aliam opponere voluit GOTTFRIED CHRISTIANVS LENTNERVS de *Conſtantino M. non ex rationibus politicis Chriſtiano, Lipſiæ 1714. 4.* De *erroribus quibusdam politicis Conſtantino M imputatis* alia eſt Diſputatio IOANNIS DAVIDIS BAIERI *Ienæ*

 1705.

1705. 4. De *legibus Constantini M.* singularis extat commentarius elegantissime scriptus FRANCISCI BALDVINI, *Basileæ* per *Ioan. Oporinum 1556. 8. Argentorati 1612.* atque cum eleganti B. N. H. *Gundlingii* Præfatione *Halæ Magdeb 1727. 8. Constantini nummum argenteum* IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER exposuit, quæ expositio vna cum MARQVARDI FREHERI *diatribe* de eodem nummo impressa est *Parisiis 1610. 4. De nummo aureo* quem *Constantinus M* accepto SS. baptismate iusserit signari, ad Cosmum III epistolam scripsit IOANNES FRIDERICVS HECKELIVS *Dresd. 1679. 4.* atque aliam ad Ioannem Georgium II, electorem *de nummo argenteo, quem Constantinus M. cudi iusserit, cum anno Imperii vltimo filiis suis Imperium est partitus Dresd. 1693. 4.* Diploma *Donationis Constantini M. Syluestro* Papæ factæ ex editione BARTHOLOMAEI PICERNAE, cum LAVRENTII VALLAE *in donationem illam declamatione*, VLRICI HVTTENI præfatione, atque aliorum de eadem donatione iudiciis *Orthuinus Gratius* in *fasciculo rerum expetendarum atque fugiendarum euulgauit Coloniæ 1535. f.* Eandem *donationem* cum versione duplici *Theodori Balsamonis* & *Matthæi Blastaris* commentario illustrauit atque edidit MARQVARDVS FREHERVS, *Heidelberg. 1610. 4.* Plures sunt inter nostrates potissimum, qui singularibus dissertationibus hanc donationem refutarunt.

§. VII.

De *Constantii Imp. laudibus* orationes duæ sunt IVLIANI, Imperatoris, quæ cum aliis eiusdem operibus extant. *Sapphirum Constantis* exposuit MARQVARDVS FREHERVS, *1602. 4.* qui postea cum *Henrici Güntheri Thulemarii* notis prodiit

iit *Heidelbergæ 1681. 4. In Iulianum Imperatorem orationes duas* ſcripſit GREGORIVS NAZIANZENVS, libros vero X. contra eundem ſcripſit CYRILLVS *Alexandrinus*, quos cum notis edidit *Ezechiel Spanhemius*, *Lipſ. 1695. f. De philoſophia Iuliani* ſingulari libello egit PAGANINVS GAVDENTIVS, *Piſis 1641. 4.* De *apoſtaſia* eiusdem diſſertatio extat ADAMI RECHENBERGII, *Lipſ. 1684. 4. De nummo Vetranionis aureo* Vratislauiæ reperto ſingularis extat epiſtola ANDREAE ERASMI a SEIDEL, *Vratislauiæ 1687. 4. Iouiani Hiſtoriam* cum elogiis aliquot in lucem produxit LAMBERTVS THOMAS SCENCKELIVS, *Pragæ 1617. 4.* In *Valentiniani II. mortem* oratio parentalis extat AMBROSII, in tertio tomo Operum.

§. VIII.

De *obitu Theodoſii M.* extat oratio AMBROSII in tertio tomo Operum, in qua laudes Imperatoris pro merito prædicat. Vitam eandem & ſtatum politicum deſcripſit IOACHIMVS PASTORIVS ab HIRTENBERG, *Ien. 1664. 8.* cum aliis eiusdem ſcriptis politicis. *De Theodoſio M. excommunicato* eruditam habemus diſſertationem ADAMI RECHENBERGII, *Lipſ. 1683. 4.* Gallice *Theodoſii M. hiſtoriam* in vſum *Delphini* cultiſſimo Gallico ſermone deſcripſit Abbas FLECHERIVS, *Pariſiis 1679. 4.* Ad *Arcadii atque Honorii* hiſtoriam facit CLAVDIVS CLAVDIANVS. Huius enim ſunt *de laudibus Stiliconis libri tres, & liber de bello Getico, liber de bello Gildonico, de laudibus Serenæ Reginæ, coniugis Stiliconis, Panegyricus in conſulatum tertium, quartum & ſextum Honorii, Carmen in nuptias Honorii Auguſti & Mariæ libri II in Rufinum & totidem in Eutropium.* Editiones ſunt antiquiores variæ, præſtantiſſimæ ſunt illæ,

illæ, quæ cum notis *Nicolai Heinsii*, *Lugduni Batauorum 1641. 12.* edita, ob notas breues, sed eruditas, *Schreueliana*, cum notis variorum, *Amstelodami 1665. 8.* *Parisina* cum interpretatione & notis *Guilielmi Pyrrhi* in vsum Delphini *1677. 4.* & quæ cum prolixo *Casparis Barthii* commentario prodiit *Francofurti 1650. 4.* qui ad poetæ interpretationem multum valet. PRISCVS PANITA, scriptor Græcus *historiam Byzantinam* scripsit atque *Attalicam* libris octo, quibus res, quæ post *Honorii* excessum gestæ fuerunt, seculo quinto, describit, sed non nisi excerpta gemina ab eodem supersunt, quæ ex græco in latinum transtulit *Carolus Cantoclarus*, eadem quoque & *Henricus Valesius* notis illustrauit, prodierunt inter alia excerpta *Parisiis 1648. f.* ex *typographia regia.* Hunc autem scriptorem bonum atque vtilem omnes adgnoscunt, si modo integer. *Aulam Theodosii II. seu Iunioris*, *S. Pulcheriæ sororis*, *Eudoxiæ vxoris* descripsit MATTHIAS RADERVS, *Augustæ V. 1608. 8.*

§. IX.

Iustiniani Imperatoris historiam ex antiquis exposuit PROCOPIVS, Cæsariensis, hic primum *de rebus Iustiniani* octo libros conscripsit, qui *græce* cura *Dauidis Hæschelii* prodierunt *Augustæ Vindelicorum 1607. f.* Hos postea in latinum sermonem transtulerunt *Christophorus Persona*, *Claudius Maltretus & Hugo Grotius*, qui hanc *Procopii* versionem cum aliis *Gothicarum rerum Scriptoribus* edidit *Amstelodami 1655. 8.* Accuratissima vero est editio, quæ *græce* & *latine*, interprete *Claudio Maltreto*, cum eiusdem variis lectionibus atque emendationibus prodiit *Parisiis* ex *typographia regia 1662. f.* Continent autem *duos libros de bello Persico*, quod Constantinopolitani Imperatores gesserunt ab Arcadii II anno secundo vsque ad

ad annum Iuſtiniani XXIII, de *bello Vandalico libros duos* ab Alarici irruptione, vsque ad tempora Iuſtiniani, & de *bello Gothico libros quatuor*, a Theodorici ducis irruptione in Italiam, vsque ad pacem ſub Iuſtiniano cum Gothis factam. Atque in his non minus doctum quam accuratum hiſtoricum ſe præſtitit. His autem *octo libris*, *nonum* poſtea *ſupplementi* quaſi loco addidit, quem *ἀνέκδοτα* inſcripſit. Primus hæc ex MSto protulit *Nicolaus Alemannus*, atque *Hiſtoriam arcanam* nominauit, quibus narrat, quæ ſcelerate a Iuſtiniano ac Theodora fuerunt geſta. Iniurius tamen videtur in Iuſtinianum, cum ex odio multa ſcripſerit, quæ veritati minus videntur conſentanea, licet in ambitione, auaritia & ruditate Imperatoris non adeo videatur a veritate alienus. Prodiit *græce* & *latine* cum *Alemanni* notis, *Lugduni 1623. f.* & cum aliis *Procopii*, *Pariſiis 1663. f.* Omnibus modis *Alemannus* laborat pro veritate hiſtoriæ, quam tamen refutauit THOMAS RIVIVS in *defenſione Iuſtiniani contra Alemannum*, & prolixius IOANNES EICHELIVS in *apologia* ſua & *animaduerſionibus in Procopium*, quæ cum ipſo *Procopii* textu prodierunt *Helmſtadii 1654. 4.* Præter hoſce, ſcripſit etiam *Procopius* libros ſex *de Imperatoris Iuſtiniani ædificiis*, in quibus vrbem, templa, monaſteria, pontes, vias, muros atque alia, quæ Iuſtinianus Imperator paſſim locorum, ſeu condidit ſeu reparauit, deſcripſit. Latine hos reddit *Arnoldus Veſalienſis & Claudius Maltretus*, edidit græce & latine *Franciſcus Combefiſius*, cum notis, in originum rerumque Conſtantinopolitanarum manipulo *Pariſiis 1664. 4.* atque inter alia opera *Procopii, Pariſiis* ex *Typographia* regia *1663. f.* Huius hiſtoriam continuauit AGATHIAS *Scholaſticus*, qui *libris quinque res geſtas Iuſtiniani* deſcri-

ſcribit, ab anno Iuſtiniani XXVIII ad XXXIII, quibus bella *Iuſtiniani* a *Beliſario* & *Narſete* Ducibus, in Italia, Africa, Perſide & apud Byzantium geſta deſcribit. Latinos reddidit ex parte *Hugo Grotius*, vniuerſos vero *Chriſtophorus Perſona & Bonauentura Vulcanius*, additamentis illuſtrarunt *Ioannes Leunclauius* & B. *Vulcanius.* Inter editiones præſtat illa, quæ cura *Bonauenturæ Vulcanii* prodiit *Lugduni Batauorum 1594. 4.* & *Pariſiis* ex *typographia regia 1658. f.* Non adeo terſus ſcriptor eſt, & multum indulget excurſibus, vtilia tamen ac multa profert ab aliis non memorata Ex antiquis huc etiam facit PAVLVS SILENTIARIVS, qui templum Conſtantinopolitanum, ſanctæ Sophiæ dicatum, quod Imperator Iuſtinianus reſtaurari fecit, deſcripſit, idque ligato ſermone græco. Prodiit *græce* atque *latine* interprete *Carolo du Freſne*, cum eiusdem Commentario, Ioannis Cinnami hiſtoriarum libris ſubiectum, *Pariſiis 1670. f.* Ad *Agathiam* continuandum quoque facit MENANDER *Protector*, qui de geſtis Byzantinorum Imperatorum libros VIII a *Iuſtiniano* vsque ad *Tiberium II* compoſuit, ex quorum vltimo quædam tantum eclogæ legationum ſunt ſuperſtites. Prodierunt *græce* inter excerpta Hœſchelii de legationibus, & *græce* atque *latine* cum *Caroli Cantoclari* & *Henrici Valeſii* notis *Pariſiis* ex typographia regia *1648. f.* Nec deſunt ex recentioribus, qui ad Iuſtiniani hiſtoriam faciunt. HVBERTI GIPHANII quidem & FRANCISCI GVINETI commentarii *de Iuſtiniano Imperatore* coniunctim extant editi *Noribergæ 1660. 12.* & plerumque ad hiſtoriam Iuris faciunt. Eiusdem *vitam* deſcripſit CONRADVS TIBVRTIVS RANGO, *Francofurti ad Viadrum 1661. 12.* *Iuſtiniani* magno eruditionis & variæ lectionis apparatu

ratu vindicem egit, illustris Vir IOANNES PETRVS *de* LVDEWIG *Vita Iustiniani M. atque Theodoræ Augustorum, nec non Triboniani, Halæ Salicæ, 1731. 4.* CORNELIVS MARGARINVS *de Iustiniano* scripsit *Aniciæ familiæ restituto. Iustinianum* tanquam *orthodoxum* defendit CONRADVS SAM. SCHVRTZFLEISCHIVS, quæ dissertatio inter *opera* eius *historico - politica* continetur. De *Iustinianei seculi moribus* nonnullis dissertationem scripsit PAGANINVS GAVDENTIVS, *Argentorati 1654. 8.* De *aureo Iustiniani* aduersus Iacobum Cuiacium commentatus FRANCISCVS HOTTOMANNVS, *Geneuæ 1585. 8. De iis, quæ Iustiniano Imp. in Proœmio Institutionum imperite supposita* breui Dissertatione egit POLYCARPVS LEYSERVS, *Helmæstadii 1727. 4.*

§. X.

Inter successores Iustiniani *Mauritius* est Imperator. *Vitam* illius descripsit THEOPHYLACTVS SIMOCATTA, libris octo & quidem quinque prioribus, de bello Persico agit, reliquis de bello contra Auares & Slauos atque cæde *Mauritii. Latine* illos reddidit *Iacobus Pontanus*, atque edidit *Ingolstadti 1604. f.* postea prodierunt cum eiusdem adnotationibus, *Caroli Annibalis Fabrotti* glossario græco barbaro & *Photii* epitomis græcolatinis, *Parisiis 1647. f.* ex *typographia regia.* Scriptor est prudens, & magni semper æstimatus. Hos enim cum post obitum *Phocæ*, de superiori loco populo legeret, vbi ad cædem *Mauritii* ventum est, lacrymas ei excussit, vti ipse testatur libro octauo. A *Mauritii* Imperatoris obitu vsque ad *Leonis IV.* & *Irenes* nuptias anno 770, celebratas progreditur NICEPHORVS Constantinopolitanus in *breuiario historico*, quod *græce* & *latine* cum

cum notis *Dionysii Petauii* prodiit *Parisiis 1648. f.* ex *typographia regia.* CONSTANTINVS PORPHYROGENITVS pro ea, qua pollebat eruditione, de aui sui, *Basilii Macedonis vita*, narrationem historicam composuit in eademque diligentissimus est, licet potius laudes eiusdem enarret, quam res gestas. Prodiit *græce* & *latine*, interprete *Leone Allatio* in eiusdem Symmictis, *Colon. 1653. 8.* *Leonis Armeni*, *Michaelis Balbi Theophili*, *Michaelis & Basilii Macedonis historiam* scripsit GENESIVS, quam nondum etiam ex codice bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis in lucem protrahere volebat *Io. Andreas Bosius* noster, & post eum *Christianus Wagnerus*. ac post eos *Io. Georgius Grævius*, omnes morte præuenti telam non absoluerunt. Iam vero editus est in *Corpore Scriptorum Byzantinorum*, *Venetiis* impresso, sed vti iam indicavi, sine Præfatione *Menckeniana*, quam parauerant eruditissimi MENCKENII Pater & Filius. *Genesio* quidem abiudicare voluit *Wagnerus*, veros auctores *Georgium* & *Theophanem* esse existimans, eidem tamen vindicauit *Caueus.*

§. XI.

Ad historiam studiorum *Constantini Porphyrogeniti* faciunt reliquiæ excerptorum, quæ ab eodem adhuc seruamus. Fecerat ille *Collectanea historica* de variis rebus vtilibus, quas ex Scriptoribus græcis, integris eorum locis adductis, excerpserat. Horum autem tres & quinquaginta titulos congessit, singulis in duos libris distinctis, quorum primus comprehendebat excerpta ex Scriptoribus historiæ vniuersalis, alter ex historia Cæsarum. Sed non nisi binos titulos habemus reliquos. Priorem quidem tituli de *legationibus librum* edidit FVLVIVS VRSINVS, qui continet

net *Eclogas legationum ex libris Polybii: accedunt & aliæ ex Dionysii Halicarnassensis, Diodori Siculi, Dionis Cassii & Appiani scriptis congestæ cum notis Fuluii Vrsini, Antwerp. 1582. 4.* Alterum edidit DAVID HOESCHELIVS, sub titulo: *Eclogæ legationum Dexippi Atheniensis, Eunapii Sardiani, Petri Patricii, Prisci Sophistæ, Malchi Philadelphensis, Menandri Protectoris, Augustæ Vindelicorum 1603. 4.* In his autem vltro citroque a gentibus missæ legationes, disertæ conciones, & variæ de fœderum & pacis conditionibus disceptationes fuerunt congestæ. Alium titulum *de virtutibus & vitiis* edidit HENRICVS VALESIVS, in quibus continentur *Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damasceni, Dionysii Halicarnassensis, Appiani Alexandrini, Dionis* & *Ioannis Antiocheni* excerpta, *Parisiis 1634. 4.* & postea inter *Scriptores Byzantinos*, cum aliis eclogis Byzantinorum Scriptorum primam partem faciunt, *Parisiis 1648. f.* ex *typographia regia.* Ad hoc potissimum hæc excerpta nobis proficua, vt multa inde colligamus Scriptorum veterum fragmenta, quorum plerique deperditi sunt.

§. XII.

Ad *Isaaci Comneni* & quorundam Imperatorum Byzantinorum historiam facit NICEPHORVS BRYENNIVS, qui Commentariorum *de rebus Constantinopolitanis* scripsit libros quatuor, quibus dum historiam *Alexii Comneni* potissimum considerat, incipit ab *Isaacio Comneno* & progreditur vsque ad *Nicephorum Botoniatem*, atque prodierunt græce & latine, interprete *Petro Possino* cum eiusdem notis, *Parisiis 1661. f.* postea vero cum notis historicis & philologicis *Caroli du Fresne, Parisiis 1670. f.* Historia hæc eo certior est, quod a teste oculato profecta, eodemque digni-

tatis atque auctoritatis summæ. Cum autem *Bryennius* Alexii Comneni res memorabiles saltim quæ ante imperium gestæ adnotasset, in reliquis morte præuentus eiusdem coniux, ANNA COMNENA mariti commentarios suppletura *vitam patris* vniuersam opere singulari descripsit. Inscripsit illud *Alexiadem*, atque libris XV. constat, quos ab expeditione *Alexii*, Ducis adhuc sub *Romano Diogene* contra Persas, incipit, in *Alexii* vero excessu, anno 1118. finit. Octo priores libri græce primum prodierunt cum *Dauidis Hœschelii* notis *Augustæ Vindelicorum 1610. 4.* post omnes XV. *græce* & *latine* cum iisdem notis & *Petri Possini* glossario, *Parisiis* ex *typographia regia 1651. f.* Optima vero est editio, quæ cum singulis hisce, additis *Caroli du Fresne* notis historicis & philologicis, *Ioannis Cinnami* libris historiarum subiecta est *Parisiis, ex typographia regia 1670. f.* Hos autem libros fœmina eruditissima, acri & supra sexum iudicio, ac singulari elegantia conscripsit. Annam continuauit IOANNES CINNAMVS, qui libros historiarum cœpit ab *Alexii Comaeni* excessu, anno 1118. desinit vero in *Manuelis Comneni* expeditione contra Turcas, anno 1175. Prodierunt primum quatuor libris *græce* & *latine*, interprete *Cornelio Tollio*, cum eiusdem notis, *Traiecti ad Rhenum 1652. 4.* postea ex codice Vaticano in sex libros distributi, *græce* & *latine*, interprete *Carolo du Fresne*, cum eiusdem notis historicis & philologicis, *Parisiis, ex typographia regia 1670. f.* Res Græcorum non solum narrat, verum etiam extollit, in latinos vero, siue Imperatores siue Pontifices, admodum est iniurius.

§. XIII.

Ad historiam *captæ* a Latinis vrbis *Constantinopo-*

opoleos facit primum GEORG. ACROPOLITA, Logotheta, qui scripsit χρονικὴν συγγραφὴν siue *Chronographiam* de rebus in Imperio Constantinopolitano gestis, in qua ab anno Christi 1203, dum Constantinopolis a *Balduino I.* Flandriæ Comite caperetur, vsque ad annum 1261. siue Constantinopolim a Græcis recuperatam, progreditur. Prodiit hæc integra *græce* & *latine*, interprete *Leone Allatio*, cum eiusdem notis, *Parisiis 1651. f.* in compendium vero redacta sub *Chronici Constantinopolitani* titulo, græce & latine, interprete *Theodoro Dousa*, cum eiusdem notis, *Lugduni Batauorum 1614. 8.* Vulgaris est in sermone, in historia obscurus, alias accuratus & præsens inspector rerum quæ narrat. Sequitur GEORGIVS PACHYMERES, qui *sui temporis res Constantinopolitanas* scripsit, quarum plerasque viderat vel audiuerat. Tredecim libris hanc historiam absolvit, quorum pars prior complectitur historiam rerum, quas *Michael Palæologus* ante imperium, atque in imperio gessit, libris sex constantem. Pars posterior complectitur historiam rerum, quas *Andronicus Palæologus*, Michaelis filius gessit, libris septem. Prodiit *græce* & *latine* interprete *Petro Possino*, cum eiusdem tribus obseruationum libris *Romæ 1669. f.* Fidus est scriptor, sed dum in historia obscura versatur, ipse est obscurus. IOANNES CANTACVTZENVS, ipse Imperator, sub nomine CHRISTODVLI *historiam Byzantinam* scripsit, de Imperio *Andronici Palæologi* senioris, iunioris & suo, libris quatuor. Hoc opus historicum ex græco in latinum sermonem transtulit *Iacobus Pontanus*, notas addidit *Iacobus Gretserus, Ingolstadii 1603. f.* addita quoque dignitatum Palatinarum, ecclesiasticarum atque Constantinopolitanarum explicatione, postea cum hisce

omnibus *Parisiis* ex *typographia regia 1645. f.* Hunc autem prudentem atque diligentem historicum omnes adgnoscunt. Ad huius continuationem facit MICHAELIS DVCAE *historia Byzantina*, quæ extrema rerum Constantinopolitanarum describit. Incipit autem a *Ioannis Cantacutzeni* rebus, anno 1341, finit in expeditione Turcarum in Insulam Lesbum. Prodiit *græce* & *latine*, interprete *Ismaele Bullialdo*, cum eiusdem notis, *Parisiis* ex typographia regia *1649. f.* Barbarus quidem scriptor est & imperitus, sed sapientia politica instructus. GEORGIVS PHRANTZA proximus est, qui *Chronicon de rebus Byzantinis*, sui potissimum temporis scripsit. Incipit ille a *Michaele Palæologo* A. C. 1159. atque finit in A. C. 1476. Multa autem adfert, quæ nullius sunt momenti, ea tamen, quæ ad obsidionem atque expugnationem Constantinopoleos a Turcis faciunt, accurate & disposite descripsit. Inter Latinos habemus GÜNTHERVM, Monachum cœnobii Parisiensis, qui *historiam* suam *Constantinopolitanam* de iis temporibus scripsit, quibus strenue rem gessit *Balduinus*. Extat in Tomo V. lectionum antiquarum Canisii & separatim, *Monachii 1604. 4.* Ad eandem *captæ* per latinos vrbis *Constantinopoleos* historiam facit PETRVS OVTREMANNVS *de vita & rebus gestis a Balduino & Henrico, Imperatoribus Constantinopolitanis, Tornaci 1643. 4.* PAVLVS RAMNVSIVS *in historia de bello Constantinopolitano sub Imperatoribus Comnenis per Venetos & Gallos restitutis, ab an. 1198 ad an. 1207. Venetiis 1634. f.*

§. XIV.

Post hosce veniunt Scriptores, qui feralem illam *Constantinopoleos expugnationem* a Turcis factam descripserunt. Præter GEORGIVM PHRANTZAM, qui accurate illud egit, habemus etiam

etiam LAONICVM CHALCOCONDYLAM, de quo in superioribus iam fuit dictum. Ex recentioribus GVILIELMVS CANDERSINVS *de oppugnatione Constantinopolitana* egit *Basileae 1556. f.* LEONARDVS Chiensis *historiam captae a Turcis Constantinopoleos* scripsit *Noribergae 1544. 4.* MICHAEL SENESCHALLVS epistolam *de vero anno & die expugnatae Constantinopoleos, a Turcis*, quae cum Kalendario Ioannis d'Esperies extat *Duaci 1657. 4.* LEONARDVS Mitylenaeus *de expugnatione Constantinopoleos, Argentorati 1551. f.* IOANNES LAVTERBACHIVS *de flebili expugnatione Byzantii* anno 1543. facta, *Görlici 1599. 4.* quibus tamen singulis *Phrantzam* praeferimus.

§. XV.

Restat adhuc, vt quaedam dicamus *de Scriptoribus Byzantinarum rerum miscellaneis.* Primo quidem loco memorari meretur FRANCISCI COMBEFISII *originum Rerumque Constantinopolitanarum manipulus, Parisiis 1665. 4.* qui variorum continet tractatus. *Incerti* quidem *auctoris temporum demonstrationes, seu Originum Constantinopolitanarum*, CONSTANTINI PORPHYROGENETAE *de imagine Christi Edessena, eiusdemque Constantinopolim translatione* tractatum, *Orientalium Synodica ad Theophylum Imperatorem de cultu sanctarum imaginum*, NICEPHORI Constantinopolitani *dissertationem cum Leone Armeno in caussa imaginum*, THEODORI GRAPTI *vitam Germani Patriarchae.* Tractatum *de Zona Mariae & pueri Iesu fasciis.* Incerti *de aedificio templi S. Sophiae*, PROCOPII Rhetoris *de eodem*, PHOTII *descriptionem ecclesiae nouae Basilicae.* Separatim extat PHOTII *Bibliotheca historica*, in qua Graecorum auctorum, quos legit, opera CCLXXX. varii generis, inprimis autem Historica, talem in

modum exponit, vt auctorum vitas, ex scriptis excerpat, de scriptis iudicia proferat. Hanc bibliothecam ex græco in latinum transtulit *Andreas Schottus*, additamentis item illustrauit, Petrus Ioannes Nunnesius & *Dauid Hæschelius*. Optima hucusque editio fuit, quæ cum Schotti scholiis & Hœschelii notis prodiit, *Rotomagi 1653. f.* Novam editionem haut ita pridem promiserunt Amstelodamenses, de qua vero an edita sit, nondum constat. Multa autem ex hac Bibliotheca colliguntur, quæ ad Historiam Byzantinam faciunt, fragmenta maxime veterum Scriptorum, qui non supersunt amplius. Præter hanc extant GEORGII CODINI, Curopalatæ scripta. Primum est *de Curiæ & Ecclesiæ Constantinopolitanæ officiis & officialibus*, in quo tum Palatina tum etiam sacra, quæ Constantinopolitanis vsitata fuerant, officia declarauit. Latine fecit *Franciscus Iunius* & *Iacobus Gretserus*, qui illud etiam notis suis illustrarunt. Prodiit ex Iulii Pacii bibliotheca, *Francofurti ad Mœnum 1588. 8.* & cum Gretseri tribus obseruationum libris & Iacobi Goari notis, *Parisiis 1648. f.* ex typographia regia. Præter hoc *de Constantinopolitanis antiquitatibus* varia opuscula dedit ex auctoribus aliis excerpta, quibus titulum fecit: *selecta ex libro chronico de originibus Constantinopolitanis.* Latine hæc reddidit *Georgius Dousa*, edidit cum notis suis *Ioannes Meursius & Petrus Lambecius*, *Parisiis 1655. f.* Cum iisdem prodiit *de forma vrbis Constantinopolitanæ* liber, atque alius *de signis, statuis & spectatu dignis Constantinopolis, de ædificiis Constantinopolitanis & Imperatoribus Constantinopolitanis*, quos breuiter enarrat. Certe, quæ ad antiquitates Byzantinas faciunt, multa fide descripsit. Cum iisdem scriptis Codini prodierunt LEONIS Imperatoris,

dicti *Sapientis*, *Oracula*, quibus de futuris Constantinopolitanorum fatis per figuras & oracula repræsentatis agit. Hæc ex græco latina fecit *Ioannes Leunclauius* & *Ianus Rutgersius*, qui illa quoque cum Petro Lambecio notis illustrauit, atque prodierunt *Parisiis 1655. f.* ex typographia regia, MANVELIS CHRYSOLORAE habemus *epistolas tres*, in quibus nouam Romam, siue Constantinopolim cum veteri Roma comparat. Prima admodum prolixe ad Imperatorem Ioannem Palæologum seniorem est scripta, altera ad Ioannem Chrysoloram, tertia ad Demetrium Chrysoloram. Prodierunt græce, interprete Petro Lambecio, cum scriptis Codini & quæ scripta sunt similia. HESYCHIVS *Milesius* ingens scripsit *historiarum opus*, quod a Belo Assyriorum Monarcha, vsque ad Anastasium Imperatorem Constantinopolitanum perduxit. Ex hoc opere solummodo libellus Hesychii *de patriis rebus Constantinopoleos* hodie superstes est, in quo originem vrbis describit. Prodiit græce & latine, interprete *Ioanne Meursio*, cum eiusdem notis, in Hesychii opusculis, *Lugduni Batauorum 1613. 8.* atque in excerptis de legationibus, *Parisiis 1647. f.* Inter recentiores officia palatina aulæ Constantinopolitanæ describuntur in *notitia vtriusque Imperii*, quæ sola prodiit cura PHILIPPI LABBEI, *Parisiis 1651. 12.* cum eruditissimo autem Commentario GVIDONIS PANCIROLLI, *Lugduni 1608. f.* qui extat etiam in tomo tertio thesauri antiquitatum Græuiani. Accessit eiusdem tractatus *de magistratibus municipalibus*, qui separatim alias non prodiit. Elegans est opus, idemque ad explicandas leges de magistratibus vtilissimum, ita vt vel solum hac in parte possit sufficere, licet in geographicis sæpius labatur auctor. Ad historiam atque antiquitates

Byzantinas explicandas facit etiam CAROLI du FRESNE *Glossarium ad Scriptores mediæ & infimæ latinitatis*, quod *Parisiis* primum editum *1678.* 2 Tomis, recusum *Parisiis 1733.-36. V. Vol.* Præcipue vero *Glossarium mediæ & infimæ Græcitatis, Lugduni 1688. f. 2 Tomis*, in quo multa, quæ ad historiam Byzantinam spectant, erudite explicantur.

CAPVT SEPTIMVM
DE
SCRIPTORIBVS HISTORIAE VNIVERSALIS.

§. *I. Quinam de scriptoribus Historiæ vniuersalis egerint.*
§. *II. Scriptores historiæ vniuersalis Græci.*
§. *III. Scriptores Historiæ vniuersalis ex primis sex seculis.*
§. *IV. Scriptores historiæ vniuersæ a seculo septimo vsque ad nonum.*
§. *V. Scriptores Historiæ vniuersalis a seculo decimo vsque ad duodecimum.*
§. *VI. Scriptores historiæ vniuersalis seculi duodecimi & decimi tertii.*
§. *VII. Scriptores seculi decimi quarti.*
§. *VIII. Scriptores seculi decimi quinti.*
§. *IX. Scriptores seculi decimi sexti.*
§. *X. Scriptores seculi decimi septimi.*
§. *XI. Scriptores qui Historiam vniuersalem sui tantum temporis scripserunt.*
§. *XII. Theatrum & Diarium Europæum atque relationes Historicæ.*
XIII. Scriptores qui compendia Historiæ vniuersalis & Miscellanea dederunt.

§. I.

PLures sunt *Scriptores Historiæ vniuersalis*, qui vel Historias ab O. C. ad sua vsque tempora, annotarunt, vel res in toto terrarum orbe per certum temporis interuallum gestas

ſtas conſignarunt, vel Compendia ſcripſerunt. De *vtilitate ex Hiſtoriæ vniuerſalis contextu capienda* egregie commentatus IOA. HENRICVS BOECLERVS, qui libellus *Diſſertationum Academicarum* Volumine *Primo, p 1156.* extat, in quo & de potioribus Scriptoribus ſententiam dicit & modum curate ſcribendi commonſtrat. De *cultura Hiſtoriæ vniuerſalis* egregie diſſeruit IOANNES DANIEL GRVBER, *Halæ 1714. 4.* & IOANNES GEORGIVS ECCARDVS ſingulari Programmate: *de Hiſtoria vniuerſali contemtum ſui vindicante*, egit *Helmſtadii 1706. 4.* Singularem de iisdem *vniuerſalis Hiſtoriæ Scriptoribus Notitiam* dedit IOANNES ANDREAS BOSIVS, magni iudicii & electiſſimæ eruditionis vir, quæ in manuſcripto diutius latuit, donec a viro πολυμαθεϛάτῳ GEORGIO SCHVBARTO, iteratæ editioni Tractatus Boſiani de prudentia & eloquentia ciuili comparanda adiiceretur *Ienæ 1699. 4.* Hæc autem Notitia pro temporum ſubſidiorumque ratione ſatis eſt accurata eademque non ſolum recenſentur Scriptores, ſed etiam de horum vita & ſcriptis magno cum iudicio ſententia dicitur. CASPAR quoque SAGITTARIVS *Introductionis ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam capitibus prioribus*, totus eſt in percenſendis Scriptoribus *Hiſtoriæ vniuerſalis*, bene conſcius, fundamentum hos præbere ad pleniorem Hiſtoriæ eccleſiaſticæ notitiam. Quem in multis ſecuti ſumus. Alios, qui de *Notitia Scriptorum Hiſtoricorum* copioſius exponunt, auctores, iam *Capite Primo*, indicauimus. Nec tamen hic omittendum MARQVARDI FREHERI *Directorium in omnes fere, quos ſuperſtites habemus Chronologos, Annalium ſcriptores & hiſtoricos*, quod accuratiſſime recognouit, copioſe auxit, & plenius inſtaurauit V. C. IOA. DAVID KOELERVS in repetita

editione *Norimbergæ & Altorfii 1734. 4.* vbi plures, hic memoratis, recensentur.

§. II.

Historiam vniuersalem ab orbe condito gentiles non condiderunt, cum primas mundi origines ignorarent. *Christianos* tamen habemus, *Iudæos* & *Muhamedanos*. *Primus* historiæ vniuersalis *Scriptor* est seculi secundi IVLIVS AFRICANVS, qui teste Isidoro, breuem temporum seriem per generationem & regna primus simplici historiæ stylo elicuit. Quinque Libros scripsit chronographiæ, eosque vsque ad Antonini tempora deduxit, qui tamen non supersunt amplius, nisi quæ Fragmenta ex *Eusebii* Chronico atque *Syncelli* Chronographia haurimus. Secutus illum seculo quarto fuit EVSEBIVS Pamphili, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, qui *Chronologiam*, siue παντοδαπὴ ἱστορία, *de cunctis temporibus historia*, siue *Chronicon*, libris duobus concinnauit, in qua ex ipsa *Mosis* historia demonstrare voluit, illum omnibus gentilium diis esse antiquiorem. Hoc *Chronicon*, græco eius textu iniuria temporum sublato, ex latina saltim *Hieronymi* versione; ob quædam omissa, mutata & addita parum fida, tantum superest, Fragmenta tamen eius quædam ex *Georgio Syncello* atque *Cedreno* collegit ac digessit *Iosephus Iustus Scaliger*, atque hos *Chronicorum Canonum omnimodæ historiæ libros duos*, *interprete* HIERONYMO, ex fide vetustissimorum codicum castigauit, notisque illustrauit *in Thesauro* quem inscripsit, *temporum, qui Lugduni Batauor. 1606. f.* atque ex iterata eademque longe auctiore editione prodiit *Amstelodami 1658. f.* extat quoque post varias editiones veteres *Venetam 1483. 4.* Parisiensem *Henrici Stephani*, 1512. 4. in *rerum toto orbe gestarum* Chro-

Chronicis, a Christo nato vsque ad nostra tempora, quæ ad antiquos codices contulit AVBERTVS MIRAEVS, *Antwerpiæ 1608. 4.* Ab *Adamo* autem vsque ad initia feculi quarti perductum eft, licet eum in vniuerfo contextu temporum, atque expofitione fingularium partium peccafle notarint iam ipfi veteres; plerique tamen Græci fcriptores *Eufebium* fuerunt fecuti. Seculo quinto *Chronologiam* fcripferunt duo Aegyptiorum monachi, ARIANVS & PANODORVS, de quibus tamen non nifi *fragmenta*, a *Syncello* potiffimum feruata, extant. Incerta ætas eft *Fastorum Siculorum*, quos feculo decimo fexto in Siciliæ quadam bibliotheca repertos ab *Hieronymo Surita*, edidit poftea ex apographo bibliothecæ Auguftanæ MATTHAEVS RADERVS, *Monachii 1615. 4.* Partem quoque eius, quæ ad confules Romanos fpectat, edidit FRIDERICVS SYLBVRGIVS fub initium Tomi tertii Scriptorum hiftoriæ Romanæ, atque ANDREAS SCHOTTVS in Tomo II. *Annalium Pighii*, cuius poftea nouam editionem promifit *Labbeus.* Dicitur alias quoque *Chronicon Alexandrinum*, a nomine *Petri Alexandrini* præfationi fubfcripto. Seculi octaui eft GEORGIVS SYNCELLVS, feculi noni NICEPHORVS CONSTANTINOPOLITANVS, feculi vndecimi GEORGIVS CEDRENVS, feculi duodecimi IOANNES ZONARAS & MICHAEL GLYCAS, de quibus fuperius iamdum inter fcriptores hiftoriæ Byzantinæ fuit dictum. Extant quoque inediti hiftoriæ vniuerfalis fcriptores IOANNES ANTIOCHENIS, GEORGIVS HAMARTOLVS, IOANNES SICVLVS & SETHVS MAGISTER, de quibus Bofius in notitia fua §. XXXII. & feqq. egit.

§. III.

§. III.

Inter *Latinos*, præter *Hieronymum* primo loco nominari meretur PAVLVS OROSIVS, qui *aduersus Paganos Historiarum* Libros Septem conscripsit, qui *Coloniæ 1582. 8.* & cum Annotationibus *Francisci Fabritii*, additis quoque *Ludouici Loutii* Notis, ex recensione *Andreæ Schotti* prodiere *Moguntiæ 1615. 8.* atque *T. VII. Bibliothecæ PP. Paris. p. 339.* Inscribuntur alias *Orchestra mundi*, seu *Ormesta*, quasi orbis mœstitia. Augustini hortatu libros hosce scripsit *Orosius*, contra cauillationes gentilium, qui omnia orbis Romani mala, gentium potissimum barbararum irruptionem, sacrorum mutationi adscribebant. Hinc ab orbe condito ad sua vsque tempora historiam percenset, non nisi bella, calamitates, diffidia fuisse demonstrans; Breuis est scriptor & quandoque vtilis, sed nimium credulus, qui etiam in temporum rationibus nonnunquam fallitur. Sequitur eundem PROSPER AQVITANVS, qui *Chronicon* ab *Adamo*, vsque ad obitum *Valentiniani*, & captam a *Genserico* vrbem Romam scripsit, cuius tamen non nisi posterior pars, quæ ad continuandum *Hieronymum* facit, habetur, idque sine dubio hanc ob rationem, quod in prioribus *Hieronymum* exscripserat. Quare etiam *Chronico Hieronymi* sæpius adnexum videtur atque in *Thesauro Temporum*, *Iosephi Iusti Scaligeri*, cum aliis monimentis huc pertinentibus comparet. *Obseruationes* in *Prosperi Aquitani* Chronicon integrum eiusque LXXXIV. annorum cyclum, cum aliis huiusmodi edidit *Anonymus*, *Amstelodami 1733. 4.* Auctior est editio, quam *Henricus Canisius Tomo primo Lectionum antiquarum* inseruit. Hoc Prosperi Chronicon ab anno CCCCLV. ad ꟾↃLXXXI conti-

continuauit MARIVS AVENTICENSIS, quem *Andreas du Chesnius* Tomo primo *Script. Historiæ Francicæ* inseruit. Demum continuauit MATTHIAS PALMERIVS, vsque ad 1481. Quinti Seculi Scriptor est FLAVIVS LVCIVS DEXTER, cuius *Chronicon omnimodæ historiæ* prolixis commentariis illustrauit *Franciscus Biuarius* & duplici commentario communiuit, *Lugduni 1627. f.* Hoc Chronicon ab origine orbis vsque ad annum CCCCXL est perductum. Multa de hoc chronico est controuersia an genuinum sit, cum de eo, diuisis inter se sententiis, pugnent eruditi. Certum est, multa hoc continere incongrua, & quæ R. Catholicorum fabulas potius sapiunt, quam veritatem: quæ tamen partim defendere, originesque sanctorum & martyrum historiam docere conatur *Biuarius*, partim ab aliis interpolata censet. Potius videtur, genuinum quidem esse, sed multis in locis, diuersis etiam temporibus interpolatum: id quod rationi temporum mediæ ætatis haud est absonum. Hoc *Chronicon* continuasse asseritur MARCVS MAXIMVS Episcopus Cæsaraugustanus, cuius *Continuatio Chronici omnimodæ Historiæ*, quoque opera & studio *Francisci Bivarii* cum Additionibus, quæ *Braulionis*, *Helecanis*, *Taionis & Valderedi* esse dicuntur, a doctis viris vero cum *Maximi Chronico* pro suppositiciis habentur, edita *Madriti 1651. f* & res ab a. 430. ad a. 612. refert. Seculi sexti est MARCVS AVRELIVS CASSIODORVS, cuius *Chronicon ad Theodericum* Regem extat ab O C. vsque ad annum Christi IↃXIX, a *Ioanne Cochlæo* primum, post a *Ioanne Cuspiniano*, cum prolixis commentariis, *Basileæ 1553. f.* deinde sæpius cum reliquis *Cassiodori* & *Cuspiniani* operibus *Lutetiæ*, *Francofurti* apud Wæchelios, ac *Geneuæ Lugduni 1595. 8.* cum ipsius variarum Libb. XII. edi-

editum. Licet farraginis huius potiorem partem faciant res Romanorum, quæ tamen non vbique accurate declarantur. Iustiniani temporibus floruit VICTOR TVNVNENSIS, qui teste *Isidoro*, a principio mundi ad primum imperii *Iustini* iunioris annum breuem bellicarum, ecclesiasticarum rerum historiam publicauit, sed eius tantum pars illa, quæ *Prosperum* continuat, adhuc superest, ab *Henrico Canisio* edita *Ingolstadii 1600. 4.* atque emendatius a *Scaligero* in Thesauro temporum. Continuauit illud IOANNES abbas BICLARIENSIS, qui in laudato iam *Thesauro* extat. IORDANES siue IORNANDES Episcopus Ravennas quoque in suo *de Regnorum ac temporum successione ad Vigilium libro*, plerarumque illustriorum gentium res, ab *Adamo* vsque ad annum 550. breuiter descripsit. Prodiit hic liber, cum *Procopio* & *Agathia*, aliisque a *Beato Rhenano*, *Basileæ 1531. f.* iunctim editis, *Lugduni Bat. 1594 8.* cum notis & variis lectionibus, inter *diuersarum gentium historiæ antiquæ Scriptores tres, ex recensione Friderici Lindenbrogii, Hamburgi 1611 4.* & in *Bonauenturæ Vulcani* collectione *Scriptorum rerum Gothicarum & Longobardicarum, Lugduni Bat. 1597.* & *1617. 8.* atque in Tomo I. *Scriptorum Rerum Italicarum* MVRATORII *f. 202.*

§. IV.

Sub initium *Seculi septimi* ISIDORI Hispalensis Archi-Episcopi *Chronicon* ab O. C. vsque ad annum Christi 626 nimia breuitate collectum, emendatum atque scholiis illustratum edidit *Garsias Loaysa*, *Antwerpiæ 1602.* extat quoque in *Hispaniæ illustratæ*, curante *Andrea Schotto* T. IV. ac inter *Opera* cetera huius *Isidori*, *Coloniæ 1617. f. p. 270.* *Octauo Seculo* BEDA librum *de sex mundi ætati-*

ætatibus, vsque ad annum IX. *Leonis Isauri* scripsit, singulatim *Venetiis* 1505. 4. *Parisiis* 1507. 4. atque inter *Opera*, *Basileæ* 1563. *f.* edita *Tom. II.* quem postea vsque ad annum 1537. continuauit *Ioannes Bronchorstus*. FRECVLPHVS *Lexouiensis* Episcopus noni Seculi scriptor *Chronicon* Tomis duobus, scripsit, quorum prior ab initio mundi vsque ad Octauiani Cæsaris tempora; Posterior vsque ad Francorum atque Longobardorum in Gallia & Italia regna, & finem Seculi sexti historiam continet. Prodiit *Coloniæ* ex officina *Melchioris Nouesiani*, cum ipsius Præfatione 1539. *f.* *Heidelbergæ* apud *Hieronymum Commelinum* 1597. 8. atque in omnibus fere *Bibliothecis Patrum*. Profanam non solum, sed etiam ecclesiasticam historiam describit, neque tamen in omnibus fide est dignus. Eiusdem seculi est ADO *Viennensis*, qui *Breuiarium Chronicorum* suum *per sex mundi ætates* digessit, ab orbe condito vsque ad annum 873. quod deinde alius vsque ad 879. continuauit, multis tamen mendis cum chronicon, tum editiones eius scatent. Extat illud sæpius cum *Gregorio Turonensi editum*, *Parisiis* ex Ascensiana 1522. ex *Guil. Morellii* recensione *ibid.* 1561. 1567. *f.* *Basileæ* 1568. 8. cura *Matth. Flacii*, nec non in Bibliotheca Patrum & Scriptorum Ecclesiasticorum *Margarini de la Bigne* Editionis Secundæ *Tomo VII. p.* 1009. omnibusque fere aliis.

§. V.

Ex *Seculo decimo* habemus REGINONEM *Prumiensem*, qui duos *Chronicorum* Libros scripsit a C. N. vsque ad annum 906. hunc alius deinde vsque ad 967. continuauit, quem Vossius ROMERIVM fuisse putat. Editum hoc Chronicon a *Sebastiano* de *Rotenhahn* Iurisconsulto, *Moguntiæ* 1521. *f.* porro *inter Chronologos IV.* editos a *Schardio* 1568. *f.*

Argen-

Argentorati apud *Lazarum Zetznerum 1609. f.* cum *Conrado Vrspergensi;* Tomo quoque *primo* collectionis *Pistorii* extat. Idem Seculum tulit LVITPRANDVM, *Ticinensem*, cuius *Opera* quæ extant, iunctim fuerunt edita, cum notis *P. Hieronymi* de la *Higuerà* & *Laurentii Ramirez* de *Prado*, *Antwerpiæ* ex Plantiniana *1640. f.* Continentur autem iisdem *Sex Libri Historiarum de rebus suo tempore in Europa gestis*, quam Antapodasin inscripsit, atque ab Arnulphi Imperatoris temporibus incipiunt, in descriptione prioris legationis Constantinopolitanæ desinunt. His autem tyrannidem Berengarii II. a quo episcopatu deiectus fuerat, viuis coloribus depingit: immo etiam Romanorum Pontificum vitia atque flagitia minime dissimulauit. In eodem Tomo extat quoque eiusdem *Chronicon*, quod ab anno 606. ad 960. progreditur, ab omnibus tamen habetur suppostitium. Extat ibidem, *Historia Legationis pro Ottonibus Impp. ad Nicephorum Phocam*, quam singulatim in lucem edidit *Henricus Canisius*, *Ingolstadti 1600. 4.* *Seculo vndecimo* GLABER RADVLPHVS Cluniacensis Monachus, *Francorum Historiam* libris V. comprehensam euulgauit, ab anno 690. vsque ad 1045. Edidit illam *Petrus Pithœus* inter *Scriptores XI. histor. Franc. Francofurti 1596. f.* atque inter Scriptores Historiæ Francicæ *Andreas & Franciscus du Chesne; Tomo IV.* sed vix est, vt ex eo aliquid ad vsum capiamus. HERMANNVS CONTRACTVS Comes Veringensis & Monachus Augiensis, *Chronicon* scripsit *de VI. mundi ætatibus* vsque ad annum 1050. sed *Bedam* potissimum est secutus. Edidit illud *Pistorius Tomo Primo*, & in noua Editione *Struuiana* cum textu *Vrstisiano* & *Canisiano* collatum *T. I. p. 113.* atque plenius adhuc *Vrstisius*, & *Henricus Canisius* ex Codi-

Codice Auguſtano Monaſterii S. Afræ Tom I. *Antiq. Lect. p. 429.* & in *Edit.* noua *Baſnagii Tom. III. p. 195.* atque ex hoc *T. XI. Bibliothecæ PP. Colonienſi* & Tom. XVIII. *Bibliothecæ PP. maximæ Lugd.* Continuauit BERTHOLDVS, *Conſtantienſis* vsque ad annum 1066, atque Hiſtoriam ſui temporis condidit ab anno 1053. vsque ad 1100. Extat apud *Vrſtiſium.* N. 4. Hiſtoriam Henrici IV. potiſſimum deſcribit, ſed papæ nimium indulget. Eiusdem commatis eſt LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, Monachus Hirsfeldenſis, qui *Chronicon* ſcripſit, in quo ab exordio mundi incipit, vsque ad annum 1177, ſed breuiſſimis hiſtoriam antiquiorem abſoluit, plenius rem narrat a Seculo octauo. Editum omiſſo auctoris nomine & vero titulo ex Codice Bibliothecæ *Auguſtinenſium* Monachorum promouente *Philippo Melanchthone* per *M. Caſp. Churerum*, *Tubingæ 1525. 8.* & iterum ſub titulo: *Germanorum res præclaræ olim geſtæ*, *Tubingæ 1533. 8.* cura, vt videtur *Ludochi Schradini.* Eſt quoque inter IV. Scriptores Germ. per *Simonem Schardium* Francof. *1566. f.* editos, prodiit porro, ſub titulo: Chronicon hiſtoricum apud Germanos &c. auctore MONACHO quodam HERVELDENSI, editore *Io. Iacobo Grynæo*, *Baſileæ* ex officina *Henric. petrina 1569. f.* in *Piſtorii*, *S. R. G. T. I. p. 149.* & *nouiſſ. edit. p 301.* iunctum quoque *Reginoni* edito ſumtibus *Lazari Zezneri*, *Argentorati 1609.* atque ſub inſcriptione: *Monachi Herueldenſis Chronicon* inter S. R. G. quibus præfationem præmiſit *Simon Schardius*, edit. primæ *Baſileenſis* 1514. *f.* Ex eodem ſeculo MARIANVS SCOTVS Monachus Fuldenſis *Chronicon* ſcripſit, ab initio mundi vsque ad 1078, in quo tamen potiſſimum ſequitur Caſſiodorum atque Euſebium, productum *primum* ex Co-

 dice

dice MSCto templi S. *Bartholomæi* ſtudio *Io. Latomi* Decani illius, qui edendum dedit *Baſilio Ioa. Heroldo*, *Baſileæ* per *Iac. Parcum* expenſis *Ioa. Oporini* 1569. *f.* & apud *Piſtorium T. I. p.* 266. & in *Struviana* editione *p.* 441. Continuauit eundem DODECHINVS Abbas, vsque ad annum 1200. vtrique habentur in *Tomo primo p.* 457. Piſtorii.

§. VI.

Seculi *duodecimi* eſt SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, qui *Chronographiam* ſeu *Annales* ab A. C. 379. ad 1113. perduxit. Hic licet non adeo accuratus ſit in chronologicis, in ipſa tamen hiſtoria probus, immo etiam cauſam Henrici IV. ſtrenue egit. Ipſe quidem *Sigebertus* Euſebianum Chronicon, atque tripartitam hiſtoriam excerpſit. Prodierunt *primum* & ſingillatim inſertionibus *Galfredi Monumetenſis*, cura *Wilhelmi Parui*, apud *Henr. Stephanum* 1513. 4. & inter *Chronographos IV. Schardii*, *Francofurt.* 1566. *f.* in quibus Editionibus quædam ſunt interpolata & reiecta. Collatos cum autographo & multis aliis Codd. MSC. pleniſſime & emendatiſſime edidit in *Chronographia*, *Aubertus Miræus*, *Antwerpiæ* 1608. 4. Extant quoque in *Piſtorii T. I. p.* 477. ac in *Struviana* editione *p.* 689. ex collatione cum editione ſexta *Miræi* maxime genuina & optima adiectis ſimul omnibus *Continuatoribus*. Plures enim eundem continuarunt, ANSELMVS ſiquidem *Gemblacenſis* Abbas illud præſtitit ab anno 1113. ad 1133. Alter eſt *anonymus* quidam, qui in *Collectione* Piſtoriana *Tomo Primo* dicitur ROBERTVS de MONTE & tertius ROBERTVS de THORIGNEIO, cuius *Chronicon* extat ſtudio *Lucæ Dacherii* editum *Pariſiis* 1651. 4. cum aliis. Sed *Io. Baptiſta Sollerius* S. I. vir doctiſſimus, *Diſquiſitione in Supplementum chronolo-*

nologicum, *quod Chronico Sigeberti Gemblacensi* subiungi solet, sub nomine ROBERTI *de* MONTE *in MSCC.* Actorum Sanctorum *T. VII. Iunii* docuit *p. 171.* vnum esse scriptorem, nempe: ROBERTI *de* TORRINEIO (Torigny) Normanni Abbatis S. Michaelis *de* MONTE in periculo maris vnde ROBERTVS *de* MONTE appellatus *Accessiones* de rebus præcipue *Anglo-Normannicis* ad *Sigebertum G.* ab a. *876.* ad a. *1100.* editæ in *Appendice Opusculorum*, GVIBERTI *de* NOYET Abbatis Nouigenti cura *Lucæ d' Achery*, *Parisiis 1651. f. p. 717.* Circa eadem tempora HVGO FLORIACENSIS *Chronicon* sex Libris ad Iuonem Carnotensem scripsit, quod a *Nino* incipit, in anno 855. finit. Edidit illud sed mutilum cum Notis *Bernhardus Rottendorffius*, *Monasterii 1638. 4.* *Diversa* autem, vti erudite obseruat KOELERVS *Directorio Historicorum Freheriano* p. 5. reperiuntur HVGONIS *Floriacensis* Chronica: *Vnum* quod scripsit ad *Iuonem Carnotensem*, cuius portio, male sub nomine *Iuonis Ep. Carnotensis* a *Marq. Frehero* edita in *Corpore Historiæ Francicæ*: *Alterum* ad *Mathildam* Angliæ Reginam, vtrumque ab initio regni Francorum, ad sua vsque tempora, eaque satis breuia: *Tertium*, ad *Adelaidem Carnotensem* Comitissam, quod ab exordio mundi vsque ad *Ludouicum Pium* tantum perduxit, videatur *Du Chesne Tom. III. p. 347.* De OTTONIS *Frisingensis*, *Chronicorum libris octo rerum ab origine mundi ad ipsius* (m. 1158.) *vsque tempora gestarum*, primum editum curante *Ioa. Cuspiniano Argentorati 1515. f.* auctius per *Petrum Pithœum*, *Basileæ 1569. f.* excudente *Petro Perna*, & ap. *Vrstisium* T. I. n. I. p. 1. collatum cum duobus MSCtis. Eiusdem æui est GOTEFRIDVS VITERBIENSIS, Conradi III. Friderici I. & Henrici VI. Impp. Capel-

pellanus & Notarius cuius *Pantheon* ab exordio mundi, vsque ad annum 1186. perductum, multis fabulis atque ineptiis intermixtum est, atque primum editum curante *Basilio Iohanne Heroldo*, *Basileae* 1569. *f.* in *Tomo II. Scriptorum Pistorii* extat ac in noua *Struuiana* editione, additis variis lectionibus ex Codice Bibliothecae *Norimbergensis*. CONRADVS A LICHTENAV, Abbas *Vrspergensis*, *Chronicon* conscripsit a *Nino* vsque ad annum 1229. *Primam* huius Chronici *editionem* iussu Maximiliani Imp. procurauit *Conradus Peutingerus*, ICtus, *Augustae Vindelicorum* per *Ioa. Miller* 1515. *f.* Quae editio cum admodum esset deprauata, *Philippus Melanchthon* auctor fuit *Cratoni Mylio*, Argentoratensi typographo, vt idem *Chronicon*, iterata editione, maiori tamen adhibita cura, recuderet. Vsus ad hanc rem *Mylius* fuit *Caspare Hedione*, qui *Conradum* non elimatius tantum edi curauit, sed etiam rerum memorabilium paralipomena adiecit a *Friderico II.* ad *Carolum V.* vsque, & annum 1537. perducta. Quo ipso *anno* & haec editio emendata atque locupletata prodiit *Argentorati f.* adiectis iconibus Imperatorum atque Principum, pro more illorum temporum in lignum incisis. Iterum haec editio eodem charactere *Basileae* recusa est per *Petrum Pernam* 1569. f. reiectis iconibus, addito vero indice admodum vtili, quae editio mihi optima videtur. Tandem quoque *Argentorati* recusa fuit 1609. *f.* per *Latzarum Zetznerum*. Adiecta huic editioni ad marginem sunt summaria quaedam & breues notae, quas *Antonio Coruino* tribuit *Meibomius* de *Irmensula cap. V.* Multa olim opinio fuit, *Vrspergensem* hoc Chronicon suum pro more fere illorum temporum, ex aliis consarcinasse, quae tam generalis olim erat, vt nemo fere de eodem dubitaret. Contrarium tamen

men ipsis *Vrspergensis* verbis latius probaui, obs. XX. Tom. I. Halensium, illum non esse aliorum Chronicorum compilatorem, sed continuatorem. Et quidem continuandum sibi sumsisse monachi *Schwartzabensis Chronicon*. Non minimae auctoritatis scriptor est. Veterum quidem rerum epitome nullius est momenti, quippe in rebus Assyriorum, Persarum & Graecorum, saepius nugatur: vbi vero de Imperatoribus, praecipue Germanis, & rebus posterioris aetatis agit, egregius est, maxime illa parte, quam composuit *Vrspergensis*. Quippe eadem res sui temporis tractat, multa quoque de gentium barbararum origine, Carolinorum posteritate atque alia adducens singularia. Egregium quoque testem veritatis contra attentata pontificum se praebet, ita vt cum fructu insigni historiae imprimis Germanicae legatur. GODOFRIDVS Monachus *S. Pantaleonis* Coloniensis, eodem seculo *Annales* scripsit ab anno 1162. ad 1237. quibus multa memoratu digna in statu ciuili atque ecclesiastico complexus est. Edidit illum *Marquardus Freherus* in Tomo primo *p. 239.* & *p. 335.* edit. *Struv.* ALBERTVS, *Stadensis* abbas, *Chronicon* scripsit ab exordio orbis vsque ad annum 1256. quod primum ex Bibliotheca *Henrici Ranzouii* cura *Reineri Reineccii* prodiit *Helmstadti 1587. 4.* & *Wittebergae 1608. 4.* post, in collectione Kulpisio-*Schilteriana* p. 123. Continuationem *Annalium Alberti*, ab *a. 1264.* ad *an. 1324.* ex membranis Bibliothecae Academiae Iuliae edidit notisque illustrauit *Andreas Hoierus*, *Hafniae 1720. 4.* Chronologiae rationem non adeo certam habet, pleraque etiam ex anterioribus descripsit, immo quandoque nugatur: sunt tamen nonnulla, quae plane singularia, maxime quae in aeui sui historia describit. Immo multa momenta praebet, quae

ad genealogiam Principum Germaniæ faciunt, quæ alias manca esset. Ex *eodem Seculo* habemus MARTINI POLONI Archi Episcopi Gnesnensis, *Chronicon de summis Pontificibus atque Imperatoribus*, quod ab *Augusto* & *Petro* vsque ad *Fridericum II.* & *Clementem IV.* deducitur. Editiones mire variant, quæ prodierunt *Basileæ 1559.* & cura *Suffridi Petri Antwerpiæ 1574. f. Coloniæ 1616. f.* ex MSCto procurante *F. Ioanne Cæsare*, Sacellano Monasterii S. Catharinæ Tremoniæ, nec non inter Scriptores *Kulpisianos p. 337.* *Maderus* atque *Sagittarius* multa cura desudauerunt in procuranda noua, eademque accuratiori editione, cum lectionibus variantibus, collatis variis MSCtis, quæ tum in nostra, tum *Lipsiensi*, *Helmstadiensi* aliisque bibliothecis adseruantur, verum horum labores nunc adseruantur in bibliotheca *Guelferlytana.* Vnicus ex *Seculo decimo tertio* restat VINCENTIVS de Burgundia, Episcopus BELLOVACENSIS, qui quatuor *Specula* edidit: *Doctrinale*, *Naturale*, *Morale*, *Historiale*, quæ *Moguntiæ 1474.* *Basileæ 1481. Norібergæ 1483. f. Venetiis 1591. f.* prodierunt, denique curantibus Benedictinis ex optima editione sub titulo: *Bibliotheca Mundi*, *Duaci 1624. fol.* Ex quibus huc pertinet *Speculum Historiale*, satis prolixum, atque vniuersalem complectens Historiam, ad a. 1244. vsque, sed consarcinatum ex quibuscunque Scriptoribus, multisque fabulis impletum, ita vt caute fides sit adhibenda.

§. VII.

Ex *Seculo decimo quarto* primum occurrunt PTOLOMAEI LVCENSIS Episcopi *Torcellensis Annales*, ab anno 1060. vsque ad annum 1307. *Lugduni 1619. f.* atque in *Bibliotheca* PP. *Lugdunensi maxima 1677. T. XXV.* SIFFRIDVS Presbyter *Chronicon*

nicon ſcripſit ab O. C. vsque ad annum 1307. quod integrum editum non eſt, Epitomen ſaltim ex eodem dedit *Georgius Fabricius*, & *Rerum Miſnicarum* collectis Libris ſubiecit *Lipſiæ 1569. 4.* atque in Tomo primo p. *682.* Piſtorii ac cum variis Lectionibus ex Codd. MSCtis in noua editione illuſtr. *Struuii T. I. p. 1017.* Nec in rebus chronologicis nec antiquioribus adeo accuratus eſt, res tamen ſui æui deſcribit optime. HENRICI STERONIS *Chronicon Altabenſe*, ab a. *1266.* ad a. *1300.* quod primus edidit *Marquardus Freberus*, Tom. I. p. 384. & in *Struuiana* edit. *p. 551.* atque auctius *Henricus Caniſius* in Tomo I. p. 229. Edit vet. & nov. *T. IV. p. 172.* lectionis antiquæ. Appendicem addiderunt VLDALRICVS & CONRADVS WELLINGI, fratres, quæ æque in collectione *Freheri* T. I. p. 404. & *Edit. nou. p. 581.* reperitur. Eiusdem æui eſt EBERHARDVS Altahenſis, qui *Annales* ſcripſit *de Ducibus Auſtriæ, Bauariæ, Sueuiæ* ab anno 1273. vsque ad 1305. quos tomo primo p. 305. edit. prim. & *Tom. IV.* edit *Baſnagii p. 216.* lectionis antiquæ inſeruit *Henricus Caniſius*, ſed in plerisque conuenit cum *Sterone*, ita vt vnum ab altero deſcripſiſſe coniectandum facile ſit. Ætate quoque par eſt HENRICVS de REBDORF, Monachus, cuius Chronica edidit *Freberus, Tom. I. p. 411.* ſed innumeris locis mendoſe. *Freberus* tamen varia Acta publica inſeruit ad hiſtoriam, quam *Rebdorfius* enarrat, pertinentia. Singillatim edita eſt curante CHRISTOPHORO GEWOLDO, *Ingolſtadii 1618. 4.* ex Codice MSCto Monaſterii Rebdorffienſis, annotatis ex collatione Freheriani textus, variantibus lectionibus expunctisque quæ *Freberus* aliunde petita, inſeruerat. Demum, cum variantibus lectionibus ex textu *Gewoldiano* & locis parallelis *Tomo I. Freberiano p. 598.* cura

ill *Struuii*. Scripsit autem *Annales* ab anno 1295. ad 1363, quibus gesta *Adolphi*, *Alberti*, *Friderici II.* *Ludouici IV.* *Bauari* & *Caroli IV.* Imperatorum complectitur, licet in quibusdam fidem eius desiderent. ALBERTI *Argentinensis Chronicon* res ab anno 1270. ad 1378. gestas complectitur, quod rudi quidem stylo, bona tamen fide est scriptum. *Fragmentum* huius *Chronici* cum consulibus suis primus edidit *Ioannes Cuspinianus*, *Basileæ* 1613. *f.* Integrum vero edidit *Christianus Vrstisius*, *Tom. II.* *p.* 95. atque præmisit fragmentum historicum ab anno 631. incipiens, in electione *Rudolphi Habsburgici* finiens.

§. VIII.

Ex *Seculo decimo quinto* primo loco memorari meretur GOBELINVS PERSONA Decanus Bielveldiensis & Officialis Paderbornensis. Scripsit ille *Cosmodromium*, h. e. *Chronicon vniuersale*, complectens res ecclesiæ & reipublicæ secundum sex mundi ætates dispositum, atque vsque ad annum 418. directum. Certe, magna industria atque fide scriptum est; hoc etiam potissimum in eodem commendandum, quod gentium Germanicarum historiam in compendio explicat; earum origines, migrationes, colonias atque religionem narrat. Hoc vnicum in eo desideratur, quod Pontificibus contra Imperatores nimium tribuat. Prodiit primum cura *Henrici Meibomii*, senioris, ex *Wechcliana*, *Francofurti* 1599. *f.* post iterum produxit *Meibomius* iunior, Tomo I. *rerum Germanicarum* *p.* 53. LEONARDI BRVNI ARETINI *Historia de temporibus suis*, ab an. 1378. ad an. 1410. *Venetiis* 1485. 4. & cum eius *rebus Græcis*, *Lugduni* 1539. 4. M. THEODORI ENGELHVSII Presbyteri Eimbeccensis, *Chronicon* ab O. C. vsque ad

ad annum 1420. edidit integrum *Ioachimus Ioannes Maderus*, *Helmstadii 1671. 4.* & *Leibnitius* inseruit *Scriptorum Brunsuicensium T. II. n. 51. p. 978.* in quo multa continentur singularia. MATTHIAE vero DOERINGII D. Ordin. Minor. *Continuationem Chronici Theodorici Engelhusii* ab a. *1420.* vsque ad an. *1498.* ex Codice MSC Bibliothecæ Academicæ Lipsiensis edidit *B. Io. Burcardus Menckenius Scriptorum Rerum Germ. præcipue Sax Tom. III. p. 1.* WERNERVS ROLEWINCK de LAER Carthusianus Coloniensis, *Fasciculum temporum* composuit, ab initio mundi vsque ad suam ætatem atque annum 1480, primæ editiones *Spiræ 1477. Augustæ Vindel. 1481. f. Argentorati 1487. f. Basileæ 1482. f.* ipseque videtur continuasse ad An. 1484. a quo tempore vsque ad annum 1514. continuauit *Ioannes Linturius*, & cum continuatione edi fecit *Ioannes Pistorius*, in *Tomo secundo S. R. G. Marianum* tamen *Scotum* in plerisque est secutus. ANTONINI Archi-Episcopi FLORENTINI *Summa Historialis* tribus partibus constat, quibus ab O. C. vsque ad Fridericum III. & annum 1459. res mundi exponit, quæ *Venetiis 1482. f. Noribergæ 1484. f. Basileæ 1494. & 1502. f.* & *Lugduni* ex limatione & necessariis annotationibus ac aliorum Historiographorum concordantiis *Iohannis* de *Gradibus 1512. f.* atque *ibidem 1527. f. 3 Vol* & *1587. f. 3. Voll.* prodiit. Diligens quidem scriptor est, qui multa ex aliis congessit, sed in sanctorum historia, quam sæpius immiscet, superstitiosissimus est. DONATVS BOSSIVS *Chronicon* ab initio mundi vsque ad sua tempora contexuit, quod vna cum eius Historia Episcoporum & Archiepiscoporum Mediolanensium excusum est *Mediolani 1489 1493. f.* Vastum est opus HARTMANNI SCHEDELII, quod inscribitur *Chronicon*

mundi, vsque ad annum 1492. deductum, ſed abſurdis quidem & fabulis multis refertiſſimum, in quo tamen & ſingularia quædam reperias. Prodiit *Norībergæ 1493. f. mai.* per *Antonium Koburger*, ſtudio & cura *Sebaldi Schreyer* & *Sebaſtiani Kramer*, ciuium Noribergenſium, recuſa hæc editio *Auguſtæ Vind. 1497. f.* cum figuris ligno inciſis, *a Michaele Wolgemuth* & *Wilhelmo Pleydenwurf*, factis, quæ plerumque coloribus diſtinctæ ſunt. *Germanice* illud vertit *Georgius Altus*, quæ translatio *Noribergæ* primum *1493. f.* formis impreſſa, *Auguſtæ Vind.* iterum *1496. f.* excuſa & *Auguſtæ Vindelicorum 1497. f.* IOANNES LAZIARDVS *Hiſtoriæ vniuerſalis epitomen* ab O. C. vsque ad annum 1467. conſcripſit, prodiit *Pariſiis 1521. f.* quam teſte Voſſio de Hiſtoricis latinis lib. III. cap. XI. maximam partem deſcripſit inepte ex *Gallo* quodam auctore *breuiarii Hiſtorici.* Continuauit eundem HVBERTVS VELLEIVS vsque ad annum 1519.

§. IX.

Seculo decimo ſexto ineunte, claruit IOANNES NAVCLERVS, qui *Chronicon* ſcripſit duobus voluminibus, ab O. C. vsque ad annum 1500. per generationes deductum, in rebus temporis, quo vixit auctor, multi vſus. Appendicem XIV. annorum adiecit NICOLAVS BASELIVS, quæ cum ipſo Chronico prodiit *Tubingæ 1500.* & *1516. f. Coloniæ f.* cui Editioni acceſſit *Appendix noua*, curſim memorans res geſtas ab An. *1515.* vsque ad an. *1544.* Rhapſodis partim *Cunrado Tigemanno*, partim *Bartholomæo Laurente.* Quæ Editio optima. Recuſa *ibidem 1544.* & *1579. f.* alii & Editionem Colonienſem *1576. f.* memorant. LAVRENTIVS quoque SVRIVS *paralipomena* addidit vsque ad annum 1564, ſed eadem erroribus plena, pro more

more auctoris. M. ANTONIVS COCCIVS SABELLICVS omnem mundi historiam sub *Rhapsodiæ Historiarum* titulo ab O. C. conquisiuit. Quod opus in Enneades X. distinctum atque ad an. 1504. perductum prodiit *Parisiis* in ædibus Ascensianis, *1509. f. 2. Voll.* Recusum *Basileæ* in officina *Heruagiana 1538. f. 2. Voll.* quæ Editio *XI. Enneades* habet ad an. 1504. quibus ab hoc Anno accessit CASPARIS HEDIONIS *Synopsis Historica rerum gestarum ad an. 1538.* iterum cum aliis Sabellici operibus excusum *Basileæ 1560. f.* Sane, primus hic inter Scriptores historiæ vniuersalis nugari desiit, dolendum saltim, quod continua serie quidem res omnes narrat, sine tamen addita auctoritate, cum ipse scriptor sit non indubius. IACOBVS PHILIPPVS BERGOMENSIS *Chronicon* suum, *Supplementum Chronicorum* inscripsit, ab O. C. perductum ad An. 1490. impressum *Venetiis 1492. f.* auctior Editio ad *1502.* sub titulo: *Nouissimæ Historiarum omnium Repercussiones* quæ *Supplementum Supplementi Chronicarum* appellantur prodiit *Venetiis 1503. f.* & *Noribergæ* eod. anno f. Aliam *Venetam a. 1506. f.* ad hunc annum continuatam, & editiones *Venetas 1513. 1520. f.* quas alii memorant, non vidi. Parisiensis editio *1535. f.* breuem accessionem habet vsque ad annum 1535. HVGWALDVS HVLDERICVS MVTIVS scripsit de *Germanorum prima origine, moribus, institutis, legibus & memorabilibus pace & bello gestis omnium Seculorum ad mensem Augustum anni 1539. Libros XXXI. Basileæ*, apud Henricum Petrum primum impressos *1539. f.* post in *Tomum alterum Pistorii* relatos. Non defuerunt, qui magni facerent hoc Chronicon, atque rerum Germanicarum principium inde repeterent: caute tamen legendum, cum in iis, quæ ad statum Imperii nostri faciunt, mul-

multis laboret defectibus. Huc faciunt ex parte CHRISTOPHORI ROFINIACI *Commentarii omnium historiarum*, ab O. C. ad An. 1516. *Parisiis 1571. 4.* CHRISTIANI MARSAEI *Chronicon Mundi* ad An. 1540. *Antwerpiæ 154 f.* VALENTINI ANSELMI RYD *Catalogus annorum & principum Mundi*, ad An. 1550. *Bernæ 1551. f.* AMANDVS ZIERIXEVS siue *Zierixiensis Scrutinium*, vel *venationem veritatis historicæ* scripsit, quod a mundi exordio ad sua vsque tempora perduxit, *Antwerpiæ* editum *1634. f.* Pertinet huc *Bibliotheque historiale* de NICOL. VIGNIER res ad an. vsque *1519.* exponit in editione quæ *Parisiis 1587.* V. Voll. prodiit, recentior est *1650. f.* IV. Voll. IOANNES LVCIDVS *Chronicon* publicauit, siue emendationem temporum ab O. C. vsque ad annum 1535. quod continuauit F. HIERONYMVS BARDVS Florentinus, vsque ad annum 1575, *Venetiis 1575. 4.* mere chronologicum & leuioris est momenti. HADRIANVS BARLANDVS *breuem Chronologiam* scripsit ac *historiam* ab O. C. vsque ad annum 1532. cum *Historia Ducum Brabantiæ*, *Louanii 1566. 12.* Pertinent ad hanc Periodum Chronographi quidam, qui *lingua* scripserunt *italica*, veluti: *Sommario overo Età del Mondo chronologiche della creatione di Adamo fino all' Anno 1581. di Christo fatto di* GIROLAMO BARDI *in Venetia 1581. 4.* & *Vite di tutti gli Imperadori Romani composte in lingua Spagnuola da* PIETR. MERSIA *& da* M. LVDOVICO DOLCE *nuovamente tradotto & ampliate* in *Venet. 1583. 4.* qui liber ad *Rudolphum II.* pertingit. Tales & prostant *germanico* sermone exponentes. Quales: *Wahrhaffte Geschichte, so von 1500. Iahr an, bis auf diß 1583. Iahr ergangen, beschrieben durch* DANIEL WINZENBERGER *von Grim, Dreßden 1583. 4.* & *Die kleyn Fürst-*

Fürstlich Chronicka durch CASPARVM STVRMIVM *K. M.* (Caroli V.) *Ehrenboldt*, *Straßburg* 1544. 4. nec minus: VALENTIN MÜNZERS *Bürgers zu Fulda Chronography von Anfang der Welt biß auf unsere Zeiten dieses lauffenden Iahres* 1549. *Bern* 1550. 4. & *Ffti* 1551. 4. *Chronicka Beschreibung und gemeyne Anzeyge vonn aller VVelt herkommen &c.* quam edidit & formis expressit CHRISTIANVS EGENOLFFVS 1535. *f.* SEBASTIANI FRANCKENS *von VVoerd Chronicka von Anbegyn biß in dis Iahr* 1531. *Straßburg* 1531. *f.* CASPARIS HEDIONS *auserlesene Chronica von Anfang der VVelt bis* 1543. *Straßburg* 1549. *f.* quorum auctores quidem & continuatores, in rebus antiquis ac medii æui, vulgaria immo non sæpe meras narrant fabulas, in negotiis sui vero æui quandoque annotarunt libere, singularia, quæ alibi vix reperias ideoque cultori historiarum non plane negligendi.

§. X.

Superiori Seculo Historiam vniuersalem condere voluerunt sequentes: Pertinet ad hanc classem PETRI OPMEERI *Opus ChronographicumOrbis Vniuersi a mundi exordio vsque ad annum* 1611 *.f.* duobus Tomis, quorum prior *Opmeeri* est; *Alter* auctorem habet, LAVRENTIVM BEYERLINCK Canon. Antwerp. *Antwerpiæ* 1611. *f.* Prodiit hæc Opmeeri *Chronographia*, quoque *Coloniæ* 1625. *8. mai.* sed ad a. 1591. saltim pertingit, addita tamen eiusdem *Opmeeri*, Historia *Martyrum Batauicorum* itidem *Coloniæ* 1625. *8.* Multi olim vsus PETRI MEGERLINI *Theatrum diuini regiminis a Mundo condito ad nostrum vsque seculum*, *Basileæ* 1683. 4. Pererudite scriptum EDWARDI SIMSONII *Chronicon Historiam Catholi-*

cam

cam complectens, ab exordio Mundi ad nativitatem Domini N. Iesu Christi & exinde ad annum a Christo Nato LXXI. digestum, editumque *Oxonii 1652. f.* Quod cum inuentu difficile esset adiectis eruditis animaduersionibus recusum exhibuit PETRVS WESSELING, *Lugduni Batauorum 1729. fol. mai.* M. ZVERIVS BOXHORNIVS *Historiam vniuersalem* composuit, *sacram & profanam* a Christo nato ad annum vsque 1650. in qua illustrium gentium ac Principum origines, res gestas, varias mutationes atque alia describit, *Lugduni Batauorum 1650.* & *1652. 4.* & cum appendice X. annorum *Ottonis Menckenii, Lipsiæ 1675. 4.* Propositum *Boxhornio* fuit, ea saltim exponere, quæ haut vbiuis obuia, licet in rebus antiquioribus tanta non præstiterit, quam in duobus vltimis, quibus multa narrat haud adeo proletaria. IACOBVS GOVTOVLAS *vniuersalem* suam *historiam* profanam a Christo nato ad annum 1640. vsque perduxit, cum Imperatorum, Regumque Franciæ iconibus, *Parisiis 1653. f.* ANTONIVS ROBINSONVS *Annalium Mundi vniuersalium Tomum vnum* edidit, *Libris XIV.* absolutum *Londini 1678. f.* cui per quindecim annos insudauit, quem ad vastationem vrbis Hierosolymitanæ perduxit. Elaboratam curate & quantum fieri potest absolutam omnium numeris Historiam vniuersalem condere, facta societate constituerunt viri quidam inter Britannos doctissimi diligentissimique. Ex anglico translata in sermonem gallicum prodierunt eruditissimi operis primordia, hoc elogio : *Histoire universelle depuis le commencement du Monde* jusqu' a present, *a la Haye 1732. 4.* quæ prima pars ab origine mundi ad res Moabitarum, Ammonitarum, Medianitarum, Edomitarum, Amalekitarum, Cananæorum & Philistæorum pertingit, solide ex optimis fontibus elabo-

elaborata. Optamus merito felicem operis vtilissimi progressum ad nostra vsque tempora, paresque semper doctrina & iudicio socios successoresque. Ex iis, qui patrio sermone exposuerunt, commemorabimus: NICOLAI HELVICI *Beschreibung aller denckwürdigen Sachen und Hændel von an. 1517. bis 1648. Francofurti 1648. f.* ad res Germaniæ tamen, maxime faciens, & inprimis IOANNIS LVDOVICI GOTHOFREDI *Historische Chronica, oder Beschreibung der vornehmsten Geschichten, so sich von Anfang der VVelt bis auf das Iahr Christi 1619. zugetragen, nach Abtheilung der 4. Monarchien, und beygefügter Iahrrechnung aufs fleissigste in Ordnung gebracht, Francofurti 1674. f.* cum multis *iconibus.* Hoc opus ob industriam, quam adhibuit auctor, maximopere æstimatur. Prodromum facit hic Tomus *Theatri Europæi,* quod *a. 1618.* initia sua habet. Præstat tamen *der neu-eröffnete Historische Bilder-Saal, Nürnberg 1697. 8. V. Voll.* Historia est vniuersalis a prima mundi origine, vsque ad nostra tempora, adiectis iconibus rerum præcipuarum, neque tamen iis adeo elegantibus. Accurata vero est descriptio atque ordinata, præcipue res gestæ sub *Leopoldo* prolixe & magna cum cura exponuntur. Auctorem eius plerumque faciunt IACOBVM WILHELMVM IMHOFIVM. Continuatio operis huius in gratiam adolescentium scripti pertingit vsque ad annum 1733. *Tomusque* vltimus *Noribergæ 8.* impressus res decennii ab a. 1723. ad an. 1733. exhibet, quidam hanc continuationem illustri Viro E. G. RINCKIO tribuunt. Linguis exoticis idem argumentum tractarunt sequentes: Et quidem *Gallico* sermone scripsit VRBANVS CHEVREAV *Histoire du monde, Paris 1686. 4. 2. Voll. 1699. 12. 5. Voll.* it. eod. anno in *Belgio* recusa, porro *a Amsterdam 1717. 12. 8. Voll.* cum

cum Abbatis *de* VERTOT continuatione, ad Carolum VI. vsque, in qua tamen editione quædam taxantur, vid. *Gelebrte Zeitungen 1718. p. 38.* Egregium eſt opus, quo Hiſtoriam orbis terrarum a prima origine ſua ſub certis capitibus expoſitam & a continuatore ad Caroli VI. tempora perductam legimus. Tacemus hic *Tillemontii* Hiſtoriam, iam ſupra inter ſcriptores *Hiſtoriæ Romanorum Impp.* merito laudatam. Iungimus hiſce ſplendida & ſumtuoſiora opera Hiſtoriæ vniuerſali perdiſcendæ inſeruitura. Primum inſcribitur: *Atlas hiſtorique, ou nouvelle* Introduction a l' Hiſtoire, a la Chronologie, & a la Geographie ancienne & moderne, repreſentée dans des nouvelles Cartes par Mr. C*. avec les Diſſertations D. P. GVEVDEVILLE *Amſterdam 1708. f. 3. Tomes.* Alterum prodiit hoc elogio: *Le grand Theatre hiſtorique, Leyde 1703. V. Voll. f.* in vſus Principis hereditarii Regni Poruſſiæ confectum, figurisque nitidiſſimis illuſtratum, res ab O. C. ad Sec. XVIII. habet. Ex Gottfridi Chronicis ſupra excitatis, aliisque conſarcinatum eſt *Chronicon vniuerſale* germanico ſermone: *Allgemeine Staats- Kriegs Kirchen - und gelehrten Chronicke*, cuius *Lipſiæ* ab *a. 1733. Tres Tomi f.* prodierunt. Qui idioma *Italicum* amant, iis forte placebunt: GIO. TARCAGNOTA *Iſtorie del Mondo dal ſuo principio ſino al 1513. Venetia 1598. 4. 3. Voll.* & qui continuationem exhibent MAMBRINO ROSEO *&* DIONIGI *da* FANO *Aggiunte alla Storia del* Tarcagnota *ſino al 1583. Venet. 1598. 4. 2. Voll.* & qui priorem in compendium miſit: DIONIGI *da* FANO *Iſtorie del mondo ſino al 1606. Venet. 1650. 4. 2. Voll. Anglico* vero ſermone commentati: WILHELMVS HOVWELL qui dedit *an inſtitution of general Hiſtory, or the Hiſtory of the World, Londini 1680. f. 2. Voll.* quorum *primus tomus* hiſtoriam anti-

antiquam continet exacte descriptam vsque ad Constantini M. tempora. *Alter* vero historiam saltim Imperatorum, vsque ad destructionem Imperii Occidentis comprehendit. PETRI HEYLIN *Microcosmus* anglice scriptus prodiit *Londini 1652. 1682.* & *1703.* & *Oxonii 1622. 4.* quibus iungenda: *History of the VVorld by* WALTER RALEIGH, qui seriem historicam vsque ad Regnum Macedonicum perduxit; ALEXANDER vero ROSS ad annum *1640.* alii demum ad ann. *1707.* continuarunt. Editus est Tom. I. *Londini 1614. f. Tom. II. ibid. 1652.* & *1708. 8. IV. Voll.* IOANNES HENRICVS BOECLERVS in animo habuit *vniuersalem historiam* per omnia secula conscribere, neque tamen illud plene absoluit. Viuus quidem adhuc *historiam seculi IX. & X.* scripsit, tanquam specimen laboris, quibus etiam insignem se praestitit historicum. Post mortem vero ipsius prodierunt *Secula IV.* a Christo nato, *priora*, quae accurante D. M. Fr. prodierunt *Sedini 1699. 8.* praemissa praefatione isagogica Ioannis Fechtii. Desumta haec sunt ex lectionibus priuatis, quae anno 1659. ab Auditoribus exceptae fuerant, atque chronologiam, res Romanas, externas, ecclesiasticas & litterarias pertractant. Singula accurate sunt proposita, allegatis etiam fontibus. Tandem quoque eiusdem Boecleri habemus *de rebus seculi post Christum natum XVI. librum Memorialem* cum commentario, quem recognitum edidit *Ioannes Burcardus Maius*, *Kilonii 1697. 8.* In memoriali quidem libello breuis adparet indiculus rerum praecipuarum seculi decimi sexti, adlegatis vbique auctoribus, qui singula descripserunt, quae vero in adiecto commentario plenius sunt exposita.

§. XI.

Verum ab his progredimur ad illos, qui *ſui certique tantum temporis hiſtoriam vniuerſalem rerum in toto orbe geſtarum*, ſcripſerunt. Cordate & libere ſunt ſcripti: THEODORICI *de* NIEM Scribæ quondam Pontificii, deinde Epiſcopi Verdenſis, *Hiſtoriæ* Libri Quatuor, *Baſileæ* per *Thomam Guarinum 1566. f.* editore *Simone Schardio*, recuſi *Argentorati 1609. 8.* qua res ſuo tempore, cum in Imperio aliisque regnis, ſub *Carolo IV.* & ſubſequentibus duobus Imperatoribus, tum in Eccleſia, durante pernicioſiſſimo Schiſmate inter *Vrbanum VI.* & *Clementem* Anti-Papam, eorumque ſucceſſores, geſtæ, exponuntur. Horum Libri tres ante excuſi fuerunt, liber vero quartus luculentior ceteris tum primum in lucem prolatus. Singularia multa ſeruant, arcanasque inſignium euentuum *Sæc. XV.* cauſas aperiunt *Pii Secundi Pontificis Maximi Commentarii rerum memorabilium, quæ temporibus ſuis contigerunt*, quos compoſuit IOANNES GOBELLINVS Vicarius Bonnenſis, atque ex vetuſto originali recognouit *Franciſcus Bandinus Picolomineus* Archi-Epiſcopus Senenſis ex vetuſto originali, recuſi *Francofurti* in Officina *Aubriana 1614. f.* qua in editione acceſſerunt: IACOBI PICCOLOMINEI Cardinalis Papienſis, qui Pio Pont. coæuus & familiaris fuit *Rerum geſtarum ſui temporis, & ad Pii continuationem Commentarii*, eiusque *Epiſtolæ* de rebus memorabilibus exponentes. PAVLVS IOVIVS quidem *Hiſtoriam* omnium pene populorum ab anno Chriſti 1494. vsque ad 1546. ſcripſit, in duos tomos & libros XLV. diuiſam, ex quibus vel fato perierunt, vel volente ſic auctore ſuppreſſi Libri V. VI. VII. VIII. IX. X. & Libri XIX. XX. XXI. XXII.

XXIII.

XXIII. & XXIV. quorum loco auctor breues epitomas inseruit, qui prodierunt *Florentiæ 1552. f.* 2. Voll. *Parisiis 1553. apud Mich. Vascosan*, ibid. 1558. *f. Basileæ* in 8. 1555. 1556. 1560. 1567. anni enim horum *Tomorum* variant, & *Basileæ 1578. f.* per Petrum Pernam, & *Venetiis 1559. 8. 3. Voll.* Hic autem ab eloquentia magis atque prudentia, quam a fide laudatur. Multa ex vulgo hausit: genti suæ, *Medicæis*que nimium fauet: gratia & odio vltra modum rapi se finit, ita vt non male eidem calamum venalem obiecisse videatur *Thuanus*. Magis tamen commendantur eiusdem elogia virorum, quorum imagines simul secundum effigies in museo *Cosmi* seruatas exhibuit. *Italice* hanc Historiam vertit, supplementumque adiecit HIERONYMVS RVSCELLI, *in Venet. 1608. 4. 2. Voll.* atque *germanice Henricus Pantaleon*, cuius versio prodiit *Basileæ 1560. 1564.* & *Francofurti 1570. f. Belgica* translatio *1694. f.* est edita. Secutus eundem fuit NATALIS COMES, qui *vniuersæ Historiæ sui temporis libros XXX.* rerum toto orbe ab anno 1545. vsque ad annum 1581. gestarum expositionem complectentes dedit *Venetiis 1581. f.* Priores *Libri X.* prodierant *Venetiis 1572. 4.* atque cura *Casparis Bitschii*, *Argentorati 1612. f.* Fides eius quanta sit, adparet ex *Petri Albini* progymnasmatibus Historiæ Saxonicæ *p. 153.* qui eandem historiam antequam ederetur, ad magnum quendam missam fuisse dicit, vt huius arbitratu corrigeretur, quidquid esset, quod ei minus arrideret: pro ea vero adulatione mille aureos coronatos in mensam ipsi fuisse effusos. GVLIELMI PARADINI *Memoriæ nostræ*, Libris Quatuor expositæ, *Lugduni 1548. f.* eleganti grauique stilo, de rebus Caroli V. Imp. & Francisci I. Gallorum Regis ita tamen sunt scriptæ, vt simul Gallum agno-

 scas.

ſcas. IVLII CAESARIS BVLENGERI *Hiſtoriarum ſui temporis Libri XIII, Lugduni 1619. f.* quibus annales ab Henrici II. Galliarum regis exceſſu, ad Henricum IV. dedit, admixtis vicinarum gentium rebus turbisque,caute tamen legendi ſunt. De IOANNIS SLEIDANI *Commentariis* nobiliſſimis de Statu *Religionis & Reipublicæ ſub Carolo V.* infra, Scriptores inter Germanicos, dicendum. Oppoſitus his LAVRENTII SVRII Carthuſiani, *Commentarius breuis rerum in orbe geſtarum*, quo ab anno 1500. vsque ad 1567. progreditur, in ſequentibus editionibus vsque ad annum 1574. Continuauit hunc Commentarium ab anno 1566. ad 1586. MICHAEL ab ISSELT, prodiit vterque *Coloniæ 1586. 8.* & *1602. 8.* qua tamen editione res ad annum *1574.* ſaltim enarrantur. Diuerſa ab hac continuatione eſt eiusdem *Iſſelti: ſui temporis hiſtoria, Coloniæ 1602. 8.* excuſa, qua, res in toto orbe terrarum geſtæ, tum præcipue motuum Belgicorum, origo & ſucceſſus vsque ad a. 1586. deſcribuntur. Sed quanta fide in rebus Proteſtantium maxime ſcripſerint, notum vel ex eo eſſe poterit, quod Pontificii ſint. *Iſſeltus* præcipue motus Belgicos, horumque origines & cauſſas deſcripſit. PETR. LINDENBERG ſcripſit *Commentaria rerum memorabilium in Europa* ab anno 1586. ad 1591. geſtarum, *Hamburgi 1591. 4.* ſed breues ſunt. Omnes hos fide, commentandique grauitate & elegantia plerosque ſuperauit IACOBVS AVGVSTVS THVANVS, qui *Hiſtoriam ſui temporis* ab an. 1543. vsque ad an. 1607. libris CXXXVIII. ſcripſit. Opus eſt exactiſſimi iudicii & ſummæ fidei, etiam in rebus religionem concernentibus, in quibus recenſendis ſumma æquitate vtitur. Accuratior tamen eſt in rebus Gallicis, quibus ipſe interfuit: in Germanicis *Chytræum*, in aliis *aliorum* & fidem & verba ſæpe

eſt

eſt ſecutus. Editiones eiusdem ſunt variæ, quæ mirifice etiam inter ſe differunt. Differentias harum monſtrauit IOANNES PETRVS TITIVS *in recenſione voluminum Hiſtoricorum Thuani*, *Gedani 1685. 4*. Inter primas ab auctore ipſo procurata eſt quæ edita *Pariſiis 1604. 8*. alia *Offenbachi 1609*. & *Francofurti 1610. f.* in qua multa ſe inſcio eſſe immutata ipſe auctor conqueritur. Noua *Geneuæ* prodiit *1614. f.* cura Georgii Michaelis Lingelsheimii, in qua aliqua auctoris iuſſu immutauerat. Succeſſit editio, quæ *Francofurti 1615. f.* prodiit tribus Tomis. Priores editiones, LXXX. tantum libros comprehendunt, qui multo quam antehac auctiores prodierunt, reliqui vero LVIII. in hac editione *Francofurtenſi* primum fuerunt additi, adiectis etiam Commentariorum de vita ſua libris VI. De ceteris *Editionibus*, inter *Francicarum* rerum ſcriptores, exponendum. Eiusdem *Thuani hiſtoriæ Continuatio* ab anno 1608. vsque ad 1618. *Francofurti* prodiit *1628. f.* in Germanicam translatus linguam *Thuanus* prodiit *Francofurti ad Mœn. 1621. f.* qua CXXXII. Libri comparent. De auctore continuationis non conſtat: res Gallicas tamen ſibi inprimis propoſuit, quas ex Gallicorum annalium monumentis, cum privilegio Regis editis, ſe hauſiſſe ſcribit. *Thuano* quidem par non eſt, nec tamen plane eſt contemnendus. *Seculi XVI.* res varias memorat eleganti ſtilo prudenterque ſcriptis: *Rerum per Europam geſtarum ab ineunte Seculo XVI. vsque ad Caroli V. mortem*, IACOBVS PERIZONIVS, *Lugduni Batauor. 1710. 8*. Pergunt in expoſitione ADOLPHVS BRACHELIVS & CHRISTIANVS ADOLPHVS THVLDENVS & HENRICVS BREWERVS, qui *Hiſtoriam vniuerſalem rerum ab anno 1618. vsque ad 1679. in Europa geſtarum VIII. Tomis*, diuerſis annis, mutatisque ſubinde titulis *Coloniæ 1652. 1672.*

I 3 ſeqq.

seqq. 8. dederunt. Res quidem hi auctores maxime Germanicas belli pacisque LX. annorum spatio annotarunt, connexas tamen cum ceteris Europæis. Singulis Tomis Tractatus illi, quorum mentio in expositione facta, Instrumenta nimirum Pacis, pacta, & similia sunt addita. *Brachelius*, res ab a. 1618. ad 1651. satis nitide; *Thuldenus* ab anno 1652. ad 1660. ample profuseque; *Breweerus* inepte fere, omnes non sine partium studio, scripserunt, prudentibus tamen, & iudicio præditis, materiem qua vtantur, præbent. PAVLI PIASECII Episcopi Præmisliensis, *Chronica gestorum in Europa singularium* ad annum Christi 1648. *Cracouiæ* 1648. *f.* excusa, & in *Belgio*, vt videtur, iuxta exemplar impressum *Cracouiæ*, & postmodum ab ipso Auctore propria manu correctum & auctum, sine loci & temporis mentione, *f.* incipit a *Stephani Bathory*, Principis Transyluani in Regem Poloniæ electione anno 1575. desinit in anno 1648. atque multa narrat memorabilia, libere quandoque & cordate scribens, & iudicans. Ex *Italis* plures ad hanc periodum faciunt, qui, de rebus *Italiæ*, Europæ omnis, & quandoque ceteri orbis, literarum monimentis consignarunt varia Sæculorum maxime XV. XVI. XVII. Quorum aliquot indicabimus. GIOVAMBATTISTA ADRIANI, *Istoria di suoi tempi*, *Firenze* 1583. *f.* FERRANTE PALLAVICINO *successi del mondo del' Anno 1636. Venet. 1638. 4.* PIETRO FRANCISC. GIAMBVLLARI *Storia dell' Europa dal A. 800. sino al 913. Venetia 1566. 4.* CIPRIAN MANENTE *Istoria dal A. 970. sino al 1400. Venetia 1561.* 4. CESARE CAMPANA *delle Historie del Mondo dal' A. 1580. sino al 1596, Venezia 1596. 4.* ALESSANDRO ZILIOLI *delle Historie memorabili de nostri tempi dal'* Anno 1600. sino al 1630,

Par-

Parte I. II. & III. Venetia 1654. 4. MAIOLINI BISACCIONI *delle Historie memorabili de nostri* tempi dall A. 1630. fino *al* 1640. *o sia la* quarta Parte *delle Historie* di Al. ZILIOLI, *Venetia* 1653. 4. GIO. BAPTISTA BIRAGO *Historie memorabili che contienne le Sollevationi di Stato de nostri tempi, e li rumori moderni di Francia fino al* 1650. *o sia la* quinta Parte *delle Historie di* AL. ZILIOLI, *Venetia* 1653. 4. GIROLAMO BRVSONI *Guerra d' Italia del nostri tempi dal'* 1635. *al* 1655. *Venetia* 1646. & PIETRO GAZOTTI *Istoria delle Guerre d' Europa dal* 1643 *al* 1680. *Venetia* 1681. 2. *Voll.* in quibus omnibus prudens rerum arbiter inueniet, quæ ad vniuersalem historiam ornandam atque supplendam adhibeat. Nec heic plane omittendi sunt, qui, Sæculo XVI. & XVII. ex publicis rerum nouarum relationibus *Narrationes* compilarunt, e quorum serie annotabimus: MICHAELIS EITZINGERI *Historische Relationes*, quarum *Tres Partes* prodierunt *Coloniæ Agripp.* 1594. & quæ diutius tulerunt applausum IACOBI FRANCI siue CONRADI MEMMII *Relationes historicæ*, germanico sermone scriptæ, ac *Francofurti* & *Lipsiæ*, multis *Voluminibus* editæ, quæ adhuc continuantur. Decerptæ sunt illæ ex publicis, vt vocant, novellis, & incertis sæpe relationibus, nec tamen quod ad antiquiores Tomos sunt plane negligendi, propter Acta quædam minora, quæ vel alias nunquam typis impressa, vel oculis subducta. Similis instituti GOTTH. ARTHVSII *Mercurius Gallo-Belgicus*, siue, *rerum in Gallia & Belgio potissimum Hispania quoque Italia, Anglia, Germania, Vngaria, Transyluania vicinisque locis ab an.* 1555 *vsque ad annum* 1665. *gestarum historicæ narrationes*, *Francofurti* 1609. vsque 1665. 8. diuersis auctoribus, ex gallico quod ad partem & belgico, translati hi *To-*

muli, bona mixta habent, multis dubiis, incertis falsis, qui itaque iisdem vti voluerit, facere debet cum cautione, collatis aliis certioris fidei testibus atque monimentis.

§. XII.

Ad *historiam superioris seculi XVII.* facit atque subsidia præbet amplissimum opus, quod inscriptum: THEATRVM EVROPAEVM, *oder wahrhaffte Beschreibung aller denckwürdiger Geschichte, so hin und wieder fürnemblich in Europa, hernach auch an andern Orthen der Welt sowohl in Religion- als Policey-VVesen vom Iahr Christi 1617. bis auf das Iahr 1629. sich exclusiue zugetragen haben durch* M. IOAN. PHILIPPVM ABELINVM, *Francofurti* elegantibus *Matthiæ Meriani* tabulis æneis exornatum Tomus I. ad a. 1629. curate sane elaboratus. *Tomus secundus* ad 1633. eodem auctore; *Tertius* ad an. *1638.* auctore HENRICO ORAEO, *Assenheimiate*; *Quartus* ad an. 1643. & *Quintus* ad a. *1647.* compilatore IO. PETRO LOTICHIO; *Sextus* ad a. *1651.* & *Septimus* ad a. *1658.* sub nouo titulo: *Irenico-Polemographia*, siue *Theatri Europæi continuati septennium*, scriptore IOA. GEORGIO SCHLEDERO; *Octauus*, ad a. *1660.* & *Nonus* ad ann. *1666.* compilatore MARTINO MEYERO; *Decimus*, ad an. *1671.* per WOLFFGANGVM IACOBVM GEIGERVM; *Vndecimus* ad a. *1679.* *Duodecimus* ad a. *1687.* *Decimus Tertius* ad a. *1691.* *Decimus Quartus* ad a. *1695.* *Decimus Quintus ad* an. *1700.* *Decimus Sextus* ad a. *1703.* *Decimus septimus* ad a. *1704.* *Decimus octauus* ad a. *1707.* *Decimus nonus* ab an. *1700-1712.* quorum *quatuor Tomorum* Auctor Vir summe reuerendus SCHNEIDERVS, Pastor tum *Laubacensis*, qui ab hero suo laudatissimo Comite Solmensi *Friderico Magno* atque aliis viris

viris illustribus præclara accepit subsidia; *Vigesimus* Tomus, & qui sub prelo est *Vigesimus* primus, eodem forte scriptore conditi ad annum vsque *1718.* perducti, atque sic *Seculi XVII.* res enarrantur, diuerso stilo, atque iudicio sæpe non adeo puro grauique. Pretium augent imagines æneæ in prioribus tomis splendidæ, postea vero sæpe ineptæ minusque elegantes. Inserta quandoque acta & narrationes cæremoniarum similiaque, quæ operi fauorem apud prudentes conciliant. Huic coniungenda alia voluminosa collectio, cui titulus: PHILEMERI IRENICI ELISII siue MARTINI MEYERI, Hayna - Silesii, *Diarium Europæum, oder kurtze Beschreibung denckwürdigster Sachen, so sich in Kriegs - und Friedens-Geschichten in Europa, fürnemlich aber in dem Heil. Rœmischen Reich und demselben nahe angrænzenden Kœnigreichen, Landen und Herrschafften begeben,* XLV. Voluminibus in 4. quæ hac serie prodierunt, & res referunt:

„ *Pars I.* habet Commemorationes rerum gestarum & *Acta* a. *1657. & 1658.*

Pars II. s. *Continuatio I.* eadem a. *1659.* a Ian. vsque ad *Augustum.*

Pars III. s. *Contin. II.* Acta a. *1659.* mense *Iunio Iul. Aug.*

Pars IV. s. *Contin. III.* Acta a. *1659. 1660.* vsque ad mens. *Iun.*

Pars V. s. *Contin. IV.* a. 1660. vsque ad m. *Octobr.*

Pars VI. s. *Contin. V.* a. 1660. 1661. m. *Ianu. Febr.*

Pars VII. s. *Contin. VI.* a. 1661. a mense *Mart.* vsque ad *Decemb.*

Pars VIII. s. *Contin. VII.* a. 1662. a *Ian.* vsque ad *Iun.*

Pars IX. s. *Contin. VIII.* a. 1662. a *Iun.* v. a. *Decembr.*

Pars X. s. *Contin. IX.* a. 1663.

Pars XI. f. *Contin. X.* a. 1664.
Pars XII. f. *Contin. XI.* a. 1665. m. *Ian.* v. a. *April.*
Pars XIII. f. *Contin. XII.* a. 1665. a. *Iun.* v. a. *Decembr.*
Pars XIV. f. *Contin. XIII.* a. 1666. a. *Ian. Febr.*
Pars XV. f. *Contin. XIV.* a. 1666. *Febr.* vsque ad *Iul.*
Pars XVI. f. *Contin. XV.* a. 1666. *Aug. Dec.*
Pars XVII. f. *Contin. XVI.* a. 1667. *Ian. Mai.*
Pars XVIII. f. *Contin. XVII.* a. 1667. *Mai. Nov.*
Pars XIX. f. *Contin. XVIII.* a. *1667. & 1668.*
Pars XX. f. *Contin. XIX.* a. *1668. & 1669.* a. *Iun.* vsque ad *Iul.*
Pars XXI. Contin. XX. a. 1669. & 1670. *Ian. Febr.*
Pars XXII. Contin. XXI. a. 1670. *Mart.* v. a. *Iun.*
Pars XXIII. Contin. XXII. a. 1670. 1671. *Ian. Febr. Mart.*
Pars XXIV. Contin. XXIII. a. 1671. *Mai.* v. a. *Octobr.*
Pars XXV. Contin. XXIV. a. 1671. 1672.
Pars XXVI. Contin. XXV. a. 1672. *Mai.*
Pars XXVII. Contin. XXVI. a. 1672. *Iun. Sept.*
Pars XXVIII. Contin. XXVII. a. 1673. 1674.
Pars XXIX. Contin. XXVIII. a. 1673. 1674.

His editis, renouatio quasi operis cœpit sub titulo:

„ DIARII *Europai, infertis variis Actis publicis Continuatio, die taeglicher Geschichts-Erzehlung XXX. Theil, oder: Des neueingerichteten Diarii Europai Erster Theil,* refert Acta a. *1672.1673.1674. Francofurti ad Mœnum 1675. 4.*

„ *Pars XXXI.* vel II. *Contin. I.* a. 1674. & 1675.
Pars XXXII. vel III. *Contin. II.* a. 1675. menf. *Iun.* vsq. *Sept.*
Pars XXXIII. vel IV. *Cont. III.* a. 1675. 1676.
Pars XXXIV. vel V. *Cont. IV.* 1676. 1677.
Pars XXXV. vel VI. *Contin. V.* a. 1677.
Pars XXXVI. vel VII. *Contin. VI.* a. 1677.
Pars XXXVII. vel VIII. *Contin. VII.* a. 1678.
Pars XXXVIII. vel. IX. *Contin. VIII.* a 1678.
Pars XXXIX. vel X. *Contin. IX.* a. 1678. 1679.
Pars XL. vel XI. *Contin. X.* a. 1678.
Pars XLI. vel XII. *Contin. XI.* a. 1679.
Pars XLII. vel XIII. *Contin. XII.* a. 1680.

Pars

Pars XLIII. vel XIV. *Contin. XIII.* a. 1680.
Pars XLIV. vel XV. *Contin. XIV.* a. 1680. 1681.
Pars XLV. vel XVI. *Contin. XV.* a. 1681.

Quæ Partem primam cuiuslibet Tomi faciunt in hoc opere narrationes equidem rerum geſtarum ſunt nudæ, & proletariæ ex vulgaribus relationibus maximam partem deſumtæ, quibus tamen inſertæ ſunt variæ de negotiis magni momenti epiſtolæ, expoſitiones de cærimoniis, prœliis commemorationes, additæ quoque Parte altera variæ Deductiones & ſcripta publica, quæ huic compilationi gratiam & pretium conciliarunt. Sed raro inuenitur integrum, cauſſæ huius rei plures ſunt. Non in vna officina libraria, ſed diuerſis prodiit opus, diſtracti varie Tomi, nec pari ſemper numero excuſi. Rariſſimus eſſe videtur *Tomus XXIX.* Qui ſingularia ex Actis publicis, legatorumque ac miniſtrorum commentariis & epiſtolis, deſiderat, adeat *Abbatis* VICTORIS (Vittorio) SIRI Parmenſis, Hiſtoriographi Regis Galliæ, Commentarios hodie perraros ſumtuoſiſſimosque, quorum *primum* inſcripſit: *Memorie recondite dall' anno 1601. al 1640. di* VITTORIO SIRI, quarum *Memoriarum Volumen Primum* formis expreſſum *in Ronco 1677. Secundum* & *Tertium, in Parigi 1677. Quartum, ibid. 1677. Quintum: Memorie recondite dall' anno 1619. ſino al 1625. in Lione 1679. Sextum: dall' anno 1625. ſino al 1630. in Lione 1679. Septimum: dall' anno 1630. ſino al 1634. in Lione 1679. Octauum: dall' anno 1634. ſino al 1640. in Lione 1679. in 4to. VIII. Tomis.* Cum his iungendus prius editus: *Il Mercurio overo Hiſtoria de' correnti tempi*, Tomis *Quindecim.* Qui hac ſerie prodierunt: Tomus *Primus*, in *Caſale 1644.* habet Libros *Tres* & res memorat ab anno *1635.* quo bellum Galliam inter

inter & Hiſpaniam cœpit. Tomus *Secundus* in *Caſale 1648. tribus Libris*, incipit ab anno *1642. Tertius*, in *Lione 1652.* itidem *tres* continet *Libros* acta anni 43. exhibentes. *Quartus* in *Caſale 1655. in duas* diſpeſcitur *partes* & ad an. *1644.* geſta, refert. *Quintus*, in *Caſale 1655.* in *duas* diuiditur partes, & Acta anni *1645.* exhibet. *Sextus* in *Caſale 1664.* ad annum *1645.* ſpectat, & duas ſectiones habet. *Septimus*, in *Caſale 1667.* ad annum *1646.* referendus. *Octavus*, in *Caſale 1667.* duabus abſolvitur ſectionibus, geſtaque a. *1646.* recenſet. *Nonus, in Caſale 1667.* duo ſiſtit *volumina*, quæ acta a. *1647.* exponunt. *Decimus*, in *Caſale 1668.* Hiſtoriam anni *1647.* refert in *duo* diuiſus *volumina. Vndecimus, in Parigi 1670.* hiſtoriam *1648.* attingit. *Duodecimus in Parigi 1672.* acta pacis bellique ab an. *1648.* refert. *Decimus Tertius*, in *Parigi 1674.* eamdem hiſtoriam illuſtrat. *Decimus Quartus, per ſpolito della nave* a. *1682.* res ab anno *1648.* ad *1650.* enarrat. *Tomus* denique *Decimus Quintus ibidem* a. *1682.* hiſtoriæ anni *1651.* vsque ad an. *1655.* exponuntur. Omnes hi *Tomi* in *4.* excuſi, atque vti eruditi obſeruant viri maximam partem Pariſiis in *Lupara* excuſi, licet paginæ titulorum alia loca indicent. Accuſatur quidem a permultis nimii in Galliam ſummosque quosdam viros a quibus honoraria acceperit ſtipendia, ſtudii, nemo tamen negat præter ciuilem fructuoſamque ſcribendi rationem, quæ politicos inſtituit viros, ſingularia multa & arcana *Victorio* a Domino *de Lionne* ſtatus adminiſtro fuiſſe communicata. Cauſſas raritatis horum *Tomorum* indicat *Clericus bibliotheq. choiſie Tom. IV. p. 159.* Scripti grauiter ex optimis fontibus commentarii HIOBI LVDOLFI editi ſub elogio *Allgemeine Schaubühne der Welt, des ietztlauffenden Seculi* (XVII.) *Tomus Primus* editus eſt *Francofurti ad Mœnum*

Mœnum 1699. f. ab a. *1601.* ad a. *1630. Tomus Secundus 1701. f. ad* a. *1654. Tomus III.* auctore CHRISTIANO IVNCKERO *ibid. 1713.* ab a. *1651.* ad *1663.* & eodem scriptore *Tomus IV.* ibid. *1718. f.* ab a. *1663.* ad *1675. Tomus V. Francofurti 1731. f.* scriptore Anonymo forte *Vffenbachio*, cum præfatione *B. Pritii*, quo res orbis ab anno *1675.* ad *1688.* memorantur. Multa quoque memorabilia & singularia Historiæ Sæculi XVII. conquisiuit & conduxit B. IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS in *Merckwürdigkeiten des XVII. Iahrhunderts Hamburgi 1706.* quo Tomo ad vinginti annos priores ea sunt compilata. EVERARDVS GVERNER HAPPELIVS *Historia moderna Europæ, oder Historische Beschreibung des heutigen Europa, Vlm 1691. f.* varia historiam scripturo ab a. *1649.* ad *1671.* conduxit, ipse proletarius auctor. Idem HAPPELIVS compilauit collectionem quandam, quæ varia vniversali historiæ condendæ præbet subsidia, sub titulo: *Historischer Kern, oder Chronica der merckwürdigsten Welt - und Wunder - Geschichte*, Erster Theil, *welcher vom Iahr Christi 1618. mit dem beruffenen 30jæhrigen deutschen Kriege angefangen und bis a. 1670. kurz verfasset, alsdenn weiter bis 1680, den blutigen Krieg, welcher ganz Europam acht Iahr mit einander verwirret, etwas ausführlicher beschreibet, Hamburg 1690. 8.* cui *Tomo* adiecta varia Instrumenta Pacis & Acta Electionis Pontificiæ. *Parte secunda* ab a. 1680. bis *1690.* res commemorantur, accessit: *Maynzisches Belagerungs-Diarium*, & *Straff und Vnglücks - Chronica. Parte Tertia* duobus *Voluminibus* commemoranda ab a. *1690. ad 1699. Parte Quarta* ab an. 1700. & alt. *Volum.* ab a. *1705.* ad *1709. Parte Quinta* ab an. *1710.* ad *1719. Parte Sexta* ab a. *1720.* ad *1729.* recensentur. Insignia quoque præsidia in primis actorum minorum

rum & libellorum præbent, *Diaria*, (*Journals*) historico-politica, gallico & germanico sermone scripta, nimirum *Mercure historique & politique contenant l' etat present de l' Europe, ce, qui se passe dans toutes les Cours, les Interets des Princes & tout ce qu' il y a de curieux*, primus huius Diarii perhibetur auctor CATIEN COVRTILS *de* SANDRAS, cœpitque edere has Ephemerides a. *1686.* mense *Novembri.* Ceteri auctores qui successerunt indicantur hi: BAYLE, qui annis *1689. 1690.* aliquot *Partes* elaborauit, *la* BRVNE; *St.* ELIER; *St.* DONNET; GVYOT & nouissime ROVSSET. Editivsque huc *Tomi* XCVII. Eiusdem argumenti plenæque actorum insignium: *Lettres* historiques contenant ce qui s' est passé de plus important en Europe depuis *1692 - 1728*, *Tomes LXXIV.* inter scriptores harum commemorationum fuit Mr. BASNAGE. Germanico sermone edita *Monathlicher Staats-Spiegel*, *Augspurg 1699-1709. 8.* XXI. Voll. *Neuerœffneter Staats-Spiegel*, inter cuius auctores ZSCHACKWITZIVS & DORNIVS, *Haag* s. *Lipsiæ* 1700. *1716. 8. Voll. 8.* & inprimis acceptissima omnibus *Fama Europeæ* I-ad CCCXX. *Lipsiæ 1702. 1732. 8.* quæ paucis abhinc annis sub nouo titulo: *Neue Europæische Fama*, edi cœpta, aliæque eiusmodi *Collectiones*, quæ copiose recensita in *Bibliotheca Selecta* Iuridica. Vniuerse Historiam omnium seculorum scripturo & enarraturo, nunquam de manibus ponendum quod ad Secula a *Caroli M.* temporibus elapsa pertinet: *Corps universel Diplomatique du Droit des Gens, contenant un Recueil des Traitez d' Alliance, de Paix, de Treve, de neutralité, de commerce, d'echange, de protection, & de garantie, de toutes les conventions, transactions, pactes, concordats & autres Contracts, qui ont été faits en Europe, depuis le Regne de l' Empereur* CHARLEMAGNE *jusques à pre-*

present, avec les capitulations Imperiales & Royales, les sentences arbitrales & souveraines dans les causes importantes, les declarations de Guerre, les contrats de Mariage des grands Princes, leurs Testaments, Donations, Renonciations & Protestations, les investitures des grands Fiefs, les erections des grandes Dignités, celles des grandes Compagnies de Commerce, & en general de tous les titres sous quelque nom qu'on les designe, qui peuvent servir à fonder, etablir où justifier les Droits & les Interets des Princes & Etats de l' Europe, par Mr. *du* MONT *Ecuier, Conseiller & Historiographe de S. Maiesté Imp. & Catholique*, à Amsterdam *1726. - 1731. f.* VIII. Tomi. Oeconomia *Tomorum* amplissimi Operis talis est: *Tomi Primi* Pars Prima continet amplam Præfationem de fine collectionis vsu & fontibus, sequitur p. 34. *Dissertation sur les diverses Ceremonies, qu'ont employé les differentes Nations dans les Traitez de Paix & d' Alliance &c.* Collectio ipsa incipit ab An. *800.* Imperii *Caroli M.* & desinit a. *1313.* accessit porro Supplementum. *Pars Secunda* incipit ab a. *1314.* desinit a. *1358. Tomi Secundi Pars Prima*, incipit ab *an. 1359.* desinit ad a. 1413. præmissæ sunt: *Observations historiques & politiques sur les Traitez des Princes* par AMELOT *de la* HOVSSAIE; Pars Secunda incipit ab a. *1414.* & desinit ad an. *1436. Tomi Tertii* Pars I. incipit ab an. *1436.* desinit ad an. *1476.* accessit *Supplementum.* Pars Secunda, incipit ab a. *1477.* & desinit ad annum 1500. *Tomi Quarti* Pars Prima, incipit ab anno *1501.* & desinit ad annum *1528.* Pars Secunda, ab an. *1529.* vsque ad an. *1559. Tomi Quinti* Pars Prima, ab an. *1556.* vsque ad an. *1599.* Pars Secunda, ab an. *1600.* vsque ad an. *1630. Tomi Sexti* Pars Prima ab a. *1631.* ad an. *1650.* Pars Secunda, ab an. *1651.* vsque ad 1663. Pars Tertia ab an. *1664.* vsque ad an.

an. *1668. Tomi Septimi* Pars Prima ab an. *1667.* vsque ad an. *1679.* Pars Secunda ab a. *1680.* vsque ad a. *1700. Tomi octaui* Pars Prima ab an. *1701.* vsque ad annum *1718.* Pars Secunda, ab a. *1719.* vsque ad an. *1731.* Spes in Tomi vltimi Præfatione facta est singularis Supplementorum voluminis, quod expectamus. Multi in sumtuoso hoc opere desiderant, ex Lünigii Archiuo Imperii tam multa in hoc fuisse translata, atque selectum non semper obseruatum. Laude interim dignissimum est institutum atque ita comparatum, vt historiarum cultor eodem carere haut possit. Addatur: *Histoire des Traitez de Paix & autres Negotiations du XVII. Siecle depuis la Paix de Vervins, jusqu' à la Paix de Nimegue, où l'on donne l' origine des Pretensions & anciennes & modernes des toutes les Puissances de l' Europe & une Analyse exacte de leurs Negotiations, tant publiques que particulieres, a Amsterdam 1725. f. 2. Voll.* ab a. 1598. incipit in Gallicis Pacificationibus copiosior est. Magni quoque pretii sunt, summa libertate, iudicio exacto ex archiuis exarati *Pufendorfiani* commentarii Sæc. XVII. illustrantes. SAMVELIS nimirum PVFENDORFII *de rebus Suecicis libri XXVI.* ab aduentu Gustaui Adolphi R. in Germaniam, vsque ad abdicationem Christinæ, *Vltraiecti* prodierunt *1686. f.* quos quasi continuant *de rebus a Carolo Gustauo, Sueciæ R. gestis* Libri VII. *Norībergæ 1696. f.* in germanicum quoque & gallicum idioma translati. Pleni maxime arcanarum commemorationum *de rebus gestis Friderici Guilielmi M.* Libri XIX. *Noribergæ 1695. f.* nuper in f. recusi. In his autem potiorem partem Historiæ rerum in Europa gestarum videmus descriptam. Sane Principem Historicorum superioris seculi fuisse Pufendorfium vel singulis constat. Licet non desint, qui ex iisdem

dem aliqua pro status ratione vel deleta, vel immutata velint. Coniungendi ex *Gallis: Memoires, de ce qui s' est passé dans la Chretienté depuis le commencement de la Guerre en 1672. jusq' a la Paix conclüe en 1679.* par *Mr.* le Chevalier TEMPLE, *a la Haye 1692. 12.* & *L' Histoire du Temps ou Relation de ce qui s' est passé de memorable en Europe & principalement en Angleterre depuis les Regnes de Charles II. & de Jaques II*, traduit de l' Anglois *Tom. I. a Amsterdam 1690. 12. T. II. ibid. 1691. 12.* & *T. III.* ibid. eod. Ex *Italis* vero IOANNIS VINCENTII LVCCHESINII, Patritii Lucensis, *Historiarum sui temporis* ab Noviomagensi Pace, *Tomus Primus*, in plerisque candide, prudenter, facunde scriptus, *Romae 1725. 4.* excusus, in VI. Libros diuisus ab an. 1678. & in rebus 1688. gestis desinit. Historiam sui temporis maxime Europaeam, ab An. 1696. ad a. 1700. summorum virorum secretioribus commentariis adiutus summa stili etrusci elegantia condidit FRANCISCVS MARIA OTTIERI *Istoria delle gverre auvenute in Europa & particolarmente in Italia per la successione alla Monarchia delle Spagne, in Roma 1728. 4. Rerum per Europam gestarum a sancita ad Pyrenaeos Pace vsque ad nuper pactam Vltraiecti, Rastadii & Badae Synopsis*, cuius auctor CASIMIRVS FRESCHOT, *Norībergae 1715. 8.* BERNHARDVS CHRISTIANVS IAEGERVS praeter alios, praecipue vltimos duodecim annos Seculi XVII. ab anno 1688. ad 1700. historice pertexuit, *Lipsiae 1701. 8.* Seriem temporis potissimum est secutus, pleraque tamen ex descriptionibus illorum temporum & nouellis fuere extracta. Ad condendam *annorum XVIII. Seculi Decimi Octaui* historiam praeclara subsidia, addita narratione historica illustrata exhibent *Memoires pour servir a l' Histoire du XVIII. Siecle*,

contenant les Negotiations, Traitez, Resolutions, & autres Documens authentiques, concernant les Affaires d' Etat par Mr. de LAMBERTY, quarum *Tomus Primus* Secundæ Editionis, *Hagæ Comitum* 1731. 4. *Tomus Secundus* ibid. 1732. *Tertius* ibid. 1733. *Quartus* ib. 1733. *Quintus* 1733. *Sextus Amstelodami* 1735. *Septimus* & *Octauus ibid.* 1736. *Nonus* & *Decimus Hagæ Comitum* 1731. *Vndecimus* & *Duodecimus Amstelodami* 1734. additis *Supplementis* Annorum MDCC. vsque MDCCIII. prodierunt. Addatur alia quæ continuationem facit: *Recueil historique d' Actes, Negotiations, Memoires & Traitez depuis la Paix d' Vtrecht, jusqu' au second Congres de Cambrai*, par *Mr.* ROVSSET, cuius *Tomes* I. II. III. *a la Haye* 1728. *Tom. V.* 1731. *Tom. VI. 1732. T. VII. 1733. T. VIII. 1734. T. IX. 1735. Tom. X. 1736. Tom. XI. 1737. 12.* prodiere. Singulares & commemorandos Historiæ Sæc. XVIII. euentus illustrat: *Thesaurus Numismatum modernorum huius Seculi, figuris æneis expressorum*, cum latina & germanica explicatione *Noribergæ f. X.* Tomulis Numismata ab a. 1700. ad 1709. exhibet, cum Supplementis & indice, successerunt inde *Numismata Historica Anni 1710. Noribergæ f.* Collector est MELCHIOR KOERNLEIN, interpres IOACHIMVS NEGELEIN *Noribergenses.* Recentissimam Historiam Europæam illustrat *a History of the Affairs of Europe, from the Peace of Vtrecht to the conclusion of the quadruple Alliance with a Treatise of the religious and civil interests of Europa*, by WILL. GIBSON, *London 1725. 8.*

§. XIII.

Inter *Compendia Historiæ vniuersalis* primum meretur locum, *Chronicon* quod edidit IOANNES CARIO, *Wittebergæ 1499. 8.* quod vero per *Phi-*

Philippum Melanchthonem huiusque generum, *Casparum Peucerum* diligenter & copiose adauctum, vt de Carionis laboribus vix quidpiam superesset amplius, ideoque potius Chronicon Philippo-Peucerianum adpellari meretur. Hoc Chronicon Wittebergæ diuersis vicibus fuit editum. Optima editio *Geneuæ* sumtibus Samuelis Crispini fuit edita *1617. 8.* quæ continuationem accepit vsque ad Rudolphi II. tempora atque annum 1612. Recusa illa quidem est *Geneuæ 1625. 8.* sed prior ista editio est emendatior. Hoc autem Chronicon ob iustum ordinem, industriam & accuratam recensendi rationem est commendatissimum. Illud tamen dolendum est, quod nec auctorum, ex quibus desumtum, auctoritas addatur, nec chronologia. Hunc secutus IOANNES SLEIDANVS Libris Tribus *de quatuor summis Imperiis*, quibus reipublicæ atque ecclesiæ fata magna cum industria recenset, licet in quartæ Monarchiæ historia potior sit. In hunc primum notas conquisiuit GVILIELMVS XYLANDER, quas ex prælectionibus ipsius obseruatas Sleidani Opusculis quibusdam collectis, primum adiecit *Helias Putschius*, *Hanouiæ 1608. 8.* continuauit *Theophilus Maderus*, *Stadæ 1606. 12.* Postea HENRICVS MEIBOMIVS Notis suis indicauit fontes sedesque materiarum, ex quibus sua hauserat Sleidanus, quas recudi fecit *Franciscus Schaperus*, *VVittebergæ 1643. 12.* Continuauit Sleidanum vsque ad annum 1669. AEGIDIVS STRAVCHIVS, CONRADVS vero SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, scriptam multo iudicio & accuratione addidit *Continuationem* ad annum *1676.* nouaque ad nostra vsque tempora omnino dignus esset, prodiere hae iunctæ libello *Continuationes Lipsiæ 1697. 12.* Aliam Editionem procurauit *Georgius Hornius*, cui

cui & ſuas & Meibomianas notas adiecit, *Lugduni Batauorum 1669. 12.* MICHAELIS NEANDRI *Compendium Chronicorum, ſiue hiſtoriarum omnium ætatum, gentium, imperiorum ac regnorum, VVitte-bergæ 1586. 8.* haut adeo magni eſt momenti. Idem dicendum eſt de PHILIPPI GLASERI *ſynopſi hiſtoriæ vniuerſalis*, quæ cura *Caſparis Dornauii* prodiit *Görlicii 1615. 4.* & IOANNIS IACOBI BEVRERI *ſynopſi hiſtoriarum Hanouiæ 1599. 8.* CHRISTOPHORI PETZELII *Mellificium Hiſtoricum* ad ductum Sleidani de quatuor ſummis Imperiis eſt concinnatum, atque diuerſis vicibus continuatum, vsque ad Ferdinandi III. tempora, *Francofurti 1649. f.* Ipſe tamen auctor in epilogo adgnoſcit, ſe centonem potius, quam filum hiſtoriæ ex diuerſis ſcriptoribus adornaſſe iuxta copiam ſcriptorum ſibi factam. MATTHAEVS DRESSERVS *iſagogen hiſtoricam* ſcripſit in millenarios diuiſam, *Lipſiæ 1606. 8.* 3. Voll. *& germanice, Lipſiæ 1601. f.* ſed non ordinata eſt nec iuſta. Nec multum ad vſum faciunt HORATII TVRSELLINI *epitome hiſtoriæ vniuerſalis* ab O. C. vsque ad A. C. 1598. quam poſtea continuarunt alii vsque ad 1630. *Coloniæ 1655. 12.* ELIAE REVSNERI *Iſagoges Hiſtoriæ libri II.* quorum vnus eccleſiaſticam, alter politicam continet hiſtoriam, ſecundum cuiusque ætates exacte definitam: quarum illa ad traditionem domus Eliæ, hæc ad quatuor mundi regna in beſtiis IV. a Daniele propheta adumbrata, eſt accommodata, cum veterum Hiſtoricorum chronologia, *Ienæ 1600. 4.* CHRISTOPHORVS HEIDMANNVS *epitomen* ſcripſit hiſtoricam, cuius pars I. ab O. C. vsque ad Iulii Cæſaris imperium pertingit, pars II. a Iulio Cæſare vs-[illegible] ad Conſtantinum M. eandemque continuare [illegible] d ſua tempora, ſed non abſoluit. Edidit illam

illam *Gebbardus Theodorus Meierus, Helmſtadtii 1660. 4.* Nouam, eandemque emendatiorem editionem promiſit *Henricus Ernſtius*, ſed morte præuentus fuit. In hac autem & ciuilem & eccleſiaſticum ſtatum deſcribit, ſed non omnia abſoluit. IOHANNIS CLVVERI *Epitome Hiſtoriarum totius mundi*, a prima rerum origine vsque ad annum 1630. Acceſſit ab ipſo Auctore Continuatio ad An. 1633. quæ aucta ab alio ad An. 1652. Ex *Sexta Editione* prodiit *Lugduni Batauorum 1657. 4. Amſtelodami 1668. 4. Roterodami 1672. 4.* quæ binæ optimæ. Succeſſit inde Operis huius *alia Continuatio* ab Anno 1653. vsque ad An. 1667. *Lipſiæ 1668. 4.* Epitome hæc ab aliis ſocio cuidam Ieſu anonymo tribuitur & a multis laudatur, ad ſtatum eccleſiæ tamen potius eſt directa, non tamen adeo accurata, cum fidem proletariorum ſcriptorum haud raro ſit ſecutus auctor. Minoris momenti ſunt: HENRICI ALTINGII *Compendium Hiſtoriæ externæ*, quod *Daniel Pareus* ſub titulo: *Medulla hiſtoriæ profanæ*, edidit. NICOLAI VERNVLAEI *Epitome Hiſtoriæ* ab O. C. ad ſua vsque tempora, cum Supplemento vsque ad annum 1650. BERNHARDI HEYMBACHII, *Louanii 1654. 4.* IO. [illegible] WEXIONII *Synopſis hiſtoriæ vniuerſalis.* CHRISTIANI MATTHIAE *Theatrum Hiſtoricum Theoretico-Practicum*, ad Rudolphi II. tempora [illegible] ctum, editum *Amſtelodami* apud *Ludouicum Elzeuirium 1648. 4.* atque iterum *eodem* [illegible] quod ad Annum 1689. vsque continuatum *Francofurti* recuſum *1698. 4.* atque per [illegible] *bum Marperger* in vernaculam [illegible] tum, *Francofurti & Lipſiæ 1699. f.* cum [illegible] breui rerum maxime memora[illegible] 1699. & 1700. Chronologica [illegible] & Repetitione Rerum Secul[illegible]

compendiosa. Multis olim æstumatum hocce theatrum ob nouam methodum, quam seruat, cum ex historiis Imperatorum vsum theologicum, politicum, moralem, œconomicum & militarem ducat, quod tamen historiæ seriem sæpe turbat. Proficuum tamen illis est, qui, vti quandoque fieri solet, ex historiis aliqua pro concione sacra adducunt. IOANNIS MICRAELII *Syntagma Historiarum Politicarum*, quod ad Annum 1654. locupletatum *Tertia Editione*, *Stetini 1654. 4.* prodiit, indeque recusum, non solum historiam vniversalem quatuor Monarchiarum comprehendit, sed etiam Historiam specialem Regnorum, atque Ducum & Principum præcipuorum Germaniæ. Sed labor nullius ordinis & iudicii maxime nostris temporibus, quibus ampliora subsidia prostant. IOANNES HENRICVS VRSINVS *Isagoges Historico-Chronologicæ in Historiam sacram & profanam vniuersalem & particularem* Libros quatuor scripsit in vsum Theologiæ Studiosorum, *Francofurti ad Mœnum 1662. 8.* in quibus accuratus quidem est, sed breuis. Compendium huius libelli est Ipsius *Tyrocinium Historico-Chronologicum* siue *Breuis Manuductio in Historiam Sacram & Profanam Vniuersalem*, *Francofurti 1662. 8.* IOA. CVNRADI DIETERICI *Breuiarium Historicum*, breuiter & summatim per Capita Historiam Reipublicæ Iudaicæ & IV. Regnorum Catholicorum, quæ Monarchiæ titulo clarent, exhibens *Giessæ* prodiit *1663. 8.* breve est & parum accuratum, cum meliorem Theologum egerit Dietericus, quam Historicum. GEORGII HORNII quantumuis leui opera facti labores, olim multum æstimabantur, *Orbem* quidem eiusdem *Imperantem* edidit *Ioachimus Fellerus*, *Orbem politicum Lugduni Batauor. 1667. 12. Otto Menckenius*, quibus statum Regnorum Europæ bre-

breuiter indicat. Addidit tertio loco *Arcam Noæ*, qua agit de omnium a condito mundo totius orbis imperiorum, regnorumque perpetua ad nostra tempora vsque ferie, fucceffione, originibus, incrementis, decrementis, coniunctionibus, diuifionibus & exitu, & de gente in gentem translationibus. Sed præterquam quod non in omnibus fit accuratus Hornius, methodus eiusdem erotematica non in omnibus conueniens eft. Recentiora funt, fed neque plena nec femper accurata, plerumque pro cuiuscunque auctoris ingenio & confilio in vfum auditorum confcripta Compendia: HENRICI KIPPINGI *Recenfus Hiftoriæ vniuerfali*, *Francofurti 1665. 8.* TOBIAE WAGNERI *Inftitutiones Hiftoriarum*, *Vlmæ 1652. & 1663. 8.* FRIDERICI HILDEBRANDI *Synopfis Hiftoriæ vniuerfalis*, quæ pro fcholis magis fcripta, & fæpius edita, cuius *Supplementum* & Continuatio ad a. 1690. *1689. 12.* prodiit. PHILIPPI LVDOVICI AVTHAEI *Synopfis Hiftorica de IV. Monarchiis Francofurti 1683. 12.* ad a. 1619. perducta. GABRIELIS BVCELINI *Nucleus Hiftoriæ cum facræ tum profanæ*, *Auguftæ Vindelicorum & Vlmæ* eiusque auctarium *1659. 12.* huiusque *Pars Secunda Francofurti 1664. 12.* lucem adfpexere, fed libellus confufus eft atque promifcue confarcinatus. FRANCISCI BVSSIERII *Flofculi Hiftorici*, *Coloniæ 1656. & 1661. 12.* IOANNIS LAETI *Compendium Hiftoriæ ciuilis & ecclefiafticæ*, *Amftelodami 1653. 8.* quod poftea continuauit *Ioachimus Fellerus.* WILHELMI STRATEMANNI *Theatrum Hiftoricum* ad a. 1656. *Ienæ 1656. 12.* in *Ruffícam* quoque linguam translatum a *Gabriele Buzinski*, Archi-Mandrita Monafterii Troizenfis *Petersburgi* prodiit *in f.* IOANNIS BVNONIS *Idea Hiftoriæ vniuerfæ, ad a. 1664. Guelferbyti*

byti 1664. 12. GEORGII BLECHS *Nucleus Historiæ & Chronologiæ, vniuersalis, Brunsuigæ* 1660. 4. DAVIDIS VLMANNI *Synopsis Historiæ*, GVILIELMI HOELII *Elementa Historiæ ab O. C. vsque ad Monarchiam Constantini M. Londini* 1679. 12. IOANNIS CLERICI *Compendium Historiæ vniuersalis Amstelodami* 1698. 8. non ea cura & ingenio atque alia celeberrimi Viri, scriptum. IOANNIS IONSTONI *Historia Ciuilis & Ecclesiastica ab O. C. ad a.* 1633. *Amsterodami* 1644. 24. EIVSDEM *Polyhistor, seu rerum ab exortu vniuersi ad nostra vsque tempora per Asiam, Africam, Europam & Americam in sacris & profanis gestarum succincta & methodica series Ienæ* 1660. 8. Accessit Continuatio *Ienæ* 1667. 8. vsque ad Albertum II. manus in eadem emendanda adhibente *Io. Andrea Bosio.* PHILIPPI BRIETII *Annales mundi*, siue *Chronicon vniuersale secundum optimas Chronologorum epochas, Parisiis* 1662. 12. *septem Voluminibus*, & *Venetiis* 1693. 12. *septem* itidem *Voluminibus*, quæ Editio auctior est atque emendatior Supplementum ad eosdem Annales ab an. 1663. vsque ad a. 1692. *eodem anno* in 12. prodiit, quod Volumen *VIII.* constituit, editum inde ab exordio mundi vsque ad annum 1692. progreditur per Annales, ita vt quid quolibet anno præcipue gestum, breuiter exponat. Multa habet de pontificum rebus & ordinibus sacris. In Chronologicis est iustus, de rebus gentium atque epochis regnorum exponit, quæ optima sunt. IOANNIS HENRICI BOECLERI *Historia vniuersalis* a mundo condito vsque ad Christi natiuitatem *Argentorati* prodiit 1680. 8. Accessit eiusdem *Historia Principum schola*, atque *dissertatio de vtilitate ex historia vniuersali capienda*; in eadem potissimum facit ad Chronologiam sacram. Inter *meliora* nostri tem-

temporis *Compendia* commendari merentur *sequentia:* VLRICI HVBERI *Institutionum Historiæ ciuilis Tomi tres*, *Franeckeræ* 1692. 8. quibus omnem historiam vsque ad annum 1650. absoluit. Insignem autem censorem nactus fuit IACOBVM PERIZONIVM, qui *specimen errorum* scripsit *supra centum & viginti, ex vno & primo Tomo Historiæ Ciuilis Vlrici Huberi*, *Franeckeræ* 1693. 4. cui respondit in *Specimine Epistolico*, *de calumnia CXX. errorum Iacobi Perizonii*, *Franeckeræ 1690.* Nouam autem editionem eandemque a patre auctam atque emendatam procurauit filius *Zacharias Huberus*, *Franeckeræ 1703. 4.* Certe insignem vsum habent hæ Institutiones, licet magis æstimandæ sint in rebus recentioribus, quam antiquioribus, in quarum recensione nimis breuis est. In parte secunda vero & tertia a temporibus Caroli IV. progreditur, atque prolixius res apud omnes gentes gestas narrat atque multa refert singularia. DIONYSII PETAVII *Rationarium temporum*, *Parisiis 1652. 12.* ibid. *1663. 12.* & alibi prodiit, sed optima nitidissimaque Editio vtilissimi Libri ea est, quæ ad annum *1710.* continuata, imaginibusque, numis, tabulisque exornata est *Lugduni Batauorum 1710. 8. mai.* Breuiarium est Operis maioris de doctrina temporum, in quo historiam pro ordine Monarchiarum & seculorum accurate narrat, habita vbique chronologiæ ratione, explicatis etiam diuersis gentium epochis. CHRISTOPHORI BESOLDI *Synopsis rerum ab orbe condito gestarum* vsque ad Ferdinandi II. Imperium annumque 1619. prodiit *Ingolstadii 1643. 12.* sed potissimum ex Sleidano de IV. summis Imperiis est desumta. Obseruationes in eandem Besoldi synopsin scripsit CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS, quas *Christophorus Arnoldus* recensuit atque ad Leopol-

dum vsque ad supplementum addidit *Noribergæ 1659. 8.* nouiter demum *Tobias Gutberletus* illam edidit *Franeckeræ 1698. 8.* Non tam æstimanda est Besoldi synopsis, quæ breuissima, quam Ruperti obseruationes, maxime quas in Imperatorum historiam conscripsit. Quippe illis nomina Imperatorum ex nummis restituuntur, dubia historica soluuntur, & singula ex probis scriptoribus accurate explicantur. Stilo libero, amœno & pragmatico fere, SAMVEL PVFENDORFIVS in gratiam iuuenum illustris conditionis scripsit *Einleitung zu der Historie der vornehmsten Reiche und Staaten, so ietziger Zeit in Europa sich finden, Francofurti ad Mœn.* 1680. 8. & ex *secunda editione 1689. 8.* quam plures secutæ hasque inter ea, quæ *Francofurti ad M. 1718. 8.* prodiit, ad *Pacem* vsque *Badensem* extensa, quæ tamen continuatio non respondet breuitati & acumini stili *Pufendorfiani.* Obseruant viri docti, in singulis regnis & rebus publicis fide vnius fere stetisse, secutumque in Lusitania Vasconcellum; in Hispania Marianam; in Gallia Aemylium; in Anglia Vergilium; in Belgio Grotium; in Helvetia Simlerum; in Germania Lehmannum; in Polonia Neugebauerum; in Russia Herbersteinum; In Curiæ Romanæ arcanis, Gallum quendam Anonymum. Præclarum itaque laborem suscepit vir illustris IOA. PETRVS de LVDEWIG, qui in viridi tum ætate, magna eruditæ diligentiæ laude produxit: *Erlæuterung über S. Pufendorfs Einleitung zur Historie* &c. *Halæ 1695. & 1700. 8.* qua, quæ de Historia Monarchiarum; Hispaniarum; Lusitaniæ; Angliæ, commentatus strictim Pufendorfius, copiose ex ipsis Actorum scriptorumque optimorum fontibus, suppleuit & illustrauit. *Pars* Secunda *Pufendorfianæ Introductionis Efti 1689. 8.* & *ibid. 1719. 8.* con-

continuata ad mortem Caroli XII. & regimen Vlricæ Eleonoræ Reginæ compendium Historiæ Suecicæ succinctum exhibet, in quo adornando *Messenii* scriptis in primis vsus. Prodiit *Prima Pars*, *Latine* studio *Crameri* Francofurti 1670. 8. *Suecice* inscripta: *Inledning til Historien förswenskad off* PETRO BRASK, *Linkopia Gotho*, *Stockholmiæ 1680. 4.* Versioni *Anglicæ* continuatio addita a *I. Crull*, Medico Londinensi ad an. vsque *1704. Londini 1704. 8.* *Gallice* sæpius prodiit, primum a Dn. *Roussel* versio edita, sed hanc emendauit alius Interpres ETIENNE *de la* CHAMBRE, qui edidit sub titulo: *Introduction a l' Histoire generale & politique de l' Vnivers, a Amsterdam 1721. 12. 6. Voll.* Recentissima *Gallicæ versionis* editio est, quæ prodiit *Amsterdam 1732. 12.* 7. *Voll.* ad hoc tempus continuata, addito Auctoris Elogio. Binos accepit acceptum cunctis hoc compendium continuatores. *Primus*, qui CHRISTIANVS GOTTFRIDVS FRANCKENSTEINIVS Lipsiensis, vir in recentiori historia egregie versatus, habetur, produxit *Partem Tertiam Francofurti ad M. 1706. 8.* qua XV. capitibus, res Rerumpublicarum Venetæ, Genuensis, Florentiæ, Sabaudiæ, Imperii Turcici, Domus Austriacæ, Saxoniæ, Palatino-Bauaricæ, Brandenburgicæ, Brunsuico-Luneburgensis, Würtenbergiæ, Badensis, Hassiæ, Mecklenburgi & Anhaltinæ breuiter commemorauit. *Partem Quartam* condidit Anonymus Anglus, qui sub literis *C. I. W.* latet, hunc in germanicum transtulit nonnemo, quæ versio edita *Francofurti ad M. 1707. & 1709. 8.* qua imperia, regna & respublicæ *Asiæ*, *Africæ* & *Americæ*, resque maxime memorabiles in iisdem gestæ, succincte enarrantur, Cum quo iungenda scripta accurate & eleganter: *Introduction à l' Histoire de l' Asie, de l' Afrique & de l' Ame-*

rum & libellorum præbent, *Diaria*, (*Journals*) historico-politica, gallico & germanico sermone scripta, nimirum *Mercure historique & politique contenant l' etat present de l' Europe, ce, qui se passe dans toutes les Cours, les Interets des Princes & tout ce qu' il y a de curieux*, primus huius Diarii perhibetur auctor CATIEN COVRTILS *de* SANDRAS, cœpitque edere has Ephemerides a. *1686.* mense *Novembri.* Ceteri auctores qui successerunt indicantur hi: BAYLE, qui annis *1689. 1690.* aliquot *Partes* elaborauit, *la* BRVNE; *St.* ELIER; *St.* DONNET; GVYOT & nouissime ROVSSET. Editi vsque huc *Tomi* XCVII. Eiusdem argumenti plenæque actorum insignium: *Lettres* historiques contenant ce qui s' est passé de plus important en Europe depuis *1692 - 1728, Tomes LXXIV.* inter scriptores harum commemorationum fuit Mr. BASNAGE. Germanico sermone edita *Monathlicher Staats - Spiegel, Augspurg 1699 - 1709. 8.* XXI. Voll. *Neuerœffneter Staats-Spiegel*, inter cuius auctores ZSCHACKWITZIVS & DORNIVS, *Haag* s. *Lipsiæ 1700. 1716. 8. Voll. 8.* & inprimis acceptissima omnibus *Fama Europeæ* I - ad CCCXX. *Lipsiæ 1702. 1732. 8.* quæ paucis abhinc annis sub nouo titulo: *Neue Europæische Fama*, edi cœpta, aliæque eiusmodi *Collectiones*, quæ copiose recensita in *Bibliotheca Selecta* Iuridica. Vniverse Historiam omnium seculorum scripturo & enarraturo, nunquam de manibus ponendum quod ad Secula a *Caroli M.* temporibus elapsa pertinet: *Corps universel Diplomatique du Droit des Gens, contenant un Recueil des Traitez d' Alliance, de Paix, de Treve, de neutralité, de commerce, d'echange, de protection, & de garantie, de toutes les conventions, transactions, pactes, concordats & autres Contracts, qui ont été faits en Europe, depuis le Regne de l' Empereur* CHARLEMAGNE *jusques à pre-*

present, avec les capitulations Imperiales & Royales, les sentences arbitrales & souveraines dans les causes importantes, les declarations de Guerre, les contrats de Mariage des grands Princes, leurs Testaments, Donations, Renonciations & Protestations, les investitures des grands Fiefs, les erections des grandes Dignités, celles des grandes Compagnies de Commerce, & en general de tous les titres sous quelque nom qu'on les designe, qui peuvent servir à fonder, etablir où justifier les Droits & les Interets des Princes & Etats de l' Europe, par Mr. *du* MONT *Ecuier, Conseiller & Historiographe de S. Maiesté Imp. & Catholique*, à Amsterdam *1726. - 1731. f.* VIII. Tomi. Oeconomia *Tomorum* amplissimi Operis talis est: *Tomi Primi* Pars Prima continet amplam Præfationem de fine collectionis vsu & fontibus, sequitur p. 34. *Dissertation sur les diverses Ceremonies, qu'ont employé les differentes Nations dans les Traitez de Paix & d' Alliance &c.* Collectio ipsa incipit ab An. *800.* Imperii *Caroli M.* & desinit a. *1313.* accessit porro Supplementum. *Pars Secunda* incipit ab a. *1314.* desinit a. *1358.* *Tomi Secundi Pars Prima*, incipit ab *an. 1359.* desinit ad a. 1413. præmissæ sunt: *Observations historiques & politiques sur les Traitez des Princes* par AMELOT *de la* HOVSSAIE; Pars Secunda incipit ab a. *1414.* & desinit ad an. *1436.* *Tomi Tertii* Pars I. incipit ab an. *1436.* desinit ad an. *1476.* accessit *Supplementum.* Pars Secunda, incipit ab a. *1477.* & desinit ad annum 1500. *Tomi Quarti* Pars Prima, incipit ab anno *1501.* & desinit ad annum *1528.* Pars Secunda, ab an. *1529.* vsque ad an. *1559.* *Tomi Quinti* Pars Prima, ab an. *1556.* vsque ad an. *1599.* Pars Secunda, ab an. *1600.* vsque ad an. *1630.* *Tomi Sexti* Pars Prima ab a. *1631.* ad an. *1650.* Pars Secunda, ab an. *1651.* vsque ad 1663. Pars Tertia ab an. *1664.* vsque ad an.

an. *1668. Tomi Septimi* Pars Prima ab an. *1667.* vsque ad an. *1679.* Pars Secunda ab a. *1680.* vsque ad a. *1700. Tomi octaui* Pars Prima ab an. *1701.* vsque ad annum *1718.* Pars Secunda, ab a. *1719.* vsque ad an. *1731.* Spes in Tomi vltimi Præfatione facta eſt ſingularis Supplementorum voluminis, quod expectamus. Multi in ſumtuoſo hoc opere deſiderant, ex Lünigii Archiuo Imperii tam multa in hoc fuiſſe translata, atque ſelectum non ſemper obſeruatum. Laude interim digniſſimum eſt inſtitutum atque ita comparatum, vt hiſtoriarum cultor eodem carere haut poſſit. Addatur: *Hiſtoire des Traitez de Paix & autres Negotiations du XVII. Siecle depuis la Paix de Vervins, juſqu' à la Paix de Nimegue, où l'on donne l'origine des Pretenſions & anciennes & modernes des toutes les Puiſſances de l'Europe & une Analyſe exacte de leurs Negotiations, tant publiques que particulieres, a Amſterdam 1725. f. 2. Voll.* ab a. 1598. incipit in Gallicis Pacificationibus copioſior eſt. Magni quoque pretii ſunt, ſumma libertate, iudicio exacto ex archiuis exarati *Pufendorfiani* commentarii Sæc. XVII. illuſtrantes. SAMVELIS nimirum PVFENDORFII *de rebus Suecicis libri XXVI.* ab aduentu Guſtaui Adolphi R. in Germaniam, vsque ad abdicationem Chriſtinæ, *Vltraiecti* prodierunt *1686. f.* quos quaſi continuant *de rebus a Carolo Guſtauo, Sueciæ R. geſtis* Libri VII. *Noribergæ 1696. f.* in germanicum quoque & gallicum idioma translati. Pleni maxime arcanarum commemorationum *de rebus geſtis Friderici Guilielmi M.* Libri XIX. *Noribergæ 1695. f.* nuper in f. recuſi. In his autem potiorem partem Hiſtoriæ rerum in Europa geſtarum videmus deſcriptam. Sane Principem Hiſtoricorum ſuperioris ſeculi fuiſſe Pufendorfium vel ſingulis conſtat. Licet non deſint, qui ex iisdem

dem aliqua pro ſtatus ratione vel deleta, vel immutata velint. Coniungendi ex *Gallis: Memoires, de ce qui s' eſt paſſé dans la Chretienté depuis le commencement de la Guerre en 1672. jusq' a la Paix conclüe en 1679.* par *Mr.* le Chevalier TEMPLE, *a la Haye 1692. 12.* & *L' Hiſtoire du Temps ou Relation de ce qui s' eſt paſſé de memorable en Europe & principalement en Angleterre depuis les Regnes de Charles II. & de Jaques II,* traduit de l' Anglois *Tom. I. a Amſterdam 1690. 12. T. II. ibid. 1691. 12.* & *T. III.* ibid. eod. Ex *Italis* vero IOANNIS VINCENTII LVCCHESINII, Patritii Lucenſis, *Hiſtoriarum ſui temporis* ab Noviomagenſi Pace, *Tomus Primus,* in plerisque candide, prudenter, facunde ſcriptus, *Romæ 1725. 4.* excuſus, in VI. Libros diuiſus ab an. 1678. & in rebus 1688. geſtis deſinit. Hiſtoriam ſui temporis maxime Europæam, ab An. 1696. ad a. 1700. ſummorum virorum ſecretioribus commentariis adiutus ſumma ſtili etruſci elegantia condidit FRANCISCVS MARIA OTTIERI *Iſtoria delle gverre auvenute in Europa & particolarmente in Italia per la ſucceſſione alla Monarchia delle Spagne, in Roma 1728. 4. Rerum per Europam geſtarum a ſancita ad Pyrenæos Pace vsque ad nuper pactam Vltraiecti, Raſtadii & Badæ Synopſis,* cuius auctor CASIMIRVS FRESCHOT, *Noribergæ 1715. 8.* BERNHARDVS CHRISTIANVS IAEGERVS præter alios, præcipue vltimos duodecim annos Seculi XVII. ab anno 1688. ad 1700. hiſtorice pertexuit, *Lipſiæ 1701. 8.* Seriem temporis potiſſimum eſt ſecutus, pleraque tamen ex deſcriptionibus illorum temporum & nouellis fuere extracta. Ad condendam *annorum XVIII. Seculi Decimi Octaui* hiſtoriam præclara ſubſidia, addita narratione hiſtorica illuſtrata exhibent *Memoires pour ſervir a l' Hiſtoire du XVIII. Siecle,*

contenant les Negotiations, Traitez, Resolutions, & autres Documens authentiques, concernant les Affaires d' Etat par Mr. de LAMBERTY, quarum *Tomus Primus* Secundæ Editionis, *Hagæ Comitum* 1731. 4. *Tomus Secundus* ibid. 1732. *Tertius* ibid. *1733. Quartus* ib. 1733. *Quintus* 1733. *Sextus Amstelodami* 1735. *Septimus* & *Octauus ibid.* 1736. *Nonus* & *Decimus Hagæ Comitum* 1731. *Vndecimus* & *Duodecimus Amstelodami* 1734. additis *Supplementis* Annorum MDCC. vsque MDCCIII. prodierunt. Addatur alia quæ continuationem facit: *Recueil historique d' Actes, Negotiations, Memoires & Traitez depuis la Paix d' Vtrecht, jusqu' au second Congres de Cambrai*, par *Mr.* ROVSSET, cuius *Tomes* I. II. III. *a la Haye* 1728. *Tom. V.* 1731. *Tom. VI. 1732. T. VII. 1733. T. VIII. 1734. T. IX. 1735. Tom. X. 1736. Tom. XI. 1737. 12.* prodiere. Singulares & commemorandos Historiæ Sæc. XVIII. euentus illustrat: *Thesaurus Numismatum modernorum huius Seculi, figuris æneis expressorum*, cum latina & germanica explicatione *Noribergæ f. X.* Tomulis Numismata ab a. 1700. ad 1709. exhibet, cum Supplementis & indice, successerunt inde *Numismata Historica Anni 1710. Noribergæ f.* Collector est MELCHIOR KOERNLEIN, interpres IOACHIMVS NEGELEIN *Noribergenses.* Recentissimam Historiam Europæam illustrat *a History of the Affairs of Europe, from the Peace of Vtrecht to the conclusion of the quadruple Alliance with a Treatise of the religious and civil interests of Europa*, by WILL. GIBSON, *London 1725. 8.*

§. XIII.

Inter *Compendia Historiæ vniuersalis* primum meretur locum, *Chronicon* quod edidit IOANNES CARIO, *Witteberga 1499. 8.* quod vero per *Phi-*

Philippum Melanchthonem huiusque generum, *Casparum Peucerum* diligenter & copiose adauctum, vt de Carionis laboribus vix quidpiam superesset amplius, ideoque potius Chronicon Philippo-Peucerianum adpellari meretur. Hoc Chronicon Wittebergæ diuersis vicibus fuit editum. Optima editio *Geneuæ* sumtibus Samuelis Crispini fuit edita *1617. 8.* quæ continuationem accepit vsque ad Rudolphi II. tempora atque annum 1612. Recusa illa quidem est *Geneuæ 1625. 8.* sed prior ista editio est emendatior. Hoc autem Chronicon ob iustum ordinem, industriam & accuratam recensendi rationem est commendatissimum. Illud tamen dolendum est, quod nec auctorum, ex quibus desumtum, auctoritas addatur, nec chronologia. Hunc secutus IOANNES SLEIDANVS Libris Tribus *de quatuor summis Imperiis*, quibus reipublicæ atque ecclesiæ fata magna cum industria recenset, licet in quartæ Monarchiæ historia potior sit. In hunc primum notas conquisiuit GVILIELMVS XYLANDER, quas ex prælectionibus ipsius obseruatas Sleidani Opusculis quibusdam collectis, primum adiecit *Helias Putschius*, *Hanouiæ 1608. 8.* continuauit *Theophilus Maderus*, *Stadæ 1606. 12.* Postea HENRICVS MEIBOMIVS Notis suis indicauit fontes sedesque materiarum, ex quibus sua hauserat Sleidanus, quas recudi fecit *Franciscus Schaperus*, *VVittebergæ 1643. 12.* Continuauit Sleidanum vsque ad annum 1669. AEGIDIVS STRAVCHIVS, CONRADVS vero SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, scriptam multo iudicio & accuratione addidit *Continuationem* ad annum *1676.* nouaque ad nostra vsque tempora omnino dignus esset, prodiere hae iunctæ libello *Continuationes Lipsiæ 1697. 12.* Aliam Editionem procurauit *Georgius Hornius*,

cui & suas & Meibomianas notas adiecit, *Lugduni Batauorum 1669. 12.* MICHAELIS NEANDRI *Compendium Chronicorum, siue historiarum omnium aetatum, gentium, imperiorum ac regnorum, VVitebergae 1586. 8.* haut adeo magni est momenti. Idem dicendum est de PHILIPPI GLASERI *synopsi historiae vniuersalis*, quae cura *Casparis Dornauii* prodiit *Görlicii 1615. 4.* & IOANNIS IACOBI BEVRERI *synopsi historiarum Hanouiae 1599. 8.* CHRISTOPHORI PETZELII *Mellificium Historicum* ad ductum Sleidani de quatuor summis Imperiis est concinnatum, atque diuersis vicibus continuatum, vsque ad Ferdinandi III. tempora, *Francofurti 1649. f.* Ipse tamen auctor in epilogo adgnoscit, se centonem potius, quam filum historiae ex diuersis scriptoribus adornasse iuxta copiam scriptorum sibi factam. MATTHAEVS DRESSERVS *isagogen historicam* scripsit in millenarios diuisam, *Lipsiae 1606. 8.* 3. Voll. *& germanice, Lipsiae 1601. f.* sed non ordinata est nec iusta. Nec multum ad vsum faciunt HORATII TVRSELLINI *epitome historiae vniuersalis* ab O. C. vsque ad A. C. 1598. quam postea continuarunt alii vsque ad 1630. *Coloniae 1655. 12.* ELIAE REVSNERI *Isagoges Historiae libri II.* quorum vnus ecclesiasticam, alter politicam continet historiam, secundum cuiusque aetates exacte definitam: quarum illa ad traditionem domus Eliae, haec ad quatuor mundi regna in bestiis IV. a Daniele propheta adumbrata, est accommodata, cum veterum Historicorum chronologia, *Ienae 1600. 4.* CHRISTOPHORVS HEIDMANNVS *epitomen* scripsit historicam, cuius pars I. ab O. C. vsque ad Iulii Caesaris imperium pertingit, pars II. a Iulio Caesare vsque ad Constantinum M. eandemque continuare voluit ad sua tempora, sed non absoluit. Edidit illam

illam *Gebhardus Theodorus Meierus, Helmstadii 1660. 4.* Nouam, eandemque emendatiorem editionem promisit *Henricus Ernstius*, sed morte præuentus fuit. In hac autem & ciuilem & ecclesiasticum statum describit, sed non omnia absoluit. IOHANNIS CLVVERI *Epitome Historiarum totius mundi*, a prima rerum origine vsque ad annum 1630. Accessit ab ipso Auctore Continuatio ad An. 1633. quæ aucta ab alio ad An. 1652. Ex *Sexta Editione* prodiit *Lugduni Batauorum 1657. 4. Amstelodami 1668. 4. Roterodami 1672. 4.* quæ binæ optimæ. Successit inde Operis huius *alia Continuatio* ab Anno 1653. vsque ad An. 1667. *Lipsiæ 1668. 4.* Epitome hæc ab aliis socio cuidam Iesu anonymo tribuitur & a multis laudatur, ad statum ecclesiæ tamen potius est directa, non tamen adeo accurata, cum fidem proletariorum scriptorum haud raro sit secutus auctor. Minoris momenti sunt: HENRICI ALTINGII *Compendium Historiæ externæ*, quod *Daniel Pareus* sub titulo: *Medulla historiæ profanæ*, edidit. NICOLAI VERNVLAEI *Epitome Historiæ* ab O. C. ad sua vsque tempora, cum Supplemento vsque ad annum 1650. BERNHARDI HEYMBACHII, *Louanii 1654. 4.* IO. MAGNI WEXIONII *Synopsis historiæ vniuersalis.* CHRISTIANI MATTHIAE *Theatrum Historicum Theoretico-Practicum*, ad Rudolphi II. tempora perductum, editum *Amstelodami* apud *Ludouicum Elzevirium 1648. 4.* atque iterum *eodem loco 1656. 4.* quod ad Annum 1689. vsque continuatum *Francofurti* recusum *1698. 4.* atque per *Paulum Iacobum Marperger* in vernaculam nostram translatum, *Francofurti & Lipsiæ 1699. f.* cum Appendice breui rerum maxime memorabilium Annorum 1699. & 1700. Chronologica item Narratione & Repetitione Rerum Sæculo XVII. gestarum,

compendiosa. Multis olim æstumatum hocce theatrum ob nouam methodum, quam seruat, cum ex historiis Imperatorum vsum theologicum, politicum, moralem, œconomicum & militarem ducat, quod tamen historiæ seriem sæpe turbat. Proficuum tamen illis est, qui, vti quandoque fieri solet, ex historiis aliqua pro concione sacra adducunt. IOANNIS MICRAELII *Syntagma Historiarum Politicarum*, quod ad Annum 1654. locupletatum *Tertia Editione*, *Stetini 1654. 4.* prodiit, indeque recusum, non solum historiam vniversalem quatuor Monarchiarum comprehendit, sed etiam Historiam specialem Regnorum, atque Ducum & Principum præcipuorum Germaniæ. Sed labor nullius ordinis & iudicii maxime nostris temporibus, quibus ampliora subsidia prostant. IOANNES HENRICVS VRSINVS *Isagoges Historico-Chronologicæ in Historiam sacram & profanam vniuersalem & particularem* Libros quatuor scripsit in vsum Theologiæ Studiosorum, *Francofurti ad Mœnum 1662. 8.* in quibus accuratus quidem est, sed breuis. Compendium huius libelli est Ipsius *Tyrocinium Historico-Chronologicum* siue *Breuis Manuductio in Historiam Sacram & Profanam Vniuersalem*, *Francofurti 1662. 8.* IOA. CVNRADI DIETERICI *Breuiarium Historicum*, breuiter & summatim per Capita Historiam Reipublicæ Iudaicæ & IV. Regnorum Catholicorum, quæ Monarchiæ titulo clarent, exhibens *Gieſſæ* prodiit *1663. 8.* breve est & parum accuratum, cum meliorem Theologum egerit Dietericus, quam Historicum. GEORGII HORNII quantumuis leui opera facti labores, olim multum æstimabantur, *Orbem* quidem eiusdem *Imperantem* edidit *Ioachimus Fellerus*, *Orbem politicum Lugduni Batauor. 1667. 12. Otto Menckenius*, quibus statum Regnorum Europæ bre-

breuiter indicat. Addidit tertio loco *Arcam Noæ,* qua agit de omnium a condito mundo totius orbis imperiorum, regnorumque perpetua ad nostra tempora vsque ferie, fucceffione, originibus, incrementis, decrementis, coniunctionibus, diuifionibus & exitu, & de gente in gentem translationibus. Sed præterquam quod non in omnibus fit accuratus Hornius, methodus eiusdem erotematica non in omnibus conueniens eft. Recentiora funt, fed neque plena nec femper accurata, plerumque pro cuiuscunque auctoris ingenio & confilio in vfum auditorum confcripta Compendia: HENRICI KIPPINGI *Recenfus Hiftoriæ vniuerfali*, *Francofurti 1665. 8.* TOBIAE WAGNERI *Inftitutiones Hiftoriarum*, *Vlmæ 1652. & 1663. 8.* FRIDERICI HILDEBRANDI *Synopfis Hiftoriæ vniuerfalis*, quæ pro fcholis magis fcripta, & fæpius edita, cuius *Supplementum* & Continuatio ad a. 1690. *1689. 12.* prodiit. PHILIPPI LVDOVICI AVTHAEI *Synopfis Hiftorica de IV. Monarchiis Francofurti 1683. 12.* ad a. 1619. perducta. GABRIELIS BVCELINI *Nucleus Hiftoriæ cum facræ tum profanæ*, *Auguftæ Vindelicorum & Vlmæ* eiusque auctarium *1659. 12.* huiusque *Pars Secunda Francofurti 1664. 12.* lucem adfpexere, fed libellus confufus eft atque promifcue confarcinatus. FRANCISCI BVSSIERII *Flofculi Hiftorici*, *Coloniæ 1656. & 1661. 12.* IOANNIS LAETI *Compendium Hiftoriæ ciuilis & ecclefiafticæ*, *Amftelodami 1653. 8.* quod poftea continuauit *Ioachimus Fellerus.* WILHELMI STRATEMANNI *Theatrum Hiftoricum* ad a. 1656. *Ienæ 1656. 12.* in *Ruffícam* quoque linguam translatum a *Gabriele Buzinski*, Archi-Mandrita Monafterii Troizenfis *Petersburgi* prodiit *in f.* IOANNIS BVNONIS *Idea Hiftoriæ vniuerfæ*, *ad a. 1664. Gvelferbyti*

byti 1664. 12. GEORGII BLECHS *Nucleus Historiæ & Chronologiæ, vniuersalis, Brunsuigæ 1660. 4.* DAVIDIS VLMANNI *Synopsis Historiæ*, GVILIELMI HOELII *Elementa Historiæ ab O. C. vsque ad Monarchiam Constantini M. Londini 1679. 12.* IOANNIS CLERICI *Compendium Historiæ vniuersalis Amstelodami 1698. 8.* non ea cura & ingenio atque alia celeberrimi Viri, scriptum. IOANNIS IONSTONI *Historia Ciuilis & Ecclesiastica ab O. C. ad a. 1633. Amsterodami 1644. 24.* EIVSDEM *Polyhistor, seu rerum ab exortu vniuersi ad nostra vsque tempora per Asiam, Africam, Europam & Americam in sacris & profanis gestarum succincta & methodica series Ienæ 1660. 8.* Accessit Continuatio *Ienæ* 1667. 8. vsque ad Albertum II. manus in eadem emendanda adhibente *Io. Andrea Bosio.* PHILIPPI BRIETII *Annales mundi*, siue *Chronicon vniuersale secundum optimas Chronologorum epochas*, *Parisiis* 1662. 12. *septem Voluminibus*, & *Venetiis* 1693. 12. *septem* itidem *Voluminibus*, quæ Editio auctior est atque emendatior Supplementum ad eosdem Annales ab an. 1663. vsque ad a. 1692. *eodem anno* in 12. prodiit, quod Volumen *VIII.* constituit, editum inde ab exordio mundi vsque ad annum 1692. progreditur per Annales, ita vt quid quolibet anno præcipue gestum, breuiter exponat. Multa habet de pontificum rebus & ordinibus sacris. In Chronologicis est iustus, de rebus gentium atque epochis regnorum exponit, quæ optima sunt. IOANNIS HENRICI BOECLERI *Historia vniuersalis* a mundo condito vsque ad Christi natiuitatem *Argentorati* prodiit 1680. 8. Accessit eiusdem *Historia Principum schola*, atque *dissertatio de vtilitate ex historia vniuersali capienda*; in eadem potissimum facit ad Chronologiam sacram. Inter *meliora* nostri tem-

temporis *Compendia* commendari merentur *sequentia:* VLRICI HVBERI *Institutionum Historiæ ciuilis Tomi tres*, *Franeckeræ* 1692. 8. quibus omnem historiam vsque ad annum 1650. absoluit. Insignem autem censorem nactus fuit IACOBVM PERIZONIVM, qui *specimen errorum* scripsit *supra centum & viginti, ex vno & primo Tomo Historiæ Ciuilis Vlrici Huberi*, *Franeckeræ* 1693. 4. cui respondit in *Specimine Epistolico*, *de calumnia CXX. errorum Iacobi Perizonii*, *Franeckeræ* 1690. Nouam autem editionem eandemque a patre auctam atque emendatam procurauit filius *Zacharias Huberus*, *Franeckeræ* 1703. 4. Certe insignem vsum habent hæ Institutiones, licet magis æstimandæ sint in rebus recentioribus, quam antiquioribus, in quarum recensione nimis breuis est. In parte secunda vero & tertia a temporibus Caroli IV. progreditur, atque prolixius res apud omnes gentes gestas narrat atque multa refert singularia. DIONYSII PETAVII *Rationarium temporum*, *Parisiis* 1652. 12. ibid. 1663. 12. & alibi prodiit, sed optima nitidissimaque Editio vtilissimi Libri ea est, quæ ad annum 1710. continuata, imaginibusque, numis, tabulisque exornata est *Lugduni Batauorum* 1710. 8. *mai.* Breuiarium est Operis maioris de doctrina temporum, in quo historiam pro ordine Monarchiarum & seculorum accurate narrat, habita vbique chronologiæ ratione, explicatis etiam diversis gentium epochis. CHRISTOPHORI BESOLDI *Synopsis rerum ab orbe condito gestarum* vsque ad Ferdinandi II. Imperium annumque 1619. prodiit *Ingolstadti* 1643. 12. sed potissimum ex Sleidano de IV. summis Imperiis est desumta. Obseruationes in eandem Besoldi synopsin scripsit CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS, quas *Christophorus Arnoldus* recensuit atque ad Leopol-

dum vsque ad supplementum addidit *Noribergæ 1659. 8.* nouiter demum *Tobias Gutberletus* illam edidit *Franeckeræ 1698. 8.* Non tam æstimanda est Besoldi synopsis, quæ breuissima, quam Ruperti obseruationes, maxime quas in Imperatorum historiam conscripsit. Quippe illis nomina Imperatorum ex nummis restituuntur, dubia historica soluuntur, & singula ex probis scriptoribus accurate explicantur. Stilo libero, amœno & pragmatico fere, SAMVEL PVFENDORFIVS in gratiam iuuenum illustris conditionis scripsit *Einleitung zu der Historie der vornehmsten Reiche und Staaten, so ietziger Zeit in Europa sich finden, Francofurti ad Mœn.* 1680. 8. & ex *secunda editione 1689. 8.* quam plures secutæ hasque inter ea, quæ *Francofurti ad M. 1718. 8.* prodiit, ad *Pacem* vsque *Badensem* extensa, quæ tamen continuatio non respondet breuitati & acumini stili *Pufendorfiani.* Obseruant viri docti, in singulis regnis & rebus publicis fide vnius fere stetisse, secutumque in Lusitania Vasconcellum; in Hispania Marianam; in Gallia Aemylium; in Anglia Vergilium; in Belgio Grotium; in Helvetia Simlerum; in Germania Lehmannum; in Polonia Neugebauerum; in Russia Herbersteinum; In Curiæ Romanæ arcanis, Gallum quendam Anonymum. Præclarum itaque laborem suscepit vir illustris IOA. PETRVS de LVDEWIG, qui in viridi tum ætate, magna eruditæ diligentiæ laude produxit: *Erläuterung über S. Pufendorfs Einleitung zur Historie* &c. *Halæ 1695. & 1700. 8.* qua, quæ de Historia Monarchiarum; Hispaniarum; Lusitaniæ; Angliæ, commentatus strictim Pufendorfius, copiose ex ipsis Actorum scriptorumque optimorum fontibus, suppleuit & illustrauit. *Pars* Secunda *Pufendorfianæ Introductionis Efti 1689. 8.* & *ibid. 1719. 8.*
con-

continuata ad mortem Caroli XII. & regimen Vlricæ Eleonoræ Reginæ compendium Historiæ Suecicæ succinctum exhibet, in quo adornando *Messenii* scriptis in primis vsus. Prodiit *Prima Pars*, *Latine* studio *Crameri* Francofurti 1670. 8. *Suecice* inscripta: *Inledning til Historien förswenskad off* PETRO BRASK, *Linkopia Gotho*, *Stockholmiæ* 1680. 4. Versioni *Anglicæ* continuatio addita a *I. Crull*, Medico Londinensi ad an. vsque 1704. *Londini* 1704. 8. *Gallice* sæpius prodiit, primum a Dn. *Roussel* versio edita, sed hanc emendauit alius Interpres ETIENNE *de la* CHAMBRE, qui edidit sub titulo: *Introduction a l' Histoire generale & politique de l' Vnivers, a Amsterdam* 1721. 12. 6. *Voll.* Recentissima *Gallicæ versionis* editio est, quæ prodiit *Amsterdam* 1732. 12. 7. *Voll.* ad hoc tempus continuata, addito Auctoris Elogio. Binos accepit acceptum cunctis hoc compendium continuatores. *Primus*, qui CHRISTIANVS GOTTFRIDVS FRANCKENSTEINIVS Lipsiensis, vir in recentiori historia egregie versatus, habetur, produxit *Partem Tertiam Francofurti ad M.* 1706. 8. qua XV. capitibus, res Rerumpublicarum Venetæ, Genuensis, Florentiæ, Sabaudiæ, Imperii Turcici, Domus Austriacæ, Saxoniæ, Palatino-Bauaricæ, Brandenburgicæ, Brunsuico-Luneburgensis, Würtenbergiæ, Badensis, Hassiæ, Mecklenburgi & Anhaltinæ breuiter commemorauit. *Partem Quartam* condidit Anonymus Anglus, qui sub literis *C. I. W.* latet, hunc in germanicum transtulit nonnemo, quæ versio edita *Francofurti ad M.* 1707. & 1709. 8. qua imperia, regna & respublicæ *Asiæ*, *Africæ* & *Americæ*, resque maxime memorabiles in iisdem gestæ, succincte enarrantur. Cum quo iungenda scripta accurate & eleganter: *Introduction à l' Histoire de l' Asie, de l' Afrique & de l' Ame-*

l'Amerique par *Mr.* BRVZEN *la* MARTINIERE *a Amsterdam 1738. 8. 2. Voll.* quæ ad supplendam Introductionem Pufendorfianam egregie facit. Res singulares Europæorum Regnorum cum Germanicis non inepte coniunxit, qui sub nomine LEVINI V. AMBEER latere voluit iam laudatus CHRISTIANVS GOTTFRIDVS FRANCKENSTEIN, cuius liber postumus editus sub elogio: *Einleitung zu der Teutsch-Europæischen Staats-Historie, Francofurti ad Mœnum 1716. 8.* Succi boni & rerum maxime memorabilium plenus est illustris Viri GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI liber egregius *Grundriß zu einer umstændlichen Historie der vornehmsten Europæischen Reiche und Staaten, Lips. 1733. 4.* EBERHARDI RVDOLPHI ROTHII *Historia vniuersalis pragmatica* ab O.C. ad præsentem annum, *Vlmæ 1706. 8.* CHRISTOPHORI CELLARII *Historia antiqua, media* & *noua, Halæ 1696. 12.* quarum omnes tres recusæ sunt & continuationibus auctæ *Historia noua* ex Edit. VI. prodiit *Ienæ 1720. 12.* ad vsum quotidianum est accommodatissima. Antiquam quidem historiam vsque ad tempora Constantini M. mediam vsque ad seculum XVI. nouam vero ad nostra vsque tempora deduxit. Iustum autem ordinem in iisdem obseruauit, ita vt confusam priorum Monarchiarum historiam dilucidius faceret. Regum etiam Asiaticorum historiam, qui ex Monarchia Alexandri M. orti, accurate tradidit, quod nemo ante illum hoc modo præstitit. Singula in notis quas addidit, certa auctoritate comprobauit, atque successionem Regum in tabulis synopticis, quas adiecit, accurate delineauit. In Monarchia quarta Imperatores, Reges & præcipua gesta cuiuslibet seculi exponit breuiter, in seculi decimi sexti & septimi historia res gestas secundum interualla temporum proli-

xius

xius narrat. Addi tamen huic compendio ob chronologiam poterit Petauii rationarium. Bonæ frugis plenum eſt GOTTLOB KRANZII, viri in hiſtoriarum monimentis verſatiſſimi *Compendium Hiſtoriæ ciuilis, ab O. C. vsque ad An. Seculi XVIII. vigeſimum, Vratislauiæ 1721. 8.* IOANNES HÜBNERVS *Hiſtoriam vniuerſalem* omnium Imperiorum, Regnorum & Principatuum ciuilem, per ſingula tempora, vsque ad noſtram ætatem methodo erotematica facili, eleganti & amœno ſtilo, ſub titulo: *Kurtze Fragen aus der Politiſchen Hiſtorie bis zum Ausgang des ſiebenzehenden Seculi, Leipzig* ab a. 1697. ad a. 1702. dedit, *Decem Tomis,* ſæpe recuſis, quorum *Primus* Hiſtoriam quatuor Monarchiarum. *Secundus*, Hiſtoriam Hiſpanicam, Portugallicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam, Heueticam per familias Regum & ſucceſſionis ordinem deſcriptas. *Tertius* hiſtoriam Italicam, Danicam, Suecicam. *Quartus* hiſtoriam Bohemicam cum prouinciis ſuis, Polonicam, Boruſſicam, Vngaricam & Moſcouiticam. *Quintus*, *ſextus*, *ſeptimus* & *octauus*, vero hiſtoriam procerum Germanicorum; *Nonus*, Aſiæ, Africæ & Americæ memorabilia, & tandem *Decimus* totius operis anacephalæoſin, comprehendit. Multa habet ſingularia etiam iuſtum ſeruat temporis ad Caluiſii ordinem ſeriem, ſingulas hiſtorias magno memoriæ adminiculo in accuratas Periodos, ingenioſe deſcribens, indicatis præcipuis hiſtoriæ momentis, methodus tamen erotematica ſæpius hiſtoriarum ſeriem impedit, immo in eo defectus latet, quod allegati non ſint ſcriptores, per quos confirmentur quæ narrat. Dedit deinde *Supplementa* varia, quorum iam *Tomuli XXII.* proſtant, ſtatum ſingulorum Regnorum ac prouinciarum, quarum res in Hiſtoria memorauit, tam publicum,

quam

quam priuatum, bella, aulæ viciſſitudines, legationes & reliqua memoranda, ab anno 1708. quo edi cœperunt, ad hæc tempora quibus ſcribimus, complectentes. Adoleſcentibus ad primas hiſtoriarum lineas pernoſcendas inſigniter inſervit ſcripta ordinate & concinne IOANNIS GEORGII ESSICH *kurtze Einleitung zur allgemeinen weltlichen Hiſtorie, neben einer Zeit - Rechnung und Erdbeſchreibung, Stuttgardt 1721. 12.* Non contemnenda *L' Hiſtoire profane depuis ſon commencement jusqu' a preſent par Mr. du* PIN, *a Anvers 1717. 12. VI. Tom.* Perelegans & vtilis, primis Hiſtoriarum Cultoribus *Principes de l' Hiſtoire*, auctore IVVENELIO, *à Paris 1733. 12.* qua, poſt varia præcognita ſtudii Hiſtorici expoſita, & præclara monita, repræſentationem generalem, præcipuorum tam veteris quam noſtri æui Imperiorum Europæ, ſiſtit. Qui methodum quæſtionariam amant iuuenes hiſtoriarum cultores vti quoque poſſunt libello gallico, inſcripto: *Principes de l' Hiſtoire pour l' Education de la Jeuneſſe par Années & par Leçons* par Mr. L' Abbé LENGLET *du* FRESNOY, cuius *Annus Primus a Amſterdam 1700. Secundus & Tertius a Amſterdam 1737. 8.* prodierunt. *Miſcellam hiſtoriam*, hoc eſt, commemorabilia facta & fata regnorum, rerumpublicarum & illuſtrium hominum ad oblectandum lectoris animum inſtruendumque ſimul, varii varia methodo compilarunt, quos tamen omnes vix dignos cenſemus, qui in *Selectam* referantur *Bibliothecam.* Tales ſunt MARTINI ZEILLERI *Handbuch, Vlmæ 1625. 8. 2. Voll.* eiusdemque *Dialogi* & *Epiſtolæ* hiſtorico politico moralis argumenti. Egregiæ & cum iudicio ſelectæ ſunt MICHAELIS PICCARTI *Obſeruationum hiſtorico politicarum Decades XVIII. Noribergæ 1651. 8.* PHILIPPI CAMERARII *Operæ horarum ſubci-*

ſubciſivarum, ſiue *Meditationes hiſtoricæ*, Centuriis tribus expoſitæ, *Francofurti 1658. 4.* Propter ſtili germanici veneres & ſingularium amœnam expoſitionem multo plauſu excepta opera HENRICI ANSHELMI *de* ZIEGLER *tæglicher Schau-Platz der Zeit*, *Lipſiæ 1700. f.* qui, illuſtres eventus, ſecundum ſeriem dierum diſpoſuit eleganterque enarrauit. Cœpit quoque primas lineas ducere aliorum commentariorum, quibus titulus adſcriptus: *Hiſtoriſches Labyrinth der Zeit*, *Lipſiæ 1701. f.* quibus ſelecta ex omnis æui hiſtoria facta ample enarrata exhibentur, cuius operis cœpti elaboratio ab alio a ſcribendi facultate egregie inſtructo perfecta, binæque *Continuationes* editæ. Addimus ERDMANNI VHSENS miſcellaneum opuſculum inſcriptum: *gelehrter Criticus*, *Lipſiæ 1704. 8. 3. Voll.* Poſſunt etiam ad hanc claſſem referri, Lexica vario idiomate edita, latino *Hoffmanni*, gallico *Morerianum* & *Baylianum*, germanico *Fritſchianum*, de quorum conditione alibi expoſitum. Pertinent huc etiam ſelectæ doctiſſimorum virorum argumenti hiſtorici *Diſſertationes*, quales ſunt *Ioannis Henrici Bœcleri*; *Adami Rechenbergii*; *Conradi Samuelis Schurzfleiſchii*, aliorum.

CAPVT OCTAVVM

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE GOTHORVM, LANGOBARDORVM ALIARVMQVE GENTIVM BARBARVM.

§. *I. Scriptores Hiſtoriæ Gothorum*

§. *II. Scriptores de rebus Langobardicis.*

§. *III. Scriptores de aliis gentibus medii æui.*

§. *IV. Scriptores de migrationibus gentium.*

§. I.

§. I.

IN mediæ ætatis Hiſtoria ſolicite indagandæ origines, antiquitates, & migrationes Gentium variarum, de quibus potiores Scriptores indicabimus. *Diuerſarum Gentium Hiſtoriæ Antiquæ*, ſiue potius Mediæ, *Scriptores Tres* IORNANDEM Epiſcopum ſcilicet Rauennatem de *Origine Gothorum*; ISIDORVM *Hiſpalenſem* de *Gothis*, *Wandalis*, *Sueuis*, Eiusd. Chronicon *Regum Wiſigothorum*; PAVLI Warnefridi F. DIACONI *de geſtis Longobardorum* Libros VI. iunctim edidit ac eruditis obſeruationibus illuſtrauit FRIDERICVS LINDENBROGIVS *Hamburgi 1611. 4.* Ad *Gothorum* Hiſtoriam faciunt *Gothicarum Rerum Scriptores cura* BONAVENTVRAE VVLCANII, *Lugduni B. 1597. 8.* & quæ melior ac inſtructior *ibid. 1618. 8.* qua in editione comparent Parte Prima: 1.) IORNANDES *de rebus Geticis* p. 1. 2.) SIDONII Apollinaris Epiſtola de *vita Theodorici Veſogothorum Regis* p. 181. 3.) *Excerpta* e CONRADO PEVTINGERO de *inclinatione Romani Imperii & exterarum gentium migrationibus* p. 187. 4.) *Index* Authorum, qui a *Iornande* citantur; p. 190. 5.) *Index* rerum & verborum in *Iornandem* de *rebus Geticis* p. 191. 6.) ISIDORI *Chronicon Gothorum* p. 201. *Eiusdem Hiſtoria Vandalorum*, p. 225. *Ei. Hiſtoria Sueuorum*; p. 231. *Chronica Regum Wiſigothorum* p. 235. 7.) De priſcis ſedibus *Gothorum*, *Hunnorum* & *Vandalorum* excerpta ex *Procopii* Lib. IV. de *Bello Gothico* nondum edito p. 239. 8.) Caſtigationes in *Iſidori* Chronicon p. 253. Notæ & caſtigationes in *Procopium* de *ſedibus Gothorum* p. 261. Parte Secunda 1.) IORNANDES de *regnorum & temporum ſucceſſione* p. 1. 2.) Excerpta è *Lucio Marineo Siculo* de *Gotho-*

thorum in Hispaniam aduentum, *& regum serie* p. 152. 3.) Excerpta e *Ricobaldi Ferrariensis* Historia MSCta, cui titulus: *Pomarium Ecclesiæ Ravennatis*, de *Theodorico rege Gothorum* p. 167. 4.) Variæ Lectiones & notæ aliquot in vtrumque *Iornandis* librum p. 177. 5.) PAVLI DIACONI *de gestis Longobardorum* Libri Sex; Annotationes in Historiam *Pauli Diaconi* de gestis Langobardorum; Variantes Lectiones in *Paulum Diaconum.* Varii commentarioli & obseruationes de Linguis Gothorum & aliorum populorum Septemtrionalium, postea vero sub titulo: *Historia Gothorum*, *Vandalorum & Langobardorum ab* HVGONE GROTIO *partim versa*, *partim in ordinem digesta Amstelodami 1655. 8.* Continentur in hac *collectione* eruditissima HVGONIS GROTII *Prolegomena*, vbi Regnum Gothorum in Hispania Ordo & Chronologia, p. 47. & Elogia Gothorum p. 71. sequuntur *Vandalica &* GOTTHICA PROCOPII, emendata plurimis locis p. 1. & 139. *Excerpta ex arcana* PROCOPII *Historia ad res Vandalicas & Gotthicas pertinentia*, quæ prioris historiæ multis locis lucem adferunt *Hugone Grotio* interprete p. 519. Ex *Agathiæ* Historia, a fine *Procopii* ad *Gotthos* pertinentia eodem interprete p. 529. Nomina appellativa & verba *Gotthica*, *Vandalica*, *Langobardica*, quæ in hoc volumine reperiuntur, cum explicatione p. 572. IORDANES f. IORNANDES *de Getarum*, *siue Gothorum origine & rebus gestis*, quas etiam dum ipse natione Gothus esset, accurate descripsit, atque *M. Aurelii Cassiodori historiam Gothicam* libris XII. comprehensam in epitomen redegit. Singillatim editus cum *Paulo Diacono*, cura *Cunradi Peutingeri Augustæ Vindelicorum* opera *Ioa. Miller 1515. f.* inserta quoque a *Ioanne Garetio*, Monacho Ordinis S. Be-

S Benedicti e C. S. M. edita & notis illustrata, atque ad fidem antiquissimi Codicis Manuscripti Bibliothecæ Ambrosianæ collata ac emendata cura & studio *Iosephi Antonii Saxii*, Tomo I. *Scriptorum Rerum Italicar.* MVRATORII *p. 187.* Ab eodem *Iornande* citatur ABLAVIVS, qui etiam a *Sabellico* laudatur, quem tamen non amplius habemus superstitem. Sequitur ISIDORI *Chronicon de Gothis*, *Vandalis & Sueuis*, quod alias separatim quoque prodiit ex Bibliotheca Petri Pithœi, *Parisiis 1582. f.* Græce præter *Zosimum*, de *rebus Gothorum*, *Persarum & Vandalorum* PROCOPIVS scripsit Libros Tres, in quibus potissimum bella eorum cum Imp. Byzantinis gesta describit. Prodiit alias singulatim latine *Romæ 1506. f. Basileæ* ex Officina *Petri Pernæ* & recensione *Ioa. Leunclavii f. Augustæ 1606. f. Parisiis* e *Typographia Regia 1662. f.* græce & latine, atque inde Tomo I. *S. R. I. Muratoriano* p. 243. cui in hac editione accesserunt *H. Grotii* explicatio nominum & verborum *Gothicorum*, *Vandalicorum* & *Longobardorum*. Simili ratione de bellis Gothorum Libros quinque scripsit AGATHIAS Scholasticus, quibus Procopium continuauit, prodiere per *Christophorum Persónam* e græco in Latinum traducti *Romæ 1516. f.* græce ac latine *Parisiis* e Typographia Regia *1660. f.* Excerpta ex *Agathia*, *H. Grotio* interprete extant T. I. S. R. I. *Muratoriano* p. 379. Ex Recentioribus LEONARDVS ARETINVS Libros IV. *de Bello Gothorum*, *f. Bello Italico aduersus Gothos* scripsit, *Parisiis 1507. 4. Basileæ* ex recensione *Ioan. Leunclauii* ap. *Petrum Pernam f.* cum *Zosimo*, *Procopio*, *Agathia*, sine temporis mentione, & gallice *Parisiis 1667. 12.* qui pleraque ex Procopio desumsit. AENEAS quoque SYLVIVS *Historiam Gothicam* componere voluit, quæ non nisi epitome
est

est *Iornandis* ex codice Monasterii Gottwicensis a *Syluio* excerpta. Hanc in *Biga librorum rariorum* primus edidit *Raymundus Duellius*, *Francofurti 1730. f.* atque eodem fere tempore editor quidam plagiarius in 4. qui falso se primum hunc foetum produxisse scribit. HIERONYMVS RVBEVS *Historiam* quoque scripsit *de Gothis & Longobardis*, *Venetiis 1572. 4.* Ad *Gothorum* in Italia regnum facit egregie CAROLVS SIGONIVS, qui *de Occidentali Imperio* scripsit Libros XX. quibus res ciuiles atque ecclesiasticas sub Romanis Imperatoribus atque barbaris regibus in Occidentali Imperio gestas a Diocletiani temporibus f. a. 284. vsque ad Iustiniani obitum a. 565. describit, *Basileae 1579. 4.* cum Indice Chronologico *Francofurti ad Moenum 1593. f.* ex Wecheliana, atque *Hanoviae 1609.* & *1613. 1618.* forte tantum mutato titulo, atque cum Notis P. D. *Ianuarii Salinas*, Neapolitani, Monachi Benedictini Congregationis Casinensis, *Mediolani 1732. f. Tomo Secundo* Operum *Sigonii*, a *Philippo Argelato*, procurata. Altero Opere *Historiarum de Regno Italiae Libri XX.* continentur, quorum prioribus res in Italia sub Langobardorum Regibus gestas describit, atque a Iustiniani obitu annoque 565. vsque ad Rudolphi Habsburgici tempora atque annum 1286. enarravit. Priores XV. libri prodierunt *Basileae 1575. f.* & *Hanouiae 1613. f.* Posteriores V. *Hanouiae 1618. f.* iunctim *Francofurti* ex *Wecheliana 1591. f.* Omnium optima est editio, quae *Tomo Secundo Operum Sigonii* a *Philippo Argelato*, *Mediolani 1720. f.* procurata extat, qua *Libri viginti* exhibentur a multis expurgati mendis & a V. C. *Iosepho Antonio Saxio* Collegio & Bibliothecae Ambrosianae Praefecto Notis diligentissimis illustrati, addita ad calcem Marchionis *Iosephi Malaspinae* Dissertatione *de Ale-*

rami Marchionis Montisferrati stirpe, & fabuloso eiusdem coniugio cum aliqua Ottonum Cæsarum filia. In quibus multa continentur quæ sunt egregia, in Germanos tamen haut adeo æquum se Sigonius præstitit. Idem institutum tenuit FLAVIVS BLONDVS, *Historiarum ab Imperii Romani inclinatione Libris XXXI.* quos in tres Decades diuisit, Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, Saracenorum, Germanorum, Gallorum, Hispanorum aliorumque populorum in Italia gesta comprehensus, ab anno Christi 407. vsque ad annum 1440. nec tamen eadem elegantia ac Sigonius, prodiere *Venetiis 1483. f.* nitide satis & *Basileæ*, cum ceteris Blondi *1559. f.* De *Gothorum* in *Hispaniam* aduentu egit LVCIVS MARINEVS *Lugduni 1597. 8.* Sic etiam BARTHOLOMAEVS ROGATVS siue *de* ROGATIS *Historiam de Regno Gothorum attrito & reparato in Hispaniæ partibus* ex Abulcacini TARIFFI Arabis relationibus hispanica lingua iam expositis, latine etiam dedit *Neapoli 1648. 4.* RODERICI XIMENII Archi-Episcopi *Toletani Historia Ostro-Gothorum, Hunnorum, Vandalorum, Sueuorum, Alanorum, Silingorum* inter Scriptores *Rerum Hispanicarum Beli Tomo I. p. 135. 138.* & *Schotti Tomo II. p. 148. seq.* comparet. Ad indagandas origines Gothorum adhiberi potest GEORGII STIERNHIELMII *Anti-Cluuerius* seu *gentis Gothicæ origo & antiquissima in Scandia sedes, Holmiæ 1685. 8.* quod scriptum *Philippo Cluuerio*, (in titulo & præfatione enim Iohannis nomen perperam extat) Gothorum sedes in Borussia sua quærenti, multa eruditione oppositum. Eruditam quoque *de ortu Gothorum* dissertationem scripsit GEORGIVS SCHVBARTVS editam *Ienæ 1676. 4.* cui propositum erat amplam & accuratam de Republica Gothorum commentationem, condere, cuius primas

mas saltim lineas duxit. FRANCISCI IVNII *Glossarium Gothicum* habemus in IV. euangelia, *Amstelodami* 1684. 4. De *Litteris & Lingua Gothorum* habemus varia variorum collectanea ac specimina, quæ editioni *Scriptorum Rerum Gothicarum* addidit BONAVENTVRA VVLCANIVS, *Lugduni Batauorum* 1597. & 1618. 8. Ad Antiquitates Gothorum singulariter facit OLAI RVDBECKII *Atlantica*, de qua tamen inter *Scriptores Suecicos* plenius agemus. Res & Fata *Vandalorum* ex parte attingit dum Ecclesiæ fata annotauit VICTOR VITENSIS Episcopus, *Historia persecutionis Vandalicæ*, quæ edita cum commentariis eruditissimis THEODORICI RVINART, *Parisiis* 1694. 4. & *Venetiis* 1732. 4.

§. II.

De *gestis Langobardorum* ex antiquioribus PAVLVS *Warnefridi* F. *Diaconus*, Foroiuliensis Libris VI. luculenter egit, qui cum in *Lindenbrogii* tum *Grotii* supra indicatis Collectionibus extant atque Tomo I. *Scriptorum Rerum Italicarum* MVRATORIANO p. 513. ex editione *Lindenbrogii*, adiectis variis lectionibus peruetusti Codicis Ambrosiani, & alterius Modoetiensis, atque Annotationibus *Horatii Blanci* Romani. Alias huc faciunt FLAVIVS BLONDVS, HIERONYMVS RVBEVS & CAROLVS SIGONIVS, de quibus superiori paragrapho, atque plures, in amplissima nobilissimaque Collectione *Scriptorum Rerum Italicarum* MVRATORIANA; atque in *Thesauro Antiquitatum & Historiarum Italiæ Grævio - Burmanniano*, ex Bibliothecis & Archivis producta & egregie illustrata, quorum seriem titulosque infra inter Rerum *Italicarum* ceteros *Scriptores*, dabimus. ERYCIVS PVTEANVS *Historiæ Insubricæ* ab origine gentis ad Ottonem

 M. Imp.

M. Imp. Libros VI. ſcripſit, qui irruptiones barbararum gentium in Italiam exponunt editos *Louanii 1614. 8.* atque *ibid. 1630. f.* ſub *Hiſtoriæ Barbaricæ* elogio *Antwerpiæ 1634. 24.* cui eiusdem Puteani Encomium Barbarorum acceſſit. Recuſi *Helmſtadti 1660. 4* quos ſummo ſtudio correxit & auxit *Rudolphus Godofredus Knichenius, Lipſiæ 1687. 4.*

§. III.

Aliarum Gentium, quæ in mediæ ætatis monimentis occurrunt, *Statum* ab aliis deſcriptum videmus. Quo in argumento accurate elaborauit CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, qui in perueſtigandis gentium originibus, deſcribendis harum migrationibus rebusque ceteris memorandis plane egregius eſt. Enimuero ſcripſit *Hiſtoriam Regni P. Q. Burgundionum*, quæ inter opera hiſtorico-politica diſſertatio vndecima eſt, atque alia, de quibus in *Hiſtoria Gentium particularium* dicemus. Ad *Hunnorum* Hiſtoriam faciunt PHILIPPI CALLIMACHI Liber *de geſtis Attilæ Regis*, *Hagenoæ 1531.* & *Francofurti 1581. 8.* IVVENCI COELII CALANI DALMATAE *Attila*, quod opuſculum *Venetiis 1502.* ab *Hieronymo Squaricafico*, ad calcem vitarum *Plutarchi* vulgatum, atque a *Caniſio* in *Apparatu Eccleſiaſtico, Ingolſtadii 1608. 4.* ex Codice Rebdorfiano editum, præmiſſa culta Præfatione ac erudititiſſima ſummi & illuſtris Viri PII NICOLAI GARELLII Epiſtola, inſeruit recognitum notisque vberrimis illuſtratum *Apparatui ad Hiſtoriam Hungariæ Decad. I. Monum. III.* celeberrimus Vir MATTHIAS BELIVS; & NICOLAI OLAHI *Attila*, *Bonfinii* Rerum Vngaricarum Decadibus Editionis *Hanouiæ 1606. f.* factæ adiectus *p. 833.* & *862. ſeq.* RVDOLPHVS EBERHARTVS

TVS ROTH ſingulari diſſertatione *de Attila, Hunnorum Rege* expoſuit *Ienæ 1671. 4.*

§. IV.

Aliqua gentium antiquarum notitia, ex Scriptoribus illis, qui de harum *Gentium Migrationibus* egerunt, peti poteſt. Amplum quidem eſt Opus WOLFGANGI LAZII de *Gentium aliquot Migrationibus, Sedibus fixis, Reliquiis, Linguarumque initiis & immutationibus & Dialectis* XII. Libros complexum, *Francofurti 1600. f.* ex *Secunda Editione* apud Wæchelios editum, ſed maioris eſt induſtriæ quam iudicii, nimium enim credidit *Lazius*. CONRADVS PEVTINGERVS paucarum pagellarum epitomen ſcripſit *de Gentium quarundam emigrationibus*, quæ cum Procopio alias edita eſt *Baſileæ 1531. f.* Nugas & otioſi ingenii commenta conquiſiuit IOANNES GOROPIVS BECANVS, in Opere ſuo, quod *Origines Antwerpianas* ſiue *Cimmeriorum Becceſelana, nouem libris complexa* inſcripſit, quo *Atuatica, Gigantomachia, Niloſcopium, Cronia, Indo-Scythica, Saxſonica, Gotodanica, Amazonica, Venetica & Hyperborea* traduntur, *Antwerpiæ 1569. f.* ex officina Plantini. *Alio Volumine*, poſt mortem viri prodiere *Hermathena, Hieroglyphica, Vertumnus, Gallica, Francica, Hiſpanica, Antwerpiæ 1580 f.* quibus origines Gentium longe aliter, quam a quoquam ſcriptæ fuerunt, explicare, totamque Hiſtoriam ad Moſen & Orpheum reuocare voluit, ſed meræ ſunt adluſiones, eædemque ſæpiſſime tam abſurdæ, vt nec ingenium neque iudicium ſapiant. Hoc argumentum quoque attigit CHRISTOPHORVS PHILIPPVS de WALDENFELS *Selectæ Antiquitatis* Libris XII. *Noribergæ 1677. 4.* de geſtis primæuis, item de origine Gentium Nationumque migrationibus atque præcipuis Germanicarum maxime dilocationibus.

CAPVT NONVM
DE
SCRIPTORIBVS HISTORIAE HEBRAEORVM.

§. I.

ANtiquissimus rerum Ebraicarum scriptor est FLAVIVS IOSEPHVS, cuius varia habemus: *Antiquitatum Iudaicarum* libros XX. *de Bello Iudaico* libros VII. *contra Apionem* libros II. & *de Maccabaeis*, qui postea coniunctim inter *Opera* eius prodierunt. Inter varias horum editiones laudatur *Geneuensis*, quae graece & latine prodiit *1611. & 1634. f.* quae a Sigismundo Gelenio est procurata. Eandem editionem recudi fecit *Thomas Ittigius*, Prolegomena, in quibus de ipso Iosepho agit, & appendicem addidit, *Lipsiae 1691. f.* Appendix ista continet Aristeae de LXX. interpretibus Historiam, cum latina versione *Matthiae Garbitii*, ac Notis a *Ioanne Alberto Fabricio* concinnatis, variae lectiones librorum de bello Iudaico, & tractatus de imperio rationis ex codice Msto Bibliothecae Paulinae. Noua versio libelli de Maccabaeis adornata a *Francisco Combefisio*, cum notis, denique fragmentum libri περὶ παντὸς, quod Iosepho tribuitur. Magna cura olim in emendando Iosepho adlaborauit πο-

λυμα-

λυμαθέςατος noster *Ioannes Andreas Bosius*, qui iam Geneuensem editionem cum multis codicibus Mstis, quos ex bibliotheca Vindobonensi, Augustana, Guelferbytana & diuersis aliis acceperat, studiosissime contulerat, variasque obseruationes iam interspersserat. Sed cum præmaturo fato abreptus esset *Bosius*, Angli eiusdem curas ducentis Ioachimicis emerunt, atque res commissa est *Eduardo Bernbardo*, vt nouam *Iosephi* editionem procuraret, cui *Bosii* labores maxime conueniebant. Sed ob fatum Bernhardi non nisi primum Volumen accepimus *Oxonii 1700.* f. Nouam eandemque accuratam ac splendidam Editionem debemus Bibliothecæ Bodleianæ Præfecto eruditissimo IOANNI HVDSON, quæ viuente eo imprimi cœpta, eodem mortuo lucem demum vidit, edita *Oxonii e Theatro Scheldoniano 1720. f.* duobus Voluminibus. Quam *Oxoniensem* magnificam editionem nitidissime recudendam curauit V. C. SIGEBERTVS HAVERCAMPVS, & post *Hudsonum* cum impressis & MSCtis Codicibus præcipue Lugduno-Batauis contulit diligenter, recensuit Notasque passim suas & quinque Indices adiecit, *Amstelodami, 1726. f. 2. Voll.* accesserunt præstantissimæ huic Editioni præter *Hudsoni* nouam versionem & Notas, aliorum doctissimorum Virorum *Eduardi Bernardi, Iacobi Gronouii, Francisci Combefisii, Ioa. Sibrandæ, Hendr. Aldrichii*, vt & ineditæ in vniuersa *Flauii Iosephi* Opera *Ioannis Cocceii, Ezechielis Spanhemii, Hadriani Relandi*, & selectæ aliorum. Præter ea adiecta varia eruditorum hominum scripta, *Iosephum* illustrantia, nimirum: CAROLI DAVBVZ Libri duo pro *testimonio Flauii Iosephi de Iesu Christo*; Et eiusdem argumenti *Epistolæ XXX.* virorum doctorum, vt *Reinesii, Snellii, Ioa. Friderici Gronouii*, aliorumque;

L 5 PETRI

PETRI BRINCH *Examen Chronologiæ & Historiæ Iosephinæ;* IOA. BAPTISTAE OTTII *Animadversiones ad Iosephum, & Specimen Lexici Flaviani;* CHRIST. NOLDII *Historia Idumæa, seu, de vita & gestis Herodum.* Apud *Gallos* eruditissimus *Boivinius* atque *Martinus Bouquet* Benedictinus, in emendando & illustrando Iosepho multum adhuc elaborarunt, quorum lucubrationes eruditi expectant. Elegans satis est versio *Gallica*, quam concinnauit (*Arnoldus*) *Arnaud d'Andilly*, *a Paris 1666. f. & Parisiis 1668. 12. 5. Voll. Bruxellis 1676. 12. Amstelodami 1681. f.* & *1722. f.* De hoc *Iosepho* bene iudicat *Grotius*, magnam fidem illi deberi in rebus *Herodis* magni ac deinceps. Item vbi externos auctores, non vbi Iudæos, multa in historiis contra verum somniantes, sequatur. Maxime vero sublestæ est fidei in antiquitatibus Iudaicis, vnicum tamen fere monumentum est, quod habemus. In Historia autem rerum, maxime suis temporibus gestarum, accuratior est. Hunc secutus est PHILO IVDAEVS, qui in Scriptis suis varia habet, ex quibus *Ebræorum Historia* explicetur. Sunt autem inter alia *de Cherubin, flammeo gladio & Cain. De sacrificiis Abelis & Caini. De plantatione Noæ. De gigantibus. De confusione linguarum. De migratione Abrahami. De Iosepho. De vita Mosis*, atque alia. Extant eius Opera græce ex editione Turnebii, *Parisiis 1552. f.* latine per Sigismundum Gelenium *1561. f.* græce & latine *Geneuæ 1613.* auctiora & splendidiora *Parisiis 1640. f. Francofurti 1691. f.* Vt taceam TACITVM, in Libris Historiarum & PLVTARCHVM, in Symposiacis, qui tamen de Iudæorum rebus male edocti multa contra fidem scripserunt.

§. II.

§. II.

Ex Recentioribus, *Historiam Iudaicam* scripsit *Iudæus* quidam, quam ex Hebræo latinum fecit GEORGIVS GENTIVS, *Amstelodami 1671. 4.* qua Iudæorum res ab euersione Hierosolymarum, vsque ad recentiora tempora describuntur. PAVLVS EBERVS *contextam populi Iudaici historiam* scripsit a reditu ex Babylonico exilio, *Witebergæ 1562. 8.* quæ tamen leuis est. TILEMANNI MYLII extant *Annales Ebræi Hanouiæ 1600. 8.* IOANNES IACOBVS SCHVDT *Compendium Historiæ Iudaicæ Francofurti ad Mœnum 1708. 8.* quo collegit, quidquid Gentiles de Iudæis tradiderunt, atque fundamenti loco esse voluit Iustini Historiarum librum XXXVI. Idem vir doctus IOANNES IACOBVS SCHVDT fata dispersorum per omnem orbem Iudæorum per aliquot Secula commemorauit in *Iüdischen Merckwürdigkeiten*, cui accessit *Chronicon Iudæorum Francofurtensium, Francofurti 1714. 4.* Magni omnino facienda IACOBI BASNAGE *Histoire de la Religion des Juifs depuis J. C. jusqu' à present pour servir de Continuation a l' Histoire de Josephe, a Rotterdam 1707. 12. V. Voll.* post *Editionem* aliam *Parisiensem* in quibusdam mutatam, multo auctior recusa, *a la Haye 1716. 12. XI Voll.* Coniungendæ: *Reflexions sur l' Histoire des Juifs*, præmisso *Breuiario Historiæ Iudaicæ. Geneve 1721. 12.* Plenum electissimæ eruditionis opus est HVMPHREDI PRIDEAVX *the old and new Testament connected in the History of the Jews*, Pars I. *Londini 1717. f.* Pars Secunda, ibid. *1718. 8.* in germanicum idioma translatum, interprete *Augusto Titelio Dresdæ 1721. 4.* De IOANNIS MARSHAMI *canone Chronico* capite secundo iam dictum fuit, in quo multa, quæ ad statum *Ebræorum* faciunt, explicata reperiuntur.

§. III.

§. III.

De Republica Ebræorum erudite expoſuerunt BONAVENTVRA CORNELIVS BERTRAMVS, *Geneuæ 1580. 8.* CAROLVS SIGONIVS, *Francofurti 1585. 8.* & *ibid. 1593. f.* ex *Wecheliana*, cum aliis Sigonii. Optimæ autem editiones, quæ eruditis IOANNIS NICOLAI Notis illuſtrata *Amſtelodami 1701. 4.* lucem vidit, atque illa, quæ *Tomo IV.* Operum *Sigonii*, Mediolani cura *Argelati* editorum extat cum Notis Abbatis *Laurentii Maſei.* Quæ expoſitio mere ciuilis eſt & politico vtilis. PETRVS CVNAEVS *de Republica Ebræorum Libris Tribus, Lugduni Batauorum 1617. 8.* & cum egregiis IOANNIS NICOLAI Notis *Amſterodami 1703. 4.* & *Amſtelodami 1676. 4.* is ea ſupplet, quæ ab vtrisque omiſſa, ſed Theologo magis inſeruit ob multa ex Rabbinis hauſta, cui adiungendæ omnino, quæ *Quartum Librum* faciunt IACOBI BASNAGE doctiſſimæ cultiſſimæque *Antiquitez Judaiques, ou Remarques Critiques ſur la Republique des Hebreux Tome I. ou quatrieme de la Republique des Hebreux, à Amſterdam 1713. 8.* HERMANNVS CONRINGIVS *de Republica ſeu politia Ebræorum, Helmſtadii 1648. 4.* in multis Cunæum redarguit. Nec omittenda IOACHIMI LVDOVICI REIMERI *Respublica Hebræorum* breuiter expoſita *Hafniæ 1657. 12.* & *Altenburgi 1671.* Prolixiores IOANNNES STEPHANVS MENOCHIVS, qui de *Republica Ebræorum* libros VIII. ſcripſit, *Pariſiis 1648. f. ibid. 1652. f.* & MELCHIOR LEIDEKKERVS de *Republica Hebræorum, Amſtelodami 1704.* & *1710. f.* duobus Voluminibus.

§. IV.

De *Principibus Ebræorum* egit CHRISTIANVS NOLDIVS, cuius *Hiſtoria Idumæa*, quæ *Franecke-*

neckeræ prodiit *1660. 12.* atque nouæ Editioni *Iosephi*, quæ cura *Hauercampi* prodiit, addita. Erudita eſt atque Herodes bene diſtinguit. De *Nummis Herodiadum* egregie egit IOANNES HARDVINVS in *proluſione chronologiæ ex nummis reſtitutæ*, *Pariſiis 1693. 4.* CLAVDII SALMASII extat *epiſtola ſuper Herode infanticida*, *Antwerpiæ 1648. 8.* Sic etiam IOANNIS GARCAEI habemus *narrationem de infanticidio Herodis M. & eiusdem genealogia*, *Wittebergæ 1665. 8.*

§. V.

De *Iure Regio Ebræorum*, expoſuit WILHELMVS SCHICKARDVS, quo omnem politiam, ſtatum & mores deſcripſit, *Argentorati 1625. 4.* & cum eruditis animaduerſionibus & Notis *Ioannis Benedicti Carpzouii*, *Lipſiæ 1674. 4.* De *Legibus Hebræorum*, *Ritualibus & ear. rationibus*, Libros Tres varia & electiſſima eruditione plenos, ob ſingulares tamen in perueſtigandis inſtitutorum Moſaicorum rationibus, doctrinas caute legendos compoſuit IOHANNES SPENCERVS *Cantabrigiæ 1685. f. Hagæ Comitum 1686. 4.* & *Lipſiæ* ſ. *Halæ Saxonum 1705. 4.* atque cura & cum annotationibus LEONHARDI CHAPPELON *Cantabrigiæ 1727. f.* quæ editio deinde *Tubingæ* recuſa. De *Legibus* vero *Hebræorum forenſibus* commentatus CONSTANTINVS l' EMPEREVR, *Lugd. Bat. 1637. 4.* PAVLVS SHERLOGVS in *antiquitatibus Ebraicis* de Ebræorum Republica & antiquitatibus Biblicis egit, *Lugduni 1651. f.* BENEDICTVS ARIAS MONTANVS *in Antiquitatum Iudaicarum* Libris IX. *Lugduni Batauorum 1603. 4.* ex officina Plantiniana, in quibus præter Iudææ, Hieroſolymorum, & Templi Salomonis accuratam delineationem præcipui ſacri & profani gentis ritus deſcri-

ſcribuntur. Huc faciunt quoque IACOBI BOVLDVCCII Libri Tres, quorum Titulus: *quis ordo Eccleſiæ a mundi principio vſque ad Moſen, quæ templa, quæ ſacrificia, qui ritus, Lugduni 1627. 8.* THOMAE GODWINI *Moſes & Aaron*, ſeu ciuiles & eccleſiaſtici ritus antiquorum Ebræorum, *Oxonii 1616. Lugd. Bat. 1690.* & cum commentariis *Ioannis Henrici Reitzii, Bremæ 1694. 8.* Acceſſerunt HERMANNI WITSII *diſſertationes duæ de Theocratia Iſraelitarum, & de Rechabitis.* Inter omnes tamen maxime copioſus eſt IOANNES LVNDIVS, opere quod vernaculo idiomate inſcripſit: *die alten Jüdiſche Heiligthümer, Gottesdienſte und Gewohnheiten*, obſtetricante *Caſpare Sandhagen, tribus Tomis* in 8. primum editum, inde cura *Henrici Muhlii* ex auctoris MSCto *V. Tomis* editum *Hamburgi 1701. f.* Quorum primus de Tabernaculo ſancto, ſecundus de Templo Hieroſolymitano vtroque. Tertius de Pontifice maximo & reliquis Sacerdotibus Leuiticis; quartus de Leuitis, & quintus de cultu antiquorum Ebræorum publico agit. Certe a nemine Iudæorum antiquitates tanta cura videmus deſcriptas, licet etiam multos in hoc opere adnotarent defectus eruditi. Taceo iam Buxtorfii, Seldeni aliorumque opera, qui ex ipſis Rabbinorum ſcriptis ſua congeſſerunt, cum ſaltim qui ad Hiſtoriam ex parte faciunt, hic indicaſſe ſufficiat.

CAPVT

CAPVT DECIMVM

DE SCRIPTORIBVS RERVM ORIENTALIVM ATQVE ASIATICARVM.

§. I.

Historiam *Orientis*, ex quo in reliquas mundi plagas incolæ dissipati fuerunt, adgredimur. Succinctam Introductionem in notitiam Regnorum Statuumque *Orientis* præbet ad methodum *Pufendorfianæ* Introductionis *anglice* scripta: *An Introduction to the History of the Kingdoms and States of Asia, Africa and America, London 1705. 8.* in germanicum idioma translata & *Pufendorfio* addita *Francofurti 1707. 8.* Singu-

Singulariter laudanda inde IOANNIS BAPTISTAE GRAMMAYE *Asia*, seu *Historia vniuersalis Asiaticarum gentium & rerum domi forisque gestarum, Coloniæ 1529. 4. & Antwerpiæ 1604. 4.* quod opus insigne multo iudicio expositum atque vtilissimum. Nec contemnendæ cum incerti Auctoris, Socii Iesu, *Asiæ Noua Descriptio, in qua præter Prouinciarum situs & Populorum mores, mira deteguntur & hactenus inedita, Lutetiæ Parisiorum 1656. f.* tum DAPPERS *Beschreibung von Asien Noribergæ 1681. f.* Asiam Portugallicam descripsit in *Asia Portuguesa*, MANVEL *de* FARIA *de* SOVSA, *Lisboa f.* quam tamen nunquam vidi, fit eius mentio in *Journal des Sçavans* a. 77. p. 19. 221. Ad *Geographiam* potius facit IACOBI GASTALDI *Asiæ descriptio*, tribus partibus constans, cum nominibus locorum antiquis & nouis, *Venetiis 1561. f.* & BARTHOLDI NIHVSII *Chronographia nonnullarum Asiæ Prouinciarum*, nempe Assyriæ, Mesopotamiæ, Babyloniæ, Syriæ, Palæstinæ, Arabiæ, Troglodyticæ, *Coloniæ 1658. 8. Historiam rerum in Oriente gestarum ab exordio mundi* habemus ex recensione *Francisci Modii, Francofurti 1587. f.* Faciunt huc etiam MARCI PAVLI VENETI *de Regionibus Orientalibus* Libri Tres, quibus Itinera sua in Tartariam, Asiam, Chinam, Indiam aliasque Orientis regiones describit. Edidit illos *Andreas Müllerus*, collatos quidem cum MSCto Codice Bibliothecæ Berolinensis, atque adiecit HAITHONI, Armeni, *Historiam Orientalem*, quæ etiam de *Tartaris* inscribitur, atque singularem suam de Chataya Disquisitionem. Tales narrationes & itinera vetustiora in Asiam gallice versa prostant in collectione, quæ inscripta: *Voyages faits en Asie*, par BENIAMIN de TVDELE, *Jean du* PLAN CARPIN, *N.* ASCELIN, *Guillaume de Rubri-*

Rubriquis, *Marc* PAVL HAITON, *Jean de* MANDEVILLE *& Ambroise* CONTARINI, *avec l'Histoire des Sarasins & des Tartares*, *par* PIERRE BERGERON, *à la Haye 1735, 4. 2. Voll.* Sic etiam habemus ABRAHAMI ECCHELLENSIS *Chronicon Orientale*, *Amstelodami 1651. 4.* Ex recentioribus insignem rebus *Asiaticis* lucem attulit *Mesopotamiæ* maxime, eruditissimus Vir THEOPHILVS SIGEFRIDVS BAYERVS *Historia Osrhœna & Edessena ex numis illustrata*, *Petropoli 1734. 4. mai.* in qua Edessæ Vrbis, Osrhœni regni, Abgarorum Regum, Præfectorum Græcorum, Arabum, Persarum, Comitum Francorum successiones, fata, res aliæ memorabiles, a prima origine Vrbis, ad extrema fere tempora, solidissime explicantur.

§. II.

Ad *Palæstinæ* Historiam faciunt: BVRCHARDI Monachi *Descriptio Locorum Terræ sacræ* & BARTHOLOMAEI de SALIGNIACO *Itinerarium S. Scripturæ*, qui separatim alias extant, postea in Historia Orientali Reineri Reineccii qua *antiquum Chronicon Hierosolymitanum* idem Reineccius edidit *Helmstadti 1584. 4.* ADAMANNI Scoto-Hiberni, Abbatis de *Situ Terræ Sanctæ & quorundam aliorum locorum*, *vt Alexandriæ & Constantinopoleos* Libros Tres, primum in lucem protulit IACOBVS GRETSERVS, qui & eorum Librorum Breuiarium, Breuiatore venerabili *Beda* addidit *Ingolstadii 1619. 4.* Inter Recentiores haut contemnenda est PETRI MARTYRIS *Historia Palæstinorum, Tyriorum & Sidoniorum*, quæ prodiit *Tiguri 1595. 4.* Egregia quoque CHRISTOPHORI HEIDMANNI *Palæstina*, quæ sæpius est edita, recentior est, quæ *Guelferbyti 1665. 4.* cum Notis *Henrici Ernstii* prodiit, in hanc enim

ex probatiſſimis Scriptoribus collegit quæ neceſſaria. IOANNIS QVISTORPII *Nebo*, vnde tota perluſtratur terra ſancta, *Roſtochii 1663. 12.* breue tantum compendium eſt, ſed accuratum. ANSELMI Deſcriptio Terræ ſanctæ & GVILIELMI de BALDENSOEL *Hodœporicon in Terram ſanctam*, extant in Tomo quinto Lectionum antiquarum Caniſii. VINCENTII BEROLINI *Hiſtoria dell' antica e moderna Palæſtina*, *Venetiis 1642. 4.* IOANNIS BISSELII *Topotheſia Palæſtina*, *Ambergæ 1659. 12.* IOANNES PHOCAS *de locis Antiochiam inter & Hieroſolymam*, *nec non Syriæ*, *Phœniciæ*, *Palæſtinæ*, græce & latine, *Coloniæ 1653. 8.* in *Leonis Allatii* συμμίκτοις. Sic etiam habemus ADRIANI & CHRISTIANI ADRICHOMIORVM *Theatrum Terræ Sanctæ*, *Coloniæ 1590. f.* & *1612. f.* Plenior vero eſt, ſed multa moralia admixta habet FRANCISCI QVARESMII *Hiſtorica, Theologica & Moralis Terræ S. Elucidatio*, *Antwerpiæ 1639. f.* duobus Voluminibus, quibus ſimul ſtatus Geographicus Palæſtinæ deſcribitur. Omnium vero optima & accuratiſſima HADRIANI RELANDI *Palæſtina ex monumentis veteribus illuſtrata*, cuius optima Editio *Traiecti 1714. 4.* recuſa *Norimbergæ 1716. 4.* cum Tabulis Geographicis. Huc quoque altera Pars *Aſiæ* OLFERTI DAPPERI pertinet, quæ inſcribitur: *Neue Beſchreibung von gantz Syrien*, *Palæſtina*, *heiligem Lande &c.* & belgice primum edita *Amſtelodami 1677. f.* poſt germanice verſa *durch Iacob von Meurſen*, *Amſtelodami 1681. f.* cum figuris æneis præſtantiſſimis, qua non ſitus ſolum locorum, ſed etiam ipſa loca ſacra, mores & ritus incolarum egregie deſcribuntur. Iungatur, quæ curioſe ſcripta: *Voyage de Syrie & du Mont Liban* par *de la* ROQVE *a Amſterdam 1723. 12. 2. Voll.* quo incerta multa & fabuloſa ſuſtu-

sustulit & emendauit. Ad *Palæstinæ* notitiam faciunt etiam *Itineraria Terræ sanctæ*. Antiquissima fere sunt BERNHARDI de BREIDENBACH Decani & Camerarii Ecclesiæ Moguntinæ *Peregrinatio in Palæstinam* latine *Moguntiæ 1486. f. gallice f.* eod. forte tempore & loco, & germanice *Augustæ Vindelicorum 1488. f.* & iterum *Spiræ 1502. f.* Varia variorum Itineraria in vnum Corpus collegit Bibliopola Francofurtanus SIGISMVNDVS FEYERABEND *im Reiß - Buch oder Beschreibung des H. Landes, Franckfurt 1584. f.* quo sequentes: MARTINI *a* BAVMGARTEN *Peregrinatio in Aegyptum, Arabiam, Palæstinam & Syriam Noribergæ 1594. 4. Ruperti* Abbatis Bergensis Descriptio Expeditionis *Godofredi Bullionei*, Itineraria: *Alexandri* Comitis Palatini & *Ioannis Ludouici Nassouii*, *Bogislai* X. Ducis *Pomeraniæ*, *Iohannis* Comitis *Solmensis*, descriptum per Bern. de *Breitenbach*, *Felicis* Monachi *Vlmensis* Descriptio Itineris variorum Nobilium; *Alberti* Comitis *Lœwensteinensis*; *Iacobi VVormbsteri*; *Stephani Gumpenberg*; *Melchioris* de *Seydliz*; *Ioa.* de *Ehrenberg*; *Leonbardi Rauchwolffen*; *Iohannis Tuchers*; *Ioannis Helffrich*; *Danielis Ecklin von Arow*; *Ioannis de Monte villa*; *Rudolphi Kirchherrn zu Suchen in VVestphalen*; F. *Burcardi* Descriptio Terræ Sanctæ qualis circa a. 1283. fuit, continentur. *Itinera a sex diuersis Saxoniæ Electoribus* & Ducibus Alberto Animoso, Ernesto, Friderico III. Henrico bis & Iohanne Georgio I. *in Italiam & Palæstinam facta* collegit BALTHASAR MENCIVS *VVitebergæ 1611. 8.* Curiosa & non semper obuia est NICOLAI CHRISTOPHORI RADZIVILI Ducis Olicæ & Niesuisii Palatini Vilnensis & Militis Hierosolymitani *Ierosolymitana Peregrinatio*, primum a *Thoma Tretero* custode Varmiensi ex Polonico sermone in latinum trans-

lata, dein varie aucta & correctius in lucem edita *Antwerpiæ 1614.* ex Officina Plantiniana *f.* Rarum est IOANNIS COTOVICI *Itinerarium Hierosolymitanum* & *Syriacum*, *Antwerpiæ 1619. 4.* CHRISTOPHORI FÜRERI *Reise ins gelobte Land*, *Nürnberg 1621.* & *1646. 4.* MELCHIORIS von SEIDLITZ *gründliche Beschreibung der VVahlfart nach dem heiligen Lande*, *Görliz 1580. 4.* PETRI della VALLE *Reise-Beschreibung in Türckey*, *Aegypten*, *Palæstina &c. Genff 1674. f.* GABRIEL BREMOND gallico sermone *Peregrinationes* suas in Aegyptum & Palæstinam descripsit, quæ postea in Italicum translatæ prodierunt *Romæ 1674. 4.* Optimum vero est Itinerarium FELICIS BEAVGRAN *Relation nouvelle & tres-fidelle de la Terre Sainte, dans laquelle se voit tout ce qu'il y a de remarquable, à Paris 1700. 8.* Cum voluptate quoque leguntur *Voyages* du *Sieur* PAVL LVCAS dans *la Turquie, l' Asie, Syrie, Palestine, haute & basse Egypte, Rouen 1724. 12. 3. Voll. la* ROQVE *Voyage de la Palestine à Paris 1717. 12.* eiusdemque *Voyage de l' Arabie heureuse à Amsterdam 1716. 12.* & quæ nitidissimis exornata figuris æneis *Voyage au Levant, c' est à dire dans les principaux endroits de l' Asie mineure dans les Isles de Chio, Rhodes & Chypre &c. de même que dans les plus considerables Villes d' Egypte, de Syrie & de la Terre Sainte*, par CORNEILLE *le* BRVN, *à Paris* siue potius in Belgio, *1714. f.* & iterum à *Paris & a Rouen 1725. 4.* Quædam ad res *Maronitarum* illustrandas facientia referuntur in *Voyage du Mont Liban traduit de l' Italien du R. P.* IEROME DANDINI *avec des Remarques* par R. S. P. (Richard Simon) *a Paris 1685. 12.* Hæc autem non solum loca sacra describunt, sed etiam statum politicum, mores & reliqua quæ necessaria. *Samaritanæ Historiæ Collectanea*

nea

nea edidit CHRISTOPHORVS CELLARIVS, *Citzæ 1688. 4.* quibus præter res Geographicas, politica, religio & res litteraria gentis explicantur. Prodierunt quoque *epistolæ Samaritanæ Sichemitarum ad Iobum Ludolfum*, cum eiusdem verſione & adnotationibus, *Citzæ 1688. 4.*

§. III.

Ad Hiſtoriam *Palæſtinæ* pertinent quoque *Expeditiones cruciatæ.* Scriptores veteres hasce Expeditiones memorantes exhibent: *Geſta Dei per Francos, ſiue Orientalium Expeditionum & Regni Francorum Hieroſolymitani Hiſtoria*, Tomi II. *Hanouiæ 1611. f.* IACOBO BONGARSIO debemus hoc opus, rarum iam in tabernis librariis & ſumtuoſum. Hos inter præcipuam partem faciunt WILHELMI TYRII *Hiſtoria Belli ſacri*, XXIII. Libris comprehenſa, ſingillatim opera *Philiberti Poyſſenoti Baſileæ 1549. f.* edita, quæ maxime ad ſupplementum chronici Hieroſolymitani facit, atque res in Palæſtina geſtas vsque ad Balduinum IV. deſcribit, cuius prudentiam, pietatem & in ſcribendo veritatem omnes prædicant, & MARINI SANVTI dicti TORSELLI *Liber Secretorum Fidelium Crucis*, quo modos docet, quibus & recuperari & conſeruari poſſit Terra ſancta, hiſtoricis & politicis exemplis illuſtrata. Reliqua ſcripta, quæ in hoc Opere continentur, ſunt: *Anonymi Geſta Francorum & aliorum Hieroſolymitanorum*; ROBERTI Monachi *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ Libri* IX. BALDRICI *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ* Libri IV. RAIMONDI de AGILES *Hiſtoria Francorum, qui ceperunt Iheruſalem*, ALBERTI *Aquenſis*, *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ expeditionis Godofredi de Bullione Libri XII.* FVLCHERI *Carnotenſis*, *Geſta peregrinantium Francorum, cum armis Hieruſalem*

pergentium. GAVTERII *Bella Antiochena.* GVIBERTI Abbatis, *Historia Hierosolymitana.* Anonymi, *Gesta Francorum expugnantium Hierusalem.* IACOBI de VITRIACO Acconensis Episcopi *Historia Hierosolymitana* Libri III. Eiusdem *Epistola missa in Lotharingiam de Captione Damiatæ.* AVCTORIS INCERTI *Historia Hierosolymitana. Regum & Principum Epistolæ.* OLIVERI, Scholastici Coloniensis, *de captione Damiatæ ad Engelbertum Coloniensem Archi-Episcopum. Bulla Innocentii IV. in qua inseruntur nonnullæ Literæ R. Vngariæ, Ludouici Francorum Regis de captione & liberatione sua* Epistola. *Regis* huius *Canonisatio.* Tomo II. laudati iam *Marini Sanuti Torselli, Liber Secretorum* ipsiusque Epistolæ exhibentur. Hi autem Scriptores antea ex parte separatim prodierant. Alii sunt qui in hac Collectione non reperiuntur: BENEDICTVS de ACCOLTIS, qui Libros IV. scripsit *de Bello a Christianis gesto pro Iudæa & S. Sepulcro recuperandis, Venetiis 1532. 4. Francofurti 1573.* & cum Notis *Thomæ Dempsteri, Florentiæ 1623. 4.* PETRI ANGELII *Hierosolyma, h. e. Expeditio Christianorum Principum, Venetiis 1616. 4. Florentiæ 1591. 4. Friderici I. Expeditio Asiatica* extat in Tomo Quinto Lectionum antiquarum Canisii. BASILII IOANNIS HEROLDI *Libri VI. de Bello sacro, Basileæ 1560. f.* PETRI d'OVLTREMANS Tractatus *de Vita Petri Eremitæ*, qui belli sacri auctor & dux fuit, & Tractatus de posterioribus Cruciatis ad recuperationem terræ sanctæ, gallice, *Valentiæ 1632. 8.* Nec omitti debet LVDOVICI MAIMBVRGII *Histoire des Croisades, à Paris 1675. 4.* & *à Amsterdam 1685. 12. 4. Voll. De Militia sacra Ducum & Principum Brabantiæ*, commentatus IOANNES MOLANVS, qui Liber de omnibus Bellis religionis caussa a Bra-

ban-

bantiæ Ducibus gestis exponens, ex parte huc facit, adiectis ad Historiæ illustrationem Annotationibus *Petri Louwii* editus *Antwerpiæ* ex *Officina Plantiniana*, *1592. 8.* *De sacris* vero *Galliæ Regum in Orientem expeditionibus* extat nobilis Commentatio historica V. C. IOANNIS DANIELIS SCHOEPFLINI, *Argentorati 1726. 4.* *Historiam Vrbis & Regni Hierosolymitani*, breuiter exposuit CHRISTOPHORVS BESOLDVS, *Argentorati 1636. 12.*

§. IV.

Persicarum Rerum Scriptores in vnum volumen congesti prodierunt *Francofurti 1601. f.* apud Wæchelios. Quo continentur: 1. PETRI BIZARI *Persicarum rerum Historia*, quæ optima est, quæque antea *Antwerpiæ 1583. f.* prodiit. 2. HENRICI PORSII *de bello inter Murathem III. Turcarum, & Mehemetem Hodabende, Persarum regem gesto, breuis & vera narratio* separatim excusa *Francofurti 1583. 8.* 3. PHILIPPI CALLIMACHI EXPERIENTIS *de bello Turcis inferendo Oratio*; 4. Eiusdem *de his, quæ a Venetis tentata sunt Persis ac Tartaris contra Turcos mouendis, historia*, & Appendice, quam ex Italica latinam fecit IACOBVS GEVDERVS *ab Herolzberga*, in qua 5. IOSEPHI BARBARI & AMBROSII CONTARENI *Legatorum Reipublicæ Venetæ Itineraria Persica*, 6. IOANNIS THOMAE MINADOI *Belli Turco-Persici historia* & ANONYMI cuiusdam *Belli eiusdem descriptio*. Successionem *Persarum* regum medii æui descriptam habemus in *Tarich*, siue serie regum, ab *Ardschir Babekan* vsque ad *Iazdirgedem* a *Caliphis* expulsum per annos fere 400. ex fide MSti voluminis. Eandemque historiam WILHELMVS SCHICKARDVS commentario &

indice ornauit *Tubingæ 1628. 4. Icones Persiæ Regum* expressit & commentario illustrauit IOANNES IACOBVS BOISSARDVS, *Heidelbergæ 1665. 4. Persiam, seu Regni Persici Statum, variaque itinera in atque per Persiam* cum aliquot Iconibus incolarum dedit IOANNES de LAET, *Lugduni Batavorum 1633.* & iterum *1647. 24.* cuius *Parte Prima, Topographia*, Cœli solique qualitates, Populorum ingenia, mores, Religio Persarum, Regimen Politicum; *Altera* vero Excerpta variorum Itinerariorum, Anglorum maxime exhibentur. Singularia multa annotauit, moresque Persarum veterum elegantissime illustrauit, qui *Historiam Religionis veterum Persarum* exposuit THOMAS HYDE, *Oxonii*, ex Theatro Scheldoniano *1700. 4.* Opus multæ industriæ atque eruditionis, in quo Magorum historia, philosophia & sacra mystica explicantur, originale Orientalis Sybillæ mysterium recluditur atque Magorum liber Sadder e Persico traductus exhibetur. De *Statu Ecclesiæ* vero in *Regno Persico* breuiter egit MATTHIAS DRESSERVS *Wittebergæ 1598. 8. Ephemerides Persarum per totum annum*, e libello arabicè, persice & turcice scripto versas, latine & quinque Commentariorum libris illustratas edidit MATTHIAS FRIDERICVS BECKIVS *Augustæ Vindel.* 1695. 1696. f. Geographiam & mores Persarum egregie quoque commemorauit ADAMVS OLEARIVS *Itinerario Persico, Beschreibung der Reise nach Moscau und Persien*, cuius tertia & locupletior Editio *Slesuici* prodiit *1663.* & *1671 f.* Accessit IOHANN ALBRECHT von MANDELSLO *Morgenlændische Reise - Beschreibung* cum Annotationibus *Adami Olearii* iterato edita *Schleßwig 1668. f.* Egregia est SAMSONII *Voyage ou Relation de l' Etat present du Royaume de Perse, à Paris 1695.*

1695. 12. atque a *Christiano Iunckero* in germanicum idioma versa, qua Regem, eiusque aulam, statum Regiminis atque Religionis describit. Elegantissimum IOHANNIS CHARDINI Itinerarium siue *Journal du Voyage en Perse & aux Indes Orientales par la Mer Noire & par la Colchide à Londres 1686. f.* quæ Editio *Primum Tomum* habet, *& Amstelodami 1686. 12.* 2. Voll. *ibid. 1711. 4. 3. Voll.* & tertium *ibid. 1711. 12.* quartum *à Amsterdam 1735 4.* IV. Voll. cum figuris æneis, quæ locupletior est & optima. IOHANNIS FREYER *Negenjaarige Reyse door Oost - Indien en Persien Graven - Haag 1700. 4.* & plenæ obseruationum curiosarum & imaginum splendidissimæque CORNELII le BRVN *Voyages par la Moscovie en Perse & aux Indes Orientales, a Amsterdam 1718. f.* 2. Voll. Nec prætermittenda *L'Ambassade de D.* GARCIAS de SYLVA FIGVEROA *en Perse* ex Hispanico in Gallicum sermonem translata per *Wicquefortium, Parisiis 1667. 4.* Relatio est ex Diario *Figueroæ* desumta, qui anno 1614. mittebatur in Persiam pro stabiliendo rerum Persicarum commercio ex Ormus, exclusis reliquis nationibus. Describuntur in eadem non solum situs & mores, sed etiam varia memorabilia. Inter hæc Ruinæ Chilminaræ, siue Palatii *Persepolitani*, Historia captæ *Ormus* & alia. IOANNIS præter ea VPMARCK Dissertatio extat de *Statu Persarum in Oriente, Vpsaliæ 1705. 8.* Recentiores & maxime memorabiles in Imperio Persico rerum conuersiones, rebellionemque gentis *Aghwanæ* ac tyrannorum *Mir Avis, Mahmoudi*, ac *Escherefi*, fataque Regis *Hussein* & *Thamas* exponuntur in Commentariis arabice scriptis & appellatis: *Chronicon Peregrinantis*, quod primum *Constantinopoli, 1142.* vel A. C. *1728. 4.* in typographia noua, lucem vidit, de arabico in

 lati-

latinam conuerſum opera & ſtudio V. C. *Io. Chriſtia Clodii*, *Lipſiæ* 4. recuſum. Ex hoc fonte ſua deduxit, qui recentiſſimas Perſici imperii viciſſitudines ſimul addidit pſeudonymus auctor PHILANDER *von der* QVELLE *in Herkunfft, Leben und Thaten des Perſianiſchen Monarchens Schach Nadyr vormahls Kuli-Chan*, *Lipſiæ* 1738. 8.

§. V.

Chinenſium Hiſtoria quo clarior, eo magis occupauit Scriptorum ingenia. *Geographiam*, atque ciuilem ſtatum videmus primum in *Chinæ Deſcriptione*, quæ duobus Voluminibus prodiit anglicè, *Londini* 1666. *f.* In eruditiſſimi Viri THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI *Muſeo Sinico*, *Petropoli* 1730. 8. edito & ad pernoſcendam linguam Sinicam maxime comparato, inſunt *Tomo Secundo*, Diatribæ quædam *de Originibus Sinicis*, vbi *Abdallæ Beidavæi Annales Sinicos* illuſtrat, & hiſtoriam ac chronologiam *Sinicam*, ex libri Sinici verſione, notis ſtipata, tradit. Itinerarium vetus per Indiam & *Chinam*, ſcriptum nono Seculo a duobus Mahometanis, ex Arabica lingua in gallicam traductum, ab *Euſebio Renaudoto* adiectis eius annotationibus prodiit ſub titulo: *Anciennes Relations des Indes*, &c. *à Paris* 1718. 8. Alia *Deſcriptio Regni Chinenſis* prodiit *Lugduni Batauorum* 1640. & 1663. 24. LVDOVICI GEORGII *Deſcriptio noua Chinæ*, *Antwerpiæ* 1584. *f.* MARCI HENNINGI *Hiſtoria noua & vera de ampliſſimo regno Chinæ*, *Francofurti* 1599. 8. & quæ ſane accuratiſſima MARTINI MARTINII *China illuſtrata*, *Amſtelodami* 1649. *f.* IOHANNIS CHRISTOPHORI WAGNERI *mæchtiges Kayſer-Reich Sina und die Aſiatiſche Tartarey*, *Auguſtæ Vindelicorum* 1689. *f.* Germanice prodiit *Beſchreibung des Königreiches China*

mit

mit seinen XV. Prouintzen, *Franckfurt 1580. 4.* *Belgico* sermone primum prodiere, post in *gallicum* & *germanicum* translatæ narrationes de Legationibus *Belgarum* ad Imperatorem Tartaro Sinicum, germanice inscriptæ: IOHANN NEVHOF *Gesandschafft der Ostindischen Gesellschafft in den vereinigten Niederlanden an den Tartarischen Cham und nunmehr auch Sinischen Keyser* ab a. *1655*. ad 1657. ex editione *secunda* locupletata *Amsterdam 1669. f.* & EIVSDEM: *Gedenckwürdige Verrichtung der Niederlændischen Ost-Indischen Gesellschafft in dem Kayserreich Taising*, *oder Sina durch ihre zweyte Gesandschafft a. 1662. seqq. als auch die dritte Gesandschafft an Konchi Sinischen und Ost-Tartarischen Keyser*, *Amsterdam 1675. f.* cum figuris æneis nitidissimis. Præter memorabilia harum legationum, situs prouinciarum, vrbes, moresque incolarum multa cura describuntur. Historiam & statum *Chinæ*, successionem Regum & similia alii descripserunt. IOANNIS GONSALVI *de* MENDOZA *Historiam* habemus *de regno Chinæ*, *Francofurti 1589. 4.* & italice *Romæ 1585. f.* Antiquiorem *Sinicæ* Historiæ Periodum exposuit MARTINVS MARTINIVS *Sinicæ Historiæ Decade prima*, decem libris constante, *Monachii 1658. 4.* *& Amstelodami 1659. 8.* Iungenda ALVAREZ SEMEDO *Histoire universelle de la Chine avec la Guerre de Tartares* par MARTIN MARTINI, *à Lyon 1667. 4.* Egregia est Patris GABRIELIS de MAGAILLANS *Descriptio Chinæ*, quam iussu patris Fiertado, Vice-Prouincialis Sinensis conscripsit Portugallico sermone, quæ postea gallice prodiit sub Titulo: *Nouvelle Relation de la Chine*, *contenant la Description des particularités les plus considerables de ce grand Empire*, *traduite de Portugais en François par le Sr. B. à Paris 1688. 4.* Hac autem principalis vrbs *Pekin*, Historia & Politia accurate

curate describuntur. Insignes sunt & vtilissimæ *Nouveaux Memoires sur l' Etat présent de la Chine* par le P. LOUIS *le* COMTE, *Paris 1696. 12.* & ex Tertia Editione *Amsterdam 1698. 12. 2. Voll.* Auctor vnus ex sex illis Patribus est, quos *Ludouicus XIV.* Galliarum Rex in regnum *Siam*, indeque ad Sinas, promouendæ ibidem religionis & studiorum Mathematicorum caussa miserat. In his autem non solum progressum Christianismi, sed etiam statum & memorabilia Regni accuratissime describit. *Breuem Chronologiam Sinensium* exhibentem omnes Imperatores *Chinenses*, a prima, quam putant, mundi origine vsque ad annum 1696. deductam & extractam ex Catechesi quadam Chinensi, imprimi fecit atque germanice vertit, CHRISTIANVS MENTZELIVS, in *kurzer Chinesischer Chronologia, Berolini 1696. 4. Tabula Chronologica Monarchiæ Sinicæ a* PHILIPPO COVPLET S. I. concinnata, edita est *Viennæ 1703. 12.* ANDREAS MÜLLERVS *in Hebdomade Obseruationum de rebus Sinicis*, religionem Sinensium & epitomen historicam deduxit, *Berolini 1674. 4.* ATHANASIVS KIRCHERVS *in China Monumentis Sacris & Profanis, nec non Naturæ & Artis spectaculis illustrata, Amstelodami 1667. f.* memoranda Sinensium ita enarrat, vti fieri potest ab homine, qui ipse cuncta non inspexit, cum *Kircherus* nunquam in Chinam venerit. Omnes hos superauit, qui ex obseruationibus ac commentariis cum Chinensium, tum maxime Missionariorum e Societate Iesu, qui incredibilem adhibuerunt industriam, summo studio & accuratione additis Mappis nitidissimis curatissimisque, de rebus Chinensibus exposuit IE. BAPTISTE *du* HALDE S. I. opere splendido; *Description Geographique, historique de l' Empire de la Chine, à Paris 1735. fol. mai IV. Tomis*, recuso *à la*

Haye

Haye 1736. 4. IV. Voll. quibus omnia ea, quæ suo æuo circa geographica, historica, chronologica, politica & physica Imperii & Tartariæ *Chinensis* obseruari potuerunt, solerter annotauit, Mappisque generalibus & specialibus harum terrarum, nec non *Thibethi* ac *Coreæ* illustrauit, multisque figuris æri incisis eleganter exornauit. MICHAEL BAVDIER edidit *Histoire de la Cour du Roy de la Chine*, *Bruxellis 1608. 12.* Cum vero Seculo XVII. *Tartari Occidentales*, *Chinam* sibi subiicerent, illud *Bellum Tartaricum* appellatur, quod separatim ab An. 1616. vsque ad an. 1651. gestum enarrauit MARTINVS MARTINIVS, de *Bello Tartarico Historia*, *Coloniæ 1654. 12. Antuerpiæ 1654. 8.* & sub titulo: *Regni Sinensis a Tartaris euastati Historia*, *Amstelodami 1661. 12.* Idem præstitit IOHANNES PALAFOXIVS (D. *Juan de* PALAFOX) *Histoire de la Conquête de la Chine* [illegible] *Hispanice* primum scripta, post anglice ver[illegible] *1670. 8.* & gallice, *Parisiis 1670. 8.* prodiit. [illegible]tur Relationes Iesuitarum, nimirum [illegible] GRESLON *Histoire de la Chine sous la D*[illegible] *des Tartares depuis 1651. jusqu' en* [illegible] *1670. 8.* & FRANCISCI de ROVGE[illegible] *ria Tartaro-Sinica ab An. 1660. ad* [illegible] *nii 1673. 8.* atque qui memoratos [illegible]it, resque has omnes plene me[illegible] IOSEPHVS Aurelianensis, (le P. [illegible] *stoire des deux Conquerans Tarta*[illegible] *ge la Chine*, *à Paris 1688. 12.* [illegible] initium facit a Tartarorum i[illegible]cta & per LX. annos durante, [illegible] irruptionem Regis Sunte, [illegible]rium Chunchi Sunte F. & [illegible] chi F. describit. Iung[illegible] *quete de la Chine par les* [illegible]

GRIMALDI, aliorumque Opuscula minora, quibus potissimum status Christianismi recentior describitur. Talia quoque exponuntur in *Histoire de l'Edit de l'Empereur de la Chine, en faveur de la Religion Chretienne* par P. CHARLES *le* GOBIEN *à Paris 1698. 12.* Cum autem Iesuitæ Sinensibus cultum *Confucii* & defunctorum concederent, quo eo plures sibi deuincirent, idem GOBIENVS & priori libello subiunxit: *Eclaircissement donne à Monseigneur le Duc du Maine sur les honneurs, que les Chinois rendent à Confucius & aux Morts à Paris 1698. 12.* quo demonstrare voluit, cæremonias ciuiles tantum esse, quæ a cultu religioso quam longissime absint. Prodiit postea *Historia Cultus Sinensium, seu varia scripta de cultibus Sinarum, oblata Innocentio XII. Pontifici Maximo, Coloniæ 1700. 8.* Collectio autem est variorum scriptorum de cultibus Sinarum inter vicarios apostolicos Gallos, aliosque missionarios & Patres S. I. controuersis, quæ Innocentio XII. & Congregationi Cardinalium dirimendæ caussæ præpositis fuerunt oblata. Secuti in hac caussa varii libelli nimirum: *Acta Causæ Rituum seu Ceremoniarum Sinensium, Romæ* ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ *4.* paucis pagellis. *Obseruationes circa Expositionem Rituum Sinensium factam S. Congregationi, primum Italice nunc Latine impressæ*, sine loci mentione *1710. 8.* *Breuem Relationem de numero & qualitate Christianorum apud Sinas* suo tempore dedit MARTINVS MARTINIVS Viceprouinciæ Sinensis Procurator, quæ iuxta Exemplar Romanum impressa *Coloniæ 1655. 12.* Sociorum Iesu circa cultus diuini rationem ausui contrarius IOANNES MAVRITIVS, primum Frater Ordinis Prædicatorum, postea Reformatæ Religioni addictus libro belgice scripto: *Afgoden Dienst*

Dienſt der Ieſuiten ſ. de *Idololatria Ieſuitarum in Regno Chinæ, Amſtelodami 1711. 8.* PHILIPPVS COVPLET S. I. ſed omiſſo nomine, edidit: *Hiſtoire d'une Dame Chrêtienne de la Chine, quæ multum ad promotionem Chriſtianismi attulit, a Paris 1688. 12.* qua varii modi, quibus vſi fuere Ieſuitæ, adducuntur, eademque occaſione etiam de moribus gentis, de ſtabilimento religionis & de exercitiis Pietatis nouitiorum eius regionis Chriſtianorum, tractatur. Memoriis quoque Treuoltienſium variæ epiſtolæ, ſtatum Chriſtianismi apud Sinenſes concernentes fuerunt inſertæ. De *Re Literaria Sinenſium* elegantiſſimus eſt libellus Commentarius THEOPHILI SPIZELII, *Lugduni Batauorum 1660. 12.* in quo Scripturæ pariter ac Philoſophiæ Sinicæ Specimina exhibentur, & cum aliarum Gentium, præſertim Ægyptiorum, Græcorum & Indorum reliquorum literis atque placitis conferuntur. IAPONICI Imperii potentiſſimi res ſtatumque attigit *Le P.* FRANC. CHARDINE *Relation de la Province du Japon, à Paris 1646. 8.* BERNHARDVS VARENIVS dedit *Deſcriptionem Regni Iaponiæ & Siam*, qui & de *Iaponiorum & Siamenſium Religione* commentatus, *Cantabrigiæ 1670. 8.* Omnium vero optima & egregiis obſeruationibus inſtructa *Hiſtoire naturelle, civile & eccleſiaſtique de l'Empire du Japon compoſée en Allemand* par ENGELBERT KEMPFER, *& traduit en François de Jean Caſpar Scheuchzer* elegantiſſimis figuris æneis exornata *a la Haye 1729. f. 2. Voll.* cui adiungenda *Hiſtoire du Japon* par *le* P. *de* CHARLEVOIX *a Paris 1736. 4. 2. Voll.* & *12. IX. Voll.* Varia quoque ad notitiam rerum *Iaponicarum* annotata curioſe in ARNOLDI MONTANI *denckwürdigen Geſandſchafften der Oſt-Indiſchen Geſellſchafft an unterſchiedliche Kayſer von Iapan, Amſterdam 1670. f.*

cum

cum elegantibus figuris, prodiit hæc historia quoque *gallice* a *Leyde 1680. f.* & *ibid. 1686. 12. 2. Voll.* Ex *Epistolis* quoque *Missionariorum*, cumprimis ex Societate Iesu, & latino & gallico alioque idiomate, diuersis temporibus locisque editis, multa curiosa, si cum grano salis legantur ad supplendas ornandasque res *Iaponiæ* peti possunt, quas longa serie recensent, qui de Scriptoribus ecclesiasticis exposuerunt.

§. VI.

In *Asia* quoque occurrit celebre Regnum *Siam.* De quo extat Domini de l' ISLE *Relation historique du Royaume de Siam à Paris 1684. 12.* *Historiam Siamensem Naturalem & Politicam* conscripsit gallice NICOLAVS GERVASIVS (Nic. Gervaise) *Histoire naturelle & politique du Royaume de Siam à Paris 1688. 4.* quæ in quatuor est diuisa partes. Prima de situ & natura regionis exponit; Secunda de Legibus & moribus incolarum; Tertia de Religione; Quarta de Rege, huius familia & aula. Huc pertinet *Voyage de Perse & des Indes Orientales avec les Revolutions arivees du Royaume de Siam* l' An. *1647.* par TH. HERBERT *Paris 1663. 4.* Notius magis redditum Regnum huiusque Status ratio variis Christianissimi Regis Ludouici XIV. Legationibus, cuius Descriptiones prostant. Præclara siquidem est Expositio de suscepta a. 1685. Legatione Equitis de *Chaumont*, ita inscripta: *Relation de l' Ambassade de M. de* CHAVMONT *à la Cour du Roy de Siam avec ce qui s' est passé de plus remarquable durant son Voyage, à Paris 1686. 12.* & *à Amsterdam 1686. 12.* in quo potissimum Status politicus describitur. Accessit postea *Journal, ou suite de Voyage de Siam, à Amsterdam 1687. 12.* auctore L' Abbé *de* CHOI-

SY, qua potiſſimum officia domus regiæ *Siamenſis*, huius etiam & regnorum *Tonquin* & *Cochinchina* Status, nouiſſima fata & mutationes deſcribuntur. In Comitatu Regii Legati erant Patres Societatis Ieſu aliquot, quorum vnus GVIDO TACHARDVS S. I. & *Chaumontii* comes conſcripſit *Voyage de Siam des Peres Ieſuites envoyes par le Roy aux Indes & à la Chine*, avec leurs obſervations, *Paris 1686. 4.* Secutum eſt *alterum Itinerariam, Journal, ou Suite du Voyage de Siam, à Paris 1687. 4.* cuius Auctor Abbas de CHOISY, qui forma Epiſtolarum familiarium ſtilo amœno condidit, recuſum *primum Amſtelodami 1687. 12.* & alterum *1689. 12.* Quæ bina Itineraria, iunctim Editione optima prodierunt ſub elogio: *Voyage de Siam des Peres Jeſuites envoyez par le Roy aux Indes & à la Chine, à Amſterdam 1687. 12. 3. Voll.* Sed cum nouo Rege fortuna quoque Gallorum in eodem regno fuit immutata. Deſcripſit illam cataſtrophen FARGESIVS, Dux copiarum Gallicarum & caſtri Bankok præfectus teſtis oculatus in *Relation des Revolutions arrivees à Siam dans l' annee 1688. Amſterdam 1691. 12.* eademque quomodo Galli *Siamenſi* Regno excedere coacti fuerunt, exponit. Addatur P. d' ORLEANS *Hiſtoire de Mr. Conſtance premier Miniſtre du Roy de Siam & de la derniere Revolution, à Paris 1692. 12.* Præ cæteris vero æſtimari debet Domini *de la* LOVBERE, ablegati Regis Galliæ extraordinarii ad Regem Siamenſem *Relation du Royaume de Siam, en 1687. & 1688.* quæ duobus tomis gallice compoſita prodiit, *Amſterdam 1691. 12. 2. Voll.* cum figuris æneis, qua mores, ſtudia, & religio Siamenſium, atque ipſa Legatio Regis Galliarum egregie deſcribuntur. Finitimum eſt Regnum *Tuncbinenſe*, quod olim prouincia Regni Sinenſium, poſt ſibi pro-

prios

prios Reges constituit. ALEXANDER de RHODES *Tunchinensis Historiæ* Libros duos conscripsit *Lugduni 1652. 4.* quorum altero Regni situm, ortum, statum ciuilem & superstitionem, ritus etiam incolarum, altero progressum Pontificiæ prædicationis Anno 1627. cœptæ apud Tunchinenses satis diligenter exhibet. Presbyter quidam Gallus de BOVRGES edidit *Relation du Voyage de Mr. l' Eveque de Beryte seu relationem itineris Berytiensis episcopi, vicarii pontificii in regno Cochinchinæ, Paris 1683. 4.* & *1666. 8.* in *Belgicum* sermonem translata *Amstelodami 1669. 4.* atque in *Germanicum, Lipsiæ 1673. 4.* quæ accurata. Sic etiam in rebus orientalium atque Asiaticarum prouinciarum notabilis VINCENTIVS BLANC, qui *Itinerarium* scripsit per quatuor Orbis partes ab anno ætatis duodecimo vsque ad sexagesimum, quod gallice prodiit *Parisiis 1648. 4.* belgice *Amstelodami 1554.* cum iconibus, anglice *Londini 1660. f.* Anglus Capitaneus SALMON varias Indiarum Orientalium prouincias Insulasque concinne & accurate, anglico idiomate descripsit, quas expositiones belgice cum annotationibus edidit M. VAN GOCH, germanice vero exhibuit A. H. quas inter: *Beschreibung des großen Kaysertbums China, wie auch der Kœnigreiche Tonquin*, & *Cochin-China*, quæ partem primam Tomi primi facit: *der heutigen Historie oder des gegenwærtigen Staats von allen Nationen*, editi *Altonauiæ s. Hamburgi 1732. 4.* vbi & *Historia Regnorum Siam, Pegu, Arracan* extat edita *1735. 4.* Motus *Golcondenses*, descriptionemque Regni *Araconensis* & *Peguani* deprehendet curiosus lector, in *Voyage to Suratt in the Year* 1689. by I. OVINGTON, *London 1696. 8.* quæ & *gallice* edita *à Paris 1725. 12.*

§. VII.

Tartariae maior pars in *Asia* sita est, quam varii scriptis suis illustrare adgressi. Superius iamdum adduximus MARCI PAVLI VENETI & HAITHONIS ARMENI *Historiam Tartarorum.* Hos aliosque qui itinera ad Tartaros susceperunt eorumque conditionem descripserunt collectos videmus in: *Recueil de divers Voyages curieux faites en Tartarie, en Perse & ailleurs, Leyde 1729. 4. 2. Voll.* Recentiores vero sunt scriptores: MARTINVS BRONIOVIVS *Descriptionem Tartariae* dedit *Coloniae 1595. f.* quae optima est. GVILIELMI BRVSSII *Diarium de Tartaris, Coloniae Agrippinae 1595. f. Francofurti 1598. f. & Voyage en divers Etats d'Europe & Asie avec une Description de la grande Tartarie, à Paris 1693. 12.* FRANCISCI FERNANDEZ de QVIR extat *Narratio de Terra Australi incognita, & de Terra Samoietarum & Fingesiorum in Tartaria, Amstelodami 1613. 4.* HIERONYMI MEGISERI *Chronographia Tartariae, Lipsiae 1611. 8. Mungalorum* Tartarorum omniumque gentium Septentrionalis Asiae res singulariter illustrat Liber *Turcice* scriptus sub titulo: *Alkitab Schagjret Turki,* siue: *liber, Genealogiae Turcarum.* Cuius interpretatio primum Rhutenice, e Rhutenico Germanice, e Germanico tandem gallice facta prodiit inscripta: *Histoire Genealogique des Tartars, traduite du manuscript Tartare d'Abulgasi Bagadur Chan, à Leide 1726. 12.* Nouam eandemque accuratiorem e turcico translationem suscepit V. C. THEOPHILVS SIGEFRIDVS BAYERVS de qua ipse exposuit A. E. L. An. 1732. p. 356. Qui *Tartariae Magnae* prouincias aliquot perscrutatus, huius quaedam memorabilia curiose annotauit PHILIPPVS IOHANNES *de* STRAHLENBERG libro, quem inscripsit; *Das Nord-und Oest-*

Oestliche Theil von Europa und Asia, Holmiae, siue potius *Lipsiae 1730. 4.* formis expresso. Imperator illorum praecipuus erat *Tamerlanes*, cuius *Historiam* primum scripsit ACHMET ARABSIDA Arabs, latine versam per *Iacobum Golium, Leidae 1636. 4.* & gallice per *Petrum Valterium, Parisiis 1658. 4.* Praeferenda vero est PETRI PERONDINI *vita Magni Tamerlanis, Ambergae 1600. 12.* & IOANNIS HENRICI BOECLERI *Timur*, vulgo *Tamerlanes, Argentorati 1657. 4. Politice* solum hanc Historiam Tamerlanis considerauit Sieur de SANCTYON *Histoire du grand Tamerlan, traduite sur les Originaux, Parisiis 1629. 12. & 1677. 12.* Addatur PIERRE VAVLTRIER *Histoire du Tamerlan*, Paris *1658. 4.* & quae supra iam recensita PETRI IOSEPHI Aurelianensis (§. d' Orleans) *Histoire de deux Conquerans Tartares, qui ont subjuge la Chine, Paris 1688. 8.* atque *Histoire de Timur Bec, connu sous le nom de Grand Tamerlan, Empereur des Mogols & Tartars*, ex persico auctori coaeuis translata cura Dn. PETIT *de la* CROIX cum notis historicis & geographicis à *Delft 1723. 12. 4. Voll.*

§. VIII.

Indicae Orientalis Rerum Historia plures reperit Scriptores, e quorum numero primo loco considerandi. Ex antiquioribus PALLADIVS Galata, qui *de Gentibus Indiae & Brachmanibus* graece scripsit, quem *latine* vertit ac Notis illustrauit adiectis S. *Ambrosio de moribus Brachmanorum* & ANONYMO de *Bragmanibus, Edoardus Bissaeus, Londini 1665. 4.* Sequuntur qui *Statum Geographicum* describunt. PHILIPPI BALDAEI habemus *Descriptionem Insulae Zeilon, Malabar & Coromandel*, Belgice primum editam *Amstelodami 1671. f.* post in Germanicum sermonem translatam *Amstelodami 1672. f.* cum iconibus. ODOARDVS BARBOSA idem

egit in libro *de India Orientali*, italice, *Venetiis 1588. f.* Sic etiam extat PHILIPPI PIGARETTAE *Descriptio Indiæ Orientalis*, duobus voluminibus, *Francofurti 1589. f.* Præcipue vere ad Statum Geographicum faciunt, qui varias Nauigationes in Orientalem Indiam factas descripſerunt. Extat Liber, qui inſcribitur: *Orientalische Indien, d. i. ausführliche und vollkommene, historische und Geographische Beschreibung aller und ieder Schiffahrten und Reysen, welche von unterschiedlichen Nationen, mehrentheils Engellændern, Spaniern und Hollændern innerhalb hundert Iahren vorgenommen worden, Francfurt 1621. f.* cum iconibus. Continentur in hac collectione Descriptiones Nauigationum in Indiam Orientalem EDVARDI ZOPETII, IOANNIS HVGONIS LINSCHOTANI, GEORGII SPIELBERGEN, CORNELII NICOLAI, AMERICI VESPVTII, SAMVELIS BRAVNII & aliorum. Separatim alias prodierunt: *Diarium nauticum Itineris Batauorum in Indiam Orientalem, Amstelodami 1589. f. Descriptio Itineris Naualis in Indias Orientales, per* G. M. A. W. L. *Amstelodami 1589. f. Descriptio ac delineatio detectionis freti, seu Transitus ad Occasum, super terras Americanas in Chinam atque Iaponiam ducturi, inuestigati a* M. HENRICO HVDSONO, *Amstelodami 1610. 4.* LVDOVICI de BARTHEMA *Hodœporicum Indiæ Orientalis*, Belgice primum editum, post in sermonem germanicum translatum, per Hieronymum Megiserum, *Lipsiæ 1615. 8.* IOANNIS HAESEI *peregrinatio ab Hierosolyma per Indiam & Aethiopiam, Antwerpiæ 1565. 8.* CORNELII de VENA *nauigatio in Indiam Orientalem, Francofurti 1607. 8.* Inter recentiores habemus PETRI della VALLE *Reyse-Beschreibung in Türckey, Aegypten, Persien, Ost-Indien, Geneuæ 1674. f.* & *Voya-*

Voyage de I. Straus en Moscovie en Perse aux Indes Orientales, Amstelodami 1720. 12. 3. Voll. Italice illud egit VINCENTIVS MARIA de S. CATERINA, qui *Itinerarium* scripsit *in Indiam Orientalem*, cum obseruationibus, quibus varii ritus comprehenduntur, *Romae 1673. f. Relation d' un Voyage des Indes Orientales* par DELLON D. en M. *Paris 1685. 12.* gallice edita eo magis aestimari debet, quod vulgares errores emendat, & quae ab aliis omissa supplet. Inter elegantissimas habetur FRANÇOIS. PIRARD *de la Val Voyage aux Indes Orientales, Maldives, Moluques & au Brasil, nouvelle Edition, a Paris 1679. 4.* quibus terram, mores & naturalia descripsit. Praestabiles quoque THEVENOTI *Voyages au Levant, en Perse & aux Indes depuis l' 1652 jusqu' an. 1667. Paris 1684. 4.* & ex recentioribus coniungendae *Voyages des Indes Orientales mêles de plusieurs Histoires curieuses* par CARRE, *Paris 1699. 12. 2. Voll.* Variarum rerum de Societate Indica Batauica & simul regionum notitia peti potest ex NICOLAI *de* GRAAF, Chirurgi, *Voyages aux Indes Orientales, à Amsterdam 1719. 8.* Lectu dignissima est quae aliquot Insulas nondum habitatas amoenissimas tamen & frugiferas describit: *Voyage & Avantures de* FRANCOIS LEGVAT *& de ses compagnons en deux Isles desertes des Indes Orientales, a Londres* f. potius in *Belgio 1720. 12. 2. Voll.* germanice etiam versa. *Journal d' un Voyage fait aux Indes Orientales en 1690. & 91. par une Escadre des six Vaisseaux, sur le Gouvernement* de Mr. *du* QVESNE, a *Rouen 1720. 12.* Cum voluptate & fructu auctae notitiae Indicarum memorabilium leguntur, quae sub titulo: *Recueil des Voyages* iuncta sunt *Itineraria*, edita *Amstelodami*, & quidem *T. I. 1702. T. II. 1703. T. III. & IV. 1705. T. V. 1706. 12.* Ex optimis Scriptoribus Lusitanis deducta: *Histoire*

des decouvertes & conquestes de Portugais par IOSEPH FRANÇOIS LAFFITEAV, *a Paris 1734. 12. mai. IV. Tom.* Add. *Voyage* d' INNIGO *de* BIERVILLAS *à la cote de Malabar, Goa, Batavia, Paris 1736. 12.*

§. IX.

Alii Historiam, Statum politicum & Christianismi progressum apud *Indos Orientales* nobis explicuerunt. ANDREAS SCHOTTVS *de Rebus Indicis* Auctores varios congessit *Francofurti 1603. f.* Inter hos præcipuus est IOANNES PETRVS MAFFAEVS, qui Libros XVI. scripsit *Historiarum Indicarum, Florentiæ 1588. f. Coloniæ 1589. & 1598. f. Coloniæ 1590. 8.* qui plurimum æstimantur. Idem MAFFAEVS *Epistolarum Indicarum* Libros IV. edidit, quibus tamen solum *Epistolæ* a missionariis pontificiis ab anno 1548. ad 1564. perscriptæ continentur, quæ progressum religionis concernunt. GOTHARDVS ARTHVSIVS *Historiam Indiæ Orientalis* ex variis Auctoribus collegit & iuxta seriem topographicam Regnorum, prouinciarum atque insularum ad extremos Iaponios vsque deduxit. *Vndecim Partibus* constat, quarum *prima, Francofurti 1600. f. vltima 1619. f.* cum figuris prodiit. Præter hos extant: IOANNIS BOMBERGII *Epistolæ de rebus in India aliisque Insulis gestis, Lovanii 1566. 8. Epistolæ recentiores de rebus Iaponicis, Indicis & Peruanis, Antwerpiæ 1605. 8.* CASPARIS ENS *Historiæ Indiæ Orientalis, Coloniæ 1612. 8.* & præcipue CLEMENTIS TOSI Abbatis *Il gentilismo confutato overo dell' Inde Orientale descrittione Geografica e Historica, con la confutatione dell' Idololatrie, superstitioni & altri errori, in Roma 1669. 4.* Mores, ritus & politiam descripsit ERASMVS FRANCISCI *im Ost- und West-Indischen,*

wie

wie auch Sinesischen Lust- und Staats Garten, Nürnberg 1668. f. Particularis est historia DAMIANI a GOES *rerum gestarum in India citra Gangem a Lusitanis, Louanii 1539.* 8. *Eiusdem* extant de *Bello Cambaico* Libri Tres, *Louanii 1549. 4.* qui, cum aliis *Goesii* de rebus *Aethiopicis, Indicis Opusculis* reperiuntur additi *Petri Martyris* de *rebus Oceanicis* Decadibus Tribus, *Coloniæ 1574. 8.* editis. Ad *Christianismi* progressum faciunt *Narrationes rerum Indicarum anni 1585. & 1586. ex variis litteris S. I. desumtæ a* GVILIELMO HVYSMANNO ex Italico latine redditæ, *Louanii 1589. 8.* Breuem *Rerum a Societate Iesu in Oriente gestarum ad An. vsque 1568.* Commentarium, ex Epistolis, vt vocant, Indicis excerpsit EMANVEL ACOSTA Lusitanus, quem recognitum & latinitate donatum adiectis de *Iaponicis Rebus* Epistolarum Libris IV. ex Hispanico sermone in latinum conuersis, edidit IOA. PETRVS MAFFAEVS, *Dilingæ 1571. 8.* IOANNIS BVSAEI *litteræ Indicæ, Iaponicæ, Chinenses ab anno 1591. ad 1600. Moguntiæ 1602. 8.* PETRI IARRICI S. I. *Thesaurus rerum Indicarum* qui a *Martino Martinio* latine versus prodiit *Coloniæ 1615. 8.* BERNARDINI GINNARII *Xauerius Orientalis*, siue res a Xauerio ad hæc tempora in India pro fide gestæ, *Neapoli 1641. 4.* IACOBI de MACHAVLT *Relatio de itinere XXV. Iesuitarum in Indiam Orientalem*, gallice, *Parisiis 1659.* NICOLAI PIMENTAE *noua Relatio, de rebus in India Orientali gestis a Iesuitis anno 1589. & 1590. Moguntiæ 1601. 8.* GEORGII a SPIELBERG *noua Historia rerum memorabilium, tam in India Orientali*, quam aliis regionibus tum in ortu, tum incremento fidei Christianæ, *Lugduni Batauorum 1615. 8.* Præcipuus vero est IOSEPHVS ACOSTA *de promulgando Euangelio apud Barbaros, seu de procuranda Indo-*

rum salute, Libri VI. Salmanticæ 1588. 8. Coloniæ 1591. 8. Lugduni 1670. 8.

§. X.

Alii *certas* tantum *Prouincias Indiæ Orientalis* descripserunt. *Moluccarum* Insularum, quæ ob fructus magni pretii, inter Hispanos, Lusitanos, Belgas caussa magnorum motuum extiterunt Descriptionem & narrationem controuersiarum dedit ex Hispanico translatam D. L. ARGENSOLA *Histoire de la Conqueste des Moluques, à Amsterdam 1706. 12.* cum fig. æn. & germanice: *Beschreibung der Moluckischen Insuln, Francofurti & Lipsiæ 1710. 8.* adiungenda SALMON *Angli. Descriptio Philippinarum & Moluccensium* aliarumque vicinarum Insularum, quæ *anglice* primum, inde *belgice* cum notis M. *van* GOCH, & *germanice*, interprete A. H. sub titulo: *Gegenwærtiger Staat der Orientalischen Inseln und nahmentlich der Ladronischen, Philippinischen und Moluckischen, wie auch der Insel Celebes oder Macaßar, Altona 1733. 4.* prodiit. ROBERTVS KNOX *historicam Relationem* scripsit de *Insula Ceylon*, anglice *Londini 1681. f. Belgice, Vtrecht 1692. 4.* & germanice *Lipsiæ 1700. 4.* Accuratissima est: *Histoire de l'Isle de Ceylan, ecrite par le Capitaine* IEAN RIBEYRO, *& presentee au Roy de Portugal en 1685. traduite du Portugais en François, a Trevoux 1701. 12. & Amsterdam 1701. 12.* concinna & plena obseruationum egregiarum SALMON *Descriptio Insulæ Ceylon*, quæ *anglice* edita, *belgice* dein cum annotationibus VAN GOCH, excusa, atque in germanicam linguam translata prodiit sub titulo: *Allerneuester Zustand der weltberühmten Zimmet und Elephanten Insul Ceylon, Hamburg 1731. 8.* Belgico sermone habemus PHILIPPI BALDE *Beschrüving der Oost-Indischen Küsten Malabar, Coroman-*

romandel, Ceylon, &c. Amsterdam 1672. f. Vrbs primaria Portugallorum apud Indos *Goa* est, in qua nota est durissima ista inquisitionis tyrannis. Habemus plures qui eandem describunt, sed cum potius ad historiam ecclesiasticam faciant, vnicam hic adducemus DELLON *Relation d' Inquisition de Goa, Paris 1687. 12. belgice* & *germanice* quoque edita, quæ eo maiorem fidem meretur, quod ipse auctor inquisitioni olim obnoxius, horum omnium triste fecerit experimentum. *Imperii Magni Mogolis* Historiam Vniuersalem ex Commentariis MSCtis *Manouchi* cuiusdam Veneti, qui Medici functus munere in aula Indorum Regis, concinnauit FRANCISCVS CATROV S. I. *Histoire Generale de l' Empire du Mogol*, inscripta *à la Haye 1708. 12.* Notitia vero quædam Status peti potest ex FRANCISCI BERNIER *Voyage, contenant la Description des Etats du Grand Mogul à Amsterdam 1699. 2. Voll.* & *ibid. 1724. 12.* coniungenda: *Lettera del Sigr.* VALLISNIERI *al Padre Pier caterino Zeno con cui mandagli il Catalogo de' Re de Mogol i ritratti de' quali serbansi nel Museo del Ab' Giovannantonio Baldini*, quæ legitur Tom. III. de' supplementi *del Giornale de letterati d' Italia.*

§. XI.

Progredimur ad potentissimum *Turcarum Imperium*, cuius fines per omnem Asiam late extenduntur. De origine Turcarum & primo potentiæ progressu præ cæteris legendi sunt GEORGIVS PHRANTZA & LAONICVS CHALCOCONDYLAS, de quibus superius iamdum inter Byzantinarum Rerum Scriptores fuit dictum. Hanc *Chalcocondylæ* Historiam, addita *Mezeræi* continuatione, gallice vertit BLAI*se de* VIGENERE. Ex recentioribus primo loco consideranda est.

IOAN-

IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Historia Orientalis, ex variis Orientalium monumentis collecta, Tiguri 1651. 4.* Agitur in eadem de Muhammedismo, inprimis de Muhammede, eius genealogia, vita & morte, de Saracenismo, de Chaldaismo, de statu Christianorum & Iudæorum tempore orti & nati Muhammedismi, de variis inter ipsos Muhammedamos schismatibus & alia quæ tam ad originem, potissimum vero religionem Turcarum faciunt. Accessit plenior Illustratio *Taarich* BEN ADAM, qua ex scriptis Arabum vita & res gestæ Prophetarum, Patriarcharum, Regum Persiæ aliorumque ab Adamo ad Muhammedis natales, exponuntur. Præcipue vero de origine Turcarum egerunt LVDOVICVS CERVARIVS, *Florentiæ 1590. 4.* IOANNES BAPTISTA EGNATIVS, *Coloniæ 1539. 8.* & IOANNES CVSPINIANVS in libro *de Turcarum origine, religione & tyrannide, Lugduni Batavorum 1654. 12.* Minora huius argumenti Opuscula sub titulo: *Historiæ de Saracenorum siue Turcarum origine, moribus, religione, rebus gestis,* cum Præfatione PHILIPPI MELANCHTHONIS iunctim prodiere *1537. f.* Ipsam vero *Turcarum Historiam* plures illustrarunt. Ex *Arabibus* nota est GEORGII ELMACINI *Historia Saracenica,* cum versione latina *Thomæ Erpenii, Lugduni Batauorum 1625. f.* Chronologiam & res gestas continet Muslimorum a Mahumete, primo Imperii & religionis *Muslimicæ* auctore vsque ad initium Imperii *Atabacæi* per XLIX. Imperatorum successionem. Accessit etiam RODERICI XIMENES *Historia Arabum*, longe accuratius, quam ante a Manuscripto codice expressa, qua res eorum in expugnanda Hispania potissimum gestas describit. Hottingerus Bibliothecarii Libro II. cap. III. illam Elmacini partem

solum

ſolum poſteriorem eſſe ait, priorem ſe ab initio mundi adhuc ineditam poſſidere addens. *Monarchiæ Aſiatico-Saracenicæ ſtatum*, qualis *VIII. & IX. poſt Chriſtum natum Seculis fuit*, ex numis argenteis illuſtrauit rerum harum callentiſſimus GEORGIVS IACOBVS KEHR, *Lipſiæ 1724. 4. mai. Vitam & res geſtas Sultani Almalichi Alnaſiri* SALADINI auctore BOHADIONE *nec non Excerpta ex Hiſtoria Vniverſali* ABVLFEDAE *easdem res geſtas reliquamque hiſtoriam temporis* compendioſe *exhibentia; itemque Specimen ex Hiſtoria maiore* SALADINI *conſcripta ab* AMADODDINO *Iſpahanenſi*, ex MSCtis Arabicis edidit ALBERTVS SCHVLTENS, *Lugduni Batauor. 1732. f.* De rebus *Turcicis* præclare meritus IOANNES LEVNCLAVIVS qui *a Turcis ſua lingua ſcriptos Annales Sultanorum Othomanidarum* iuſſu Ferdinandi I. Imp. a *Ioanne Gaudier*, dicto *Spiegel*, Interprete Turcico, Germanice translatos, recenſuit & addita Continuatione Rerum Turcicarum ab An. 1550. ad An. 1590. adiectis præter ea *Pandectis Hiſtoriæ Turcicæ, Rerumque ac Rituum;* de *Enarrationibus ſingularibus* memorandarum quarum Turcicarum rerum, germanice edidit *Francofurti ad Mœnum 1595. f.* IDEM *Hiſtoriæ Muſulmanæ Turcorum de monumentis ipſorum exſcriptæ* Libros XVIII. latine produxit, *Francofurti 1591. f.* qui ſane eſt accuratus inter Turcas verſatus Turcicæque linguæ peritus. Proſtant quoque *germanice* ſub titulo: *Neue Chronicka Türckiſcher Nation, Franckfurt 1590. f.* Eorundem, quos *Ioannes Gaudier* germanice, & LEVNCLAVIVS latine expreſſit *Annalium Sultanorum* Partem Primam ex alio MSto exemplo, narrationum & actionum pluralitate copioſiori, iterum latine tranſtulit & ſub titulo: *Translatæ Turcicæ Chronicæ* IOAN-

NES

NES BAPTISTA PODESTA Cæsareus Orientalium Linguarum Secretarius, quæ versio *Noribergæ 1672. 8.* prodiit. Prodierunt quoque *Annales* & *Pandectæ Frf. 1690.* & *1698.* & *Parisiis 1650. f.* CAELII AVGVSTINI CVRIONIS *Saracenicæ Historiæ* Libri Tres: accessit WOLFGANGI DRECHSLERI *Chronicon* Rerum Saracenicarum & Turcicarum prodiit *Basileæ 1567. f.* Et altera Editione *Francofurti 1596. f.* qua *Drechsleri Chronicon* emendatum & auctum a *Georgio Fabricio*, & *Ioanne Rosino*, itemque *Cælii Augustini Curionis Marochensis Regni in Mauritania Descriptio* atque CAELII SECVNDI CVRIONIS de *Bello Melitensi Historia noua* comparet. Saracenici autem regni originem atque ex eiusdem euersione Turcici imperii incrementa septingentorumque annorum res gestas refert Curio. *Drechsleri Chronicon Saracenium* cum *Georgii Fabricii* & *Ioannis Rosini* continuationibus, postea in Libros IV. & capita diuisum notisque & supplementis, nec non appendice secunda ad annum vsque 1689. addita, illustrauit atque locupletauit *Ioannes Reiskius*, *Lipsiæ 1689. 8.* quod tamen multis mendis scatet. Præter hos extant: IOACHIMI CAMERARII *Commentarii duo de rebus Turcicis, Francofurti 1598. f.* PAVLVS IOVIVS quoque *de Rebus Turcicis & vitis Imperatorum Turcicorum* egit *Wittebergæ 1537. 8.* PHILIPPVS LONICERVS instruxit *Chronicorum Turcicorum* Tomos tres editos *Argentorati 1537. Basileæ 1556. Francofurti 1578. f. & Francofurti 1584. 8.* apud *Feyerabendos*, qua Tomus I. & II. tantum exhibentur. *Tomo I.* comparent: 1.) *Turcorum Origo* italice primum scripta ad annum vsque 1574. 2.) *Mahometicæ Leges, aulæ apparatus, & Baiazethis Acta cum liberis suis*, italice scriptæ primum per ANTONIVM MENAVINVM. 3.) *Turcicarum rerum Epitome* scriptore

ptore BARTHOLOMAEO GEORGIEWITZ. 4.) IOA. AVENTINI *de rebus Turcicis; Tomo Secundo extant:* 1.) PHILIPPI CALLIMACHI EXPERIENTIS de *Clade Varnensi* narratio. 2.) LEONHARDVS CHIENSIS *de capta Constantinopoli.* 3.) *De Nigroponti captione.* 4.) MARCI ANTONII SABELLICI *de pugna inter Venetos & Turcas,* ex Libro VI. *de antiquitate Aquilejæ.* 5.) IACOBI FONTANI *de Bello Rhodio.* 6.) MELCHIORIS SOITERI *Bellum Pannonicum.* 7.) IOA. CRISPI *Epistola* de *Deditione Insulæ Naxus.* 8.) IO. MARTINI STELLAE *Epistolæ de Turcarum successibus in Hungaria A. 1543. & 1544. Tomo* vero *Tertio* insunt: 1.) MARTINI BARLETII *Georgius Castriota, vulgo Scanderbeg*; 2.) EIVSD. *de Obsidione Scodræ.* Aliam collectionem huiusmodi scriptorum compilauit hoc titulo: SYNDROMVS *Rerum Turcico Pannonicarum,* ANONYMVS qui sub literis: *M. A. C. L. latet,* qui *Francofurti 1603. & 1627. 4.* prodiit, quo plura paucarum pagellarum opuscula exhibentur, quæ recensentur in *Bibliothecæ Historicæ Hamburgensis* Centuria X. *p. 216.* Extant porro: CASPARI MAVRERI *Chronicon Turcicum, Noribergæ 1659. 8.* HENRICI MÜLLERI *Chronicon Turcicum Francofurti 1577. f.* GEORGII BARTHOLDI PONTANI *Historia rerum Turcicarum, Francofurti 1597. 4.* CHRISTIANVS RICHERIVS *de rebus Turcarum* scripsit, *Parisiis 1540. 4.* LVDOVICVS TVBERO, *de rebus Turcicis Francofurti 1603. 4.* Italico sermone FRANCISCO SANSOVINI extat: *Historia universale dell' Origine, Guerre & Imperio de Turchi, accresciuta in ultima impressione di varie materie notabili, con le vite di tutti gl' Imperatori Ottomanni fino alli nostri tempi, Venetiis 1654. 4.* atque in successione Imperatorum potissimum accuratus est, IACOBVS STRVKHVSEN

SEN *in Syntagmate Historiæ Saraceno - Turcicæ Helmstadti 1664. 4.* edito, breuiter recenset, quæ ad Saracenorum originem atque progressum a *Muhammede I.* ad *Muhammedem IV.* faciunt, sed quod potissimum est, optimos scriptores Arabes Turcorumque Annales citat, ex quorum euolutione plenior notitia hauriri poterit. Egregia quoque est IOANNIS SAGREDO *Memoria Historica Monarcharum Ottomannorum*, italice scripta *Venetiis 1676. 4.* qua natiuitatem, gesta, mores, atque characteres Imperatorum multa cura describit, & præcipue originem variarum cæremoniarum, atque rituum apud Turcas exponit. Nec contemnendum est ANTONII VERDERII *Compendium rerum Turcicarum* gallice scriptum, *Parisiis 1662. 12.* His omnibus præstat spissum volumen *Historiæ Turcicæ*, quæ anglico sermone, sub titulo: *The Turkisch Historia* prodiit *Londini 1687. f.* atque tergeminos habuit auctores. Primum quidem RICHARDVS KNOLLIVS Res Turcarum a primis eorum originibus vsque ad annum Christi 1623. pertexuit, quem ad annum Christi 1677. vsque continuauit PAVLVS RICAVT, qui integro septennio *Comiti à Winchelsea* Caroli II. Britanniæ Regis Legato ad Portam Ottomannicam a secretis, totisque inde vndecim annis Consul Smyrnæus fuit. Hunc excepit ROGERIVS MANLEY, qui historiam ad annum 1686. vsque descripsit. Adiectus quoque est RICAVTI Tractatus de *Statu Imperii Ottomannici.* Quod opus sane præstantissimum est. Ex hoc & *Io. Sagredo* non minus elegantissimum commentarium, figuris æri affabre incisis exornatum concinnauit ANONYMVS accuratus Vir, qui inscriptus *Die neu eræffnete Ottomannische Pforte*, cuius *Tomus I. Augustæ Vindelicorum 1694. Secundus ibid. 1700. f.* prodiit, qui

fata

fata Imperii Turcici ab a. 1664. sub quatuor novissimis Imperatoribus Mahomete IV. Solymanno III. Achmete II. & Mustapha II. expromit vterque propter copiam & accurationem omnino insigniter commendandus. *Ricauti* labores *Brioto* interprete & gallice prodiere sub inscriptione: *Histoire des trois derniers Empereurs Turcs*, tum: *Histoire des Turcs depuis 1679. jusqu' en 1699. 8. à Amsterdam 1709. 12. 3. Voll.*

§. XI.

Sunt isti, qui omnem Turcarum historiam descripserunt, alii ad *particularem* tantum eorundem *Historiam* faciunt. Vitam *Mahometis* auctoris Alcorani & Impostoris famosissimi permulti *Arabum* condiderunt, qui magnam partem manu tantum exarati extant. Editus est tamen ISMAEL ABVLFEDA *de vita & rebus gestis Mohammedis* cum notis IOANNIS GAGNIER, *Oxonii 1728. f.* qui rerum orientalium gnarissimus vir etiam in gratiam eorum, qui Latinæ & Arabicæ linguæ haut gnari eandem *Gallice* composuit, quæ in Belgio edita est sub titulo: *La vie de Mahomet à Amsterdam 1732. 12. mai.* lectuque est dignissima. Ex recentioribus Christianis Scriptoribus multi quædam de *Mahumete* referre, quæ Mahumetanis risum excitent eosdemque in superstitione sua firmiores efficiant, iudicat LVDOVICVS MARRACCIVS Præfatione *Vitæ Rerumque Gestarum Mahumeti Auctoris Alcorani Synopseos*, quæ *Alcorani* Editioni, *Patauii 1698. f.* impressæ, est præmissa, atque ex probatissimis apud Arabes *Mahumeti* huius vitæ auctoribus, desumta. Similia monuit IACOBVS ERHARTH *de illustrium ac obscurorum scriptorum erroribus præcipuis in Historia Mahometi, Memmingæ 1731. 8.* Breuis quidem

dem ſed elegantiſſima HVMPHREDI PRIDEAVX *de Impoſturis Mahometis* Expoſitio *anglice: The true Nature of Impoſture, vera fraudis indoles, in vita Mahometis demonſtrata*, quæ *Londini 1697. 8.* exſcripta, inde in *germanicum* idioma tranſlata hac inſcriptione: *Leben des Mahometh, Lipſiæ 12. Gallice* proſtat: *La Vie de l' Impoſteur Mahomet, Paris* 1699. 8. Comes de BOVLAINVILLIERS, cuius *Vie de Mahometh, Londini 1730. 8.* edita, impoſtorem hunc felicem, immoderate laudando meliorem deſcripſit, quam fuit. Accuratiſſime de eodem expoſuit GEORGIVS SALE *Prolegomenis* Verſionis Anglicæ Alcorani, quæ *Londini* edita *1734. 4.* Hiſtoriam *Mahometis II.* feliciſſimi Tyranni, qui Conſtantinopolim occupauit, ex ſcriptoribus coæuis vel proximis, commodo ordine & ſententiis politicis intermixtis compoſuit Sieur GVILLET *Hiſtoire du Regne de Mahomet II. Empereur des Turcs, à* Paris *1681. 12.* 2. Voll. Cum hac iungenda I. B. de ROCOLES *Vita Sultani Gemis*, vnici fratris Baiazethis II. Turcarum Imperat. gallice, *Lugduni Batauorum 1683. 12.* quam hiſtoriam ſterilem licet, additis variis ingenioſis digreſſionibus magis reddidit iucundam. *Solymanni II.* Seculo XVI. magni Turcorum Imperatoris, qui terrarum Imperium affectare viſus, facinora elegantiſſime complexus expoſuit CAROLVS ANCILLONIVS *Hiſtoire de la vie de Solimann Second L' Empereur des Turcs*, a Roterdam, *1706. 8.* NICOLAVS a MASSAV *Parricidium Sultani Solimanni in filium proprium* deſcripſit. *Baſileæ 1535. 8.* DEVIZE *Hiſtoriam Mahometis IV.* regno eiecti, gallice, *Amſtelodami 1688. 12.* 2. Voll. Curioſa eſt: OTTAVIANO BVLGARINI *Vita de P. Domen di S. Tomaſo detto primo Sultan Oſman Ottomanno figlio d' Ibraim Imp. di Turchi, Napoli 1689. 4.* Inſignis

& præ-

& præclarus Liber PAVLI RICAVT, anglicè ſcriptus inde in Gallicam linguam translatus hac inſcriptione: *Hiſtoire des trois derniers Empereurs Turcs depuis 1623. jusqu' en 1677.* a Paris *1683. 8.* qui pleraque a ſe relata ſuæ debet experientiæ, per annos multos Legatis Britannicis ad Aulam Turcicam miſſis, a ſecretis. CHASSEPOL edidit *Hiſtoire de grands Viſiers Machomet Caproli Bacha & Achmet Caproli, a Paris 1676. 12.* Nec omittendæ Narrationes, de Bellis quibusdam Turcarum memorabilibus. Huc pertinet: *Hiſtoria della Guerra fra Turchi & Perſiani* di GIO. THOMASO MINADOI da Rouigo, *dall' iſteſſo nuovamente riformata & aggiuntiui i ſucceſſi dell' anno 1586. in Venetia 1588. 4.* & *Le Miroir Ottoman, avec un ſuccint recit, de tout ce qui s' eſt paſſé de conſiderable pendant la Guerre des Turcs en Pologne jusqu' en 1676.* par le C. *de la* MAGDELEINE, a Basle *1677. 8.* Idem de quo diximus ROCOLES ſcripſit *Vienne deux fois aſſiegée par les Turcs en 1529. & 1683. & heureſement delivrée avec des reflexions hiſtoriques ſur la maiſon d' Autriche, & ſur la puiſſance Ottomanne, a Leyden 1684. 12.* Ad eandem Hiſtoriam facit quoque *Cara Muſtapha, grand Viſir, hiſtoire contenant ſon elevation, ſes amours dans le Serail, ſes divers emplois, le vray ſujet qui lui a fait entreprendre le ſiege de Vienne, & ſes particularites de ſa mort, a Paris 1684. 12.* Recentiores motus declarat: *Relation des deux Rebellions arrivées à Conſtantinople en 1730. & 1731. dans la depoſition d' Achmet III. & l' Elevation au Trone de Mahomet V. compoſée ſur des Mémoires originaux reçus de Conſtantinople, Haye 1737. 8.* Faciunt ad hanc particularem de rebus *Turcicis Hiſtoriam* etiam varii, *qui Legationes ad aulam Ottomannicam* deſcripſerunt. STEPHANVS GERLACHIVS edidit avi

fui cognominis *Tage-Buch der von Maximiliano II. und Rudolpho II. an die Pforte abgefertigten Gesandschafft, Franckfurt am Mayn 1674. f.* plenum curiosarum relationum. Elegantissimae sunt & multa prudentia scriptae AVGERII GISLENII BVSBEQVII *Legationis Turcicae Epistolae quatuor, Antwerpiae 1595. 8.* recusae *Francofurti 1595. 8.* & *Hanoviae 1629. 8.* cui *Editioni* praeter Busbequii de *re militari contra Turcam instituenda* Consilium, quod in priori quoque comparet, *Solimanni Turcarum Imp. Legatio ad Ferdinandum Rom. Caes. 1562. Francofurtum missa, cuius apud Busbequium mentio,* accessit. Extant quoque cum aliis *Busbequii Opusculis & Epistoliis* iunctim editae *Amstelodami* ex officina *Elzeuiriana 1633.* & *1660. 24.* Eaedem *Epistolae deque rebus Turcicis quae extant* additis *Laudini aliorumque Clarissimorum de rebus Turcicis Epistolis* recusae *Lipsiae 1688. 12.* PAVLVS TAFFERNER *Caesaream Legationem* descripsit, quam *mandante Leopoldo I. ad Portam Ottomannicam VValterus* S. R. I. *Comes de Leslie*, suscepit, *Viennae 1672. 8. Legationem*, quam sancita *Pace Passarowicensi* ex mandato Augustissimi Imp. *Caroli VI.* ornauit *Damianus Hugo* Comes *de Virmondt*, curate descripsit Legati secretarius & historiographus GERARDVS CORNELIVS *von den* DRIESCH, quae primum *latine* in 8. edita, deinde *germanice* inscripta: *Historische Nachricht von der Roemisch Kayserlichen Groß-Bottschafft nach Constantinopel, Noribergae 1723. 4.* qua de Turcarum politia, religione, moribus, re militari, praeclara multa annotata. SAMVELIS KVSZEWICZ *Narratio Legationis Zbarauianae* ex Polonia in Turciam susceptae *& Rerum apud Otthomannos An. 1622. gestarum* prodiit *Dantisci 1645. 12. & 1653. 4.*

§. XII.

§. XII.

Pergimus nunc ad eos, qui *Chorographiam*, *Mores, Statum politicum atque Itineraria Constantinopolim* versus scripserunt. *Turcici Imperii Status* cui *de Regno Algeriano atque Tunetano* Commentarius accessit *Lugduni Batauorum 1634. 24.* editus ad Respublicas *Elzevirianas* spectat, variasque variorum Relationes exhibet de Statu qui tum erat. PETRI GYLLII de *Bosporo Thracio* Libri III. *Lugduni Batauorum 1632. 24. Descriptio Vrbis Constantinopolitanæ, Lugduni 1632. 12.* Ad *Mores Turcarum* primum facit BARTHOLOMAEVS GEORGIEWIZ *in Epitome sua de moribus Turcarum, Geneuæ 1598. 16.* IO. BAPTISTAE MONTALBANI *Commentarius de moribus Turcarum, Romæ 1636. 8.* & in *Turcici Imperii Statu* inter Respublicas *Elzeuirianas.* Præ cæteris vero hic considerandi veniunt Scriptores, qui *Aulam Turcicam* qualis forte ipsorum ætate erat, descripserunt. ANTONII GEVFRAEI *Aula Turcica, Basileæ 1577. 8.* PETRI BIZARI *Aulæ Turcicæ atque Imperii Ottomannici descriptio, Basileæ 1573. 8.* & quæ melior adhuc est NICOLAI HONIGERI *Descriptio Aulæ Turcicæ & Imperii Ottomannici, Basileæ 1528. f.* Præcipue vero egregium est Scriptum PAVLI RICAVT, quod anglice edidit sub Titulo: *Præsens status Imperii Ottomannici, III. Libris, de vera reipublicæ, religionis & disciplinæ militaris ratione Turcarum, Londini 1666. f.* quod postea per *Briotum* gallice versum prodiit sub Titulo: *Histoire de l' Etat present de l' Empire Ottomann. Paris 1670. 4. Paris 1670. 12. & à Amsterdam 1670. 12.* Alia versio Gallica *Bespierii* cum annotationibus variis edita *à Rouen 1677. 12. 2. Voll.* optima tamen Briotii est versio, Bespierii vero, obseruationes commendant,

in quo fundamenta ſtatus politici, officiales, dignitates, præfecturæ, religio, ritus ſacrorum & miniſtri, Status quoque militaris accurate deſcribuntur. Germanice ex Gallico verſus DIARII EVROPAEI *Continuationi XXI.* An. 1671. inſertus. Hi quidem præter politicum ſtatum diuerſos quoque mores conſiderant, ad illum ſaltim facit Dominus du VIGNAV, Secretarius quondam Legati Gallici Domini de Guilleragues Conſtantinopolim miſſi, in Libro, quem inſcripſit *l'Etat preſent de la puiſſance Ottomane, avec les cauſes, de ſon accroiſſement & celles de ſa decadence, à Paris 1687. 12.* in quo cauſſas potentiæ atque infirmitatis elegantiſſime aperit, non tamen ſine gallicæ apud Turcas auctoritatis nimia iactantia. Copioſius hæc omnia exponit MICHAELIS FEVRE octodecim annis in regionibus Turcicis verſati, *Theatrum Turcicum*, gallice ſcriptum atque editum *Pariſiis 1686. 4.* quo præter Turcorum originem, horum mores, regimen, religionem potentiam, provincias, reditus & ſimilia accurate deſcribit, atque communes defectus notat, multisque rationibus Galliarum Regem ad bellum contra Turcos excitare annititur, ſuamque ſententiam contra obiectiones Salcedi Clerici Flandri Regi expeditionem aduerſus Turcas diſſuadenti, tuetur. Quæ italico ſermone prodiit ANTONII GEROPOLDI *Trutina hiſtorico-politica Imperii Ottomanici, Venetiis 1686. 4.* non ſolum Hiſtoriam & Annales Sultanorum deſcribit, ſed varia aulæ arcana, inter quæ etiam rationem obſidionis Viennenſis & trium nouiſſimorum portæ Ottomannicæ miniſtrorum Chriſtianorum vitam & diuerſa fata exhibet. Multa ſingularia & curioſa ad res Imperii Turcici facientia produnt Domini de la CROIX Secretarii Legationis Gallicæ *Memoires contenans diverſes*

ses Relations de l' Empire Othomann à Paris *1684. 12.* Præter hæc extant; GASPARIS DORNAVII Liber *de Incrementis dominationis Turcicæ, Francofurti 1615. 4.* VBERTI FOLIETAE *de caussis magnitudinis Imperii Turcici, Lipsiæ 1594. 8.* RENATI de LVSINGA *de augmento, conseruatione & occasu Imperiorum, Turcici imprimis, Francofurti 1609. 8.* LAZARI SORANZII *Ottomannum, seu de rebus Turcicis Librum Hanouiæ 1599. 12.* & alibi singulatim editum, vna cum ACHILLIS TARDVCCII, Opusculo: quod *Turca Vincibilis*, inscribitur, atque ANONYMI cuiusdam Dissertatione *de Statu Imperii Turcici, cuiusmodi sub Amurathe III. fuit, deque eius euertendi modo*, ex Italico idiomate in latinum conuersos sub elogio: *Turca* ΝΙΚΗΤΟΣ h. e. *de Imperio Ottomannico euertendo & Bello contra Turcas prospere gerendo Consilia Tria* edidit IACOBVS GEVDERVS ab *Heroltzberga, Francofurti 1601. 8.* Ad hoc argumentum non minus faciunt: NICOLAI REVSNERI Libri XVI. *Epistolarum Turcicarum* variorum & *diuersorum* Auctorum, *Francofurti 1600. 4.* in quibus *Epistolæ* de *rebus Turcicis* Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, aliorumque mundi Procerum, iam inde a primordio Regni Saracenici & Turcici vsque ad finem Sæculi XVI. vltro citroque a Christianis & Turcis aliisque exteris Nationibus scriptæ. Coniungendæ, quæ eodem *Collectore* lucem adspexere *de Bello Turcico Selectissimarum Orationum & Consultationum variorum & diuersorum Auctorum* ad Romanos Imperatores & Status in Comitiis inde a Friderico III. Imp. vsque ad Rudolphum II. Imp. habitarum, quarum *Volumen* Primum *Lipsiæ 1595. 4.* Secundum *ibid. 1596. 4.* Tertium, *ibid.* Quartum, ibid. prodiit. Addimus vltimo loco *Itineraria*, quæ & ad Chorographiam,

 mores

mores & statum politicum faciunt. GEORGII DOVSAE *de Itinere suo Constantinopolitano* Epistola, cui Veteres Inscriptiones tum primum editae accessere *Antwerpiae 1599. 8.* prodiit & ad Antiquitates potissimum facit. IOANNIS BAPTISTAE TAVERNIER *sechsmahlige Reyse durch Türckey, Persien und Indien, Nürnberg 1681. f.* PETRI della VALLE *Voyage en Turquie, Egypte, Palestine, Perse, à Paris 1662. 4.* & germanice *Geneuae 1674. f.* Mr. de BOVRGES *Relation du voyage de Monseigneur l'Eveque de Beryte par la Turquie, la Perse, les Indes jusqu' au Royaume de Siam & autres lieux, à Paris 1666. 8.* IACOBI GASSOT *Relation du voyage de Venise à Constantinople, à Bourges 1684. 12.* & similia.

§. XIII.

Arabia vel Turcis paret, vel propriis subiecta est Principibus. *Specimen ex historia literaria Orientali* composuit erudite IOH. CHRISTIANVS CLODIVS *Lipsiae 1723. 4.* quo de nonnullis historicis *Arabicis*, Persicis, Turcicis exposuit. Inter Respublicas *Elzeuirianas* comparet: *Arabia, seu Arabum vicinarumque gentium Leges, ritus* sacri & profani, mores, instituta, *Amstelodami 1635. 24.* atque potissimum exhibet GABRIELIS SIONITAE de Nonnullis Orientalium Vrbibus necnon Indigenarum religione & moribus Tractatum brevem. GREGORII ABVL-PHARAJI *Specimen Historiae Arabum, de origine & moribus Arabum succincta Narratio*, ex versione latina Notisque e probatissimus apud Arabes auctoribus illustrata opera & studio *Eduardi Pocockii* prodiit, *Oxoniae 1650. 4.* cui adiungenda EIVSDEM *Historia compendiosa Dynastiarum*, eodem POCOCKIO interprete, arabice & latine, *Oxoniae 1663. 4.* Historiam comple-

plectens vniuersalem a mundo condito vsque ad tempora Auctoris, res Orientalium describens. ABRAHAMI ECCHELLENSIS *Historia Arabum*, *Parisiis* prodiit *1651. f.* & quæ germanice versa est OLFERTI DAPPERI *Natolia & Arabia, Amstelodami 1681. f.* Lectu iucunda *de la* ROQVE *Voyage de l'Arabie heureuse a Amsterdam 1716. 12.* Statum modernum Arabiæ felicis ex parte indicat, addita delineatione arboris, fructum quem Caffé dicimus, edentis, deque origine & progressu potus calidi eiusdem nominis. *Ad Ægypti* Historiam faciunt primum ATHANASII KIRCHERI scripta, inter quæ præcipuus est hodieque perrarus *Oedipus Ægyptiacus*, *Romæ* duobus Tomis, quorum *Primus 1652. f. Secundus 1653. f.* expressus, sed in hoc atque aliis potius Antiquitates atque Hieroglyphica Ægyptiorum explanantur. Rara est MVRTADI *Historia Ægyptiaca de Pyramidibus*, *Nilo &c.* arabice primum prodiit, post per *Vattierum* gallice versa *Parisiis 1666. 12.* & per *Ioannem Dauis*, anglice, *Londini 1670. 8.* Legendi quoque libelli IOA. MICHAELIS VANSLEBII *Relatione dello Stato presente dell' Egitto*, *Parigi*, *1671. 12.* & quæ gallice prodiit *Eiusdem Relation d'un Voyage fait en Egypte en 1672. & 1673. Paris 1677. 12.* Iungi potest *Eiusdem Histoire d'Alexandrie fondée par S. Marc que nous appellons celles des Jacobites*, *Coptes d'Egypte Paris 1677. 12.* MARCI FRIDERICI WENDELINI *admiranda Nili*, *Francofurti* prodierunt *1623. 8.* Accuratior vero est PETRI WYCHE *breuis Relatio de Nilo*, *eius cursu*, *æstu*, *&c.* per virum, qui aliquot annis in Imperio Abyssino vixit, ex Lusitanica in Anglicam linguam translata, *Londini 1670. 8.*

CAPVT VNDECIMVM
DE
SCRIPTORIBVS RERVM AFRICANARVM ET AMERICANARVM.

§. I.

AB *Asiaticis* prouinciis pergimus ad *Africanas*, vbi primum occurrit IO. LEONIS AFRICANI *Descriptionis Africæ Libri IX. arabice* primum scripti, inde Italice redditi, quos *Joa. Florianus* ex Italico Latinos fecit prodiere *Tiguri 1559. 8. Lugduni Batauorum 1632. 24. 2.* Voll. & gallice, *Lugduni 1556. f. 2. Voll. Antwerpiæ 1556. 8.* qua Geographia egregie deducitur, in editione *Tigurina* accessit *Hannonis* Carthaginensium Ducis *Nauigatio*, qua maximam Libycæ Oræ partem vltra Herculis Columnas lustrauit ex græco, interprete *Conrado Gesnero.* LVDOVICI MARMOLII *Descriptio Africæ generalis* libris tribus constans, Hispanice primum prodiit, & quidem *Tomus I. & II. Granatæ 1573. f. Tomus* vero *Tertius Malagæ 1599. f.* qui raro inueniuntur,

post

post gallice nitide versa & aucta per Mr. *Perrot d'Ablancourt*, *Paris 1667. 4. 3. Voll.* Præcipue vero æstimandi veniunt IOANNIS BAPTISTAE GRAMMAYE, qui in itinere suo Africano a barbaris captus plerasque oras lustrauit, *Africæ illustratæ Libri X Tornaci 1622. 4.* & quæ præstat OLFERTI DAPPERI *Africa*, *belgice Amstelodami 1686. f.* & germanice *Amstelodami 1670. f.* quæ ad generalem Africæ descriptionem multum conducit. Optima vero est Domini de la CROIX *Relation universelle de l'Afrique ancienne & moderne Descriptio vniuersalis Africæ antiquæ & hodiernæ*, quatuor Partibus distincta, *Lugduni 1688. 12.* qua omnes Africæ prouinciæ, vrbes atque ritus, additis mappis Geographicis elegantissime describuntur.

§. II.

Inter speciales prouincias occurrit primo proprie sic dicta *Barbaria.* PETRVS quidem DANIEL scripsit *Histoire de Barbarie & de ses Corsaires*, *à Paris 1649. 4. f.* Historia *Taffiletti Imperatoris Barbariæ*, anglice primum edita, post gallice versa, inde italice prodiit *Bononiæ 1670. 12.* G. MOVETTE qui inter captiuos Christianos vndecim annos Fessæ fuit, deque his motibus præsens plurima accurate cognoscere potuit, habemus *Histoire des Conquestes de Mouley Archy*, *connu sous le nom de Roy de Tafilet; & de Mouley Ismael*, *ou Semein son frere & son successeur a present regnant tous deux Rois de Fetz*, *a Paris 1683. 12.* qua Narratione multa de Statu rebusque Regnorum *Fessæ*, *Tafilettæ* & *Marocci* traduntur. Coniungenda Domini de S. OLON Legati Gallici ad Aulam Maroccanam *Relation de l'Empire de Maroc*, *Paris* 1695. 12. breuiter & concinne scripta Imperii Maroccani statum qualis tum fuit sistit, lectu sane iucun-

CAPVT VNDECIMVM

DE

SCRIPTORIBVS RERVM AFRICANARVM ET AMERICANARVM.

§. I.

AB *Asiaticis* prouinciis pergimus ad *Africanas*, vbi primum occurrit IO. LEONIS AFRICANI *Descriptionis Africæ Libri IX. arabice* primum scripti, inde Italice redditi, quos *Joa. Florianus* ex Italico Latinos fecit prodiere *Tiguri 1559. 8. Lugduni Batauorum 1632. 24.* 2. Voll. & gallice, *Lugduni 1556. f. 2. Voll. Antwerpiæ 1556.* 8. qua Geographia egregie deducitur, in editione *Tigurina* accessit *Hannonis* Carthaginensium Ducis *Nauigatio*, qua maximam Libycæ Oræ partem vltra Herculis Columnas lustrauit ex græco, interprete *Conrado Gesnero.* LVDOVICI MARMOLII *Descriptio Africæ generalis* libris tribus constans, Hispanice primum prodiit, & quidem *Tomus I. & II. Granatæ 1573. f. Tomus* vero *Tertius Malagæ 1599. f.* qui raro inueniuntur, post

post gallice nitide versa & aucta per Mr. *Perrot d' Ablancourt*, *Paris 1667. 4. 3. Voll.* Praecipue vero aestimandi veniunt IOANNIS BAPTISTAE GRAMMAYE, qui in itinere suo Africano a barbaris captus plerasque oras lustrauit, *Africae illustratae Libri X Tornaci 1622. 4.* & quae praestat OLFERTI DAPPERI *Africa*, *belgice Amstelodami 1686. f.* & germanice *Amstelodami 1670. f.* quae ad generalem Africae descriptionem multum conducit. Optima vero est Domini de la CROIX *Relation universelle de l' Afrique ancienne & moderne Descriptio vniuersalis Africae antiquae & hodiernae*, quatuor Partibus distincta, *Lugduni 1688. 12.* qua omnes Africae prouinciae, vrbes atque ritus, additis mappis Geographicis elegantissime describuntur.

§. II.

Inter speciales prouincias occurrit primo proprie sic dicta *Barbaria*. PETRVS quidem DANIEL scripsit *Histoire de Barbarie & de ses Corsaires*, *à Paris 1649. 4. f.* Historia *Taffiletti Imperatoris Barbariae*, anglice primum edita, post gallice versa, inde italice prodiit *Bononiae 1670. 12.* G. MOVETTE qui inter captiuos Christianos vndecim annos Fessae fuit, deque his motibus praesens plurima accurate cognoscere potuit, habemus *Histoire des Conquestes de Mouley Archy, connu sous le nom de Roy de Tafilet; & de Mouley Ismael, ou Semein son frere & son successeur a present regnant tous deux Rois de Fetz*, *a Paris 1683. 12.* qua Narratione multa de Statu rebusque Regnorum *Fessae*, *Tafilettae* & *Marocci* traduntur. Coniungenda Domini de S. OLON Legati Gallici ad Aulam Maroccanam *Relation de l' Empire de Maroc*, *Paris* 1695. 12. breuiter & concinne scripta Imperii Maroccani statum qualis tum fuit sistit, lectu sane iucun-

cundiſſima, atque SIMONIS OCKLEY *An Account of South-West Barbary, the Territories of the King of Fez and Marocco*, ſ. *Notitia Barbariæ Auſtro-Occidentalis, Londini 1713. 8.* ſcripta ab homine ſeruitutem diuturnam ibi experto, & ex autographo ab *Ockelejo* cum literis binis Regis *Maroccenſis* luci expoſita. Similes captiuorum miſerias, ſimul vero ſtatum Imperii *Moroccani*, iunctorumque Regnorum conſignauit *gallice* P. BVFNOT, quæ narratio in anglicum ſermonem translata indeque *germanice* verſa prodiit ſub titulo: *Leben Muley Ismael Kayſers von Marocco*, cura *M. Viſcheri*, *Hamburgi 1716. 8.* Curioſas quoque annotationes de rebus *Maroccanis* recentioribus deprehendas, in *Itinerario Caroli Stuarti*, Britannici legati, anglice ſcripto a IOHN WINDVS atque *a. 1725.* edito, inque germanicum idioma translato interprete *F. C. Webero*, ſub titulo: *Reiſe nach Mequinez der Reſidenz des heutigen Kayſers von Fetz und Marocco, Hannover 1726. 4.* Coniungendæ ex recentioribus: *Memoires hiſtoriques, concernant le Gouvernement de l'ancien & du nouveau Royaume de Tunis*, par *Mr. de* ST. GERVAIS *Paris 1737. 12.* & *Hiſtoire de l'Empire de Cheriſs en Afrique, ſa Deſcription geographique & hiſtorique avec la relation de la priſe d'Oran par Philippe V. Roi d'Eſpagne, Paris 1733. 12. 2. Voll.* & *Navigation faite en Barbarie* par FRANÇOIS BROOKS, *Vtrecht 1737. 8.* L. DES-MAY *relation nouvelle particuliere du voyage des Peres de la Mercy, aux Royaumes de Fetz & de Maroc, pour la redemtion des captifs Chretiens negociee en l'an 1681, avec Moule Iſmael Roy de Fetz & de Maroc, à Paris 1682. 12.* De *Nigritia* Relationem edidit F. I. B. GABY Superior Conventus obſeruantiæ S. Franciſci de Loches ſub Titulo *Relation de la Nigritie* Paris *1689. 8.* vbi & præter cho-

chorographiam, religionem, mores, ritus & singularia regionis breuissime describit. De *Guinea* habemus relationem gallice scriptam, *Parisiis 1669. 12.* & Domini a VILLAVT *Relationem de terra Africana*, *Guineæ* anglice, *Londini 1670. 12.* Optima tamen est GVILIELMI BOSMANN oculati testis & diu in aureo hoc litore versati *Voyage de Guinée* XX. Epistolis comprehensa *Vtrecht 1705. 12.* & *germanice Hamburgi 1708. 8.* quibus recentior incolarum ac commerciorum tractus illius status belle recensetur. Addatur: *Voyage du Chevalier de* MARCHAIS *en Guinée*, *Isles voisines & à Cayenne fait* en 1725. 1726. & 1727. *par* LABAT, *Paris 1730. 12. IV. Voll.* & *Amsterdam 1731. 12. IV. Voll.* Regnum *Congo* inter Africana haut minimum est, de quo varii extant Scriptores, MICHAEL ANGELVS de GVATINI & DIONYSIVS de PLACENZA Patres Capucini & missionarii pontificii iter suum ipsi descripserunt *in hoc regnum*, *Italice*, *Bononiæ 1678. 12.* Idem egit IO. ANTONIVS CAVASI s. CAVAZZI Missionarius stilum accommodante P. FORTVNATO ALAMANDINO in *historica Descriptione trium Regnorum Congo*, *Matamba & Angola*, *Bononiæ 1687. f.* italico idiomate facta.

§. III.

Ad *Æthiopiæ* res, maxime recentiorem statum, facit LVDOVICI de VRETA *Historia Æthiopica* cum additionibus *Antonii Colazzi*, Lusitanice *Eboræ 1611. 4.* EMANVELIS ALMEIDAE *Litteræ annuæ ex Æthiopia*, italice, *Romæ 1629. 12.* ALOISII DVLCEBENII *litteræ annuæ Sinenses & Æthiopicæ*, *Romæ 1632. 8.* Præcipue vero commendandum est scriptum FRANCISCI ALVAREZII, quod lusitanice prodiit sub titulo: *Verdadeira informaçaon do Preste João das Indias em que se*

con-

contão totos os sitios das terras e das trados e commercios dellas, *Lisboa 1540. f.* & *germanice: warhaffter Bericht von den Landern des Königs in Æthiopien, den wir Priester Iohannes nennen, aus dem Portugisischen und Italienischen ins teutsche gebracht, Eisleben 1567. f.* Auctor hic legationis ab Emanuele Portugalliæ Rege missæ socius, totam illam legationem, qua ratione peracta, atque ipsum terræ statum tum ciuilem tum ecclesiasticum, ritusque tum sacros tum profanos describit, & lumen olim prætulit historiæ Æthiopiæ. BALTHASARIS TELLEZ *Historia general de Ethiopia a alta tirada & abbreviadada que mais largamente compos na India* MANOEL d' ALMEIDA, *Coimbra 1660. f.* NICOLAVS GODIGNVS de *Abyssinorum deque Æthiopiæ patriarchis Ioanne Nonio Barreto, & Andrea Ouiedo* scripsit *libros III Lugduni 1615. 8.* IOANNES dos SANTOS portugallico sermone scripserat *Ethiopia Oriental è varia historia de causas notaveis do Oriente*, Euora *1609. 2. Tom.* quam in gallicum postea transtulit CAIETANVS CHARPY, *Histoire de l' Ethiopie Orientale, Paris 1684. 12.* quæ tamen plena non est amploque Generalis Historiæ titulo non respondet. Omnibus autem palmam præripuit illustris vir IOBVS LVDOLFVS. *Sciagraphiam* hic primum edidit: *Historiæ Æthiopicæ, siue Regni Abessinorum, quod vulgo perperam Presbyteri Iohannis vocatur, Ienæ 1676. 4.* quam prodromum esse voluit maioris operis a se edendi, quod paullo post insecutum fuit hoc titulo: *Historia Æthiopica, siue, breuis & succincta descriptio Regni Habessinorum, quod vulgo male Presbyteri Iohannis vocatur, in qua Libris Quatuor agitur de natura & indole regionis & incolarum, de Regimine Politico, regum successione, de Statu ecclesiastico, initio & progressu religionis Christianæ, demum*

mum de rebus priuatis, literatura, œconomia, Francofurti 1681. f. quod opus multa cura, magnis quoque impensis sumtibus collegit, plurimum tamen ex patrum S. I. Epistolis annuis, quas BALTHASAR TELLEZIVS excerpsit & Habessini cuiusdam exulis Abbatis, *Gregorii* nomine, quo ipse in Germania familiariter vsus fuerat, se profecisse dicit. Addidit postea: *Commentarium ad suam Historiam Aethiopicam, Francofurti 1691. f.* quo multa breuiter dicta fusius narrantur, contraria refelluntur, non solum res Æthiopicæ, sed etiam varia S. Scripturæ loca atque antiquitates ecclesiasticæ egregie illustrantur. Conferri cum *Ludolfo* potest HIERONYMI LVPI S. I. (*Lobo* lusitanice) *Voyage Historique d' Abissinie*, ex lusitano idiomate in Gallicum translata, pluribusque Dissertationibus, Epistolis & Relationibus adaucta a S. I. *le* GRAND Priore Novavillano & Preveffino, *Paris 1728. 4. Amstelodami* 1728. 12. II. Tomis. In adiectis Dissertationibus *Grandius*, linguam Abissinorum plane ignorans, Ludolfum refutare voluit partium studio ductus. De *Aethiopia Occidentali* extat *Voyage & Relation historique de l' Ethiopie Occidentale par* LABAT, *Paris 1732. 12. V. Voll.* DAMIANI a GOES Liber *de fide, religione, moribusque Æthiopum, Louanii 1540. 8.* adiectus quoque *Petri Martyris Rebus Oceanicis.* IOANNIS LVDOVICI HANNEMANNI *Scrutinum nigredinis posterorum Cham siue Æthiopum, Kilonii 1677. 4.* & IOANNIS NICOLAI PECHLINI liber *de habitu & colore Aethiopum, Kilonii 1677. 8.*

§. IV.

Generalem *Americæ* Historiam plures sunt, qui scripserunt. Enimuero extant: ABRAHAMI ORTELII *America, siue noui Orbis Descriptio, Antwer-*

werpiæ 1587. f. CHRISTOPHORI COLVMBI *descriptionem Americæ, Basileæ 1493. 8.* ANTONII *de* HERRERA *Historia general de los hechos de los Castellanos en las Islas y tierra firme del Mar Oceano en VIII. Decadas desde el anno 1492. hasta el de 1594.* Madrid *1601. &c. 9. Tom. 4. Voll.* quod opus latine ſub titulo: *Novus orbis ſ. Deſcriptio Indiæ Occidentalis, metaphraſte* CASPARE BARLAEO, prodiit *Amſtelodami 1622. f.* cui adiuncta & inſerta Opuſcula: IACOBI le MAIRE *Deſcriptio Nauigationis Auſtralis inſtitutæ 1615.* IOA. de MORE *Narratio Nauigationis 1618. Catalogus Vocabulorum, quibus Incolæ Inſularum Salomonis vtuntur;* PETRI ORDONNEZ de CEVALLOS *Deſcriptio Indiæ Occidentalis* &c. Germanico ſermone habemus IOSEPHI ACOSTAE *Beſchreibung der neuen VVelt oder VVeſt Indien, Francfurt 1617. &* NICOLAI HONIGERI *Beſchreibung der neuen Welt, Baſel 1582. f.* THEODORVS de BRY edidit *Deſcriptionem Americanarum Prouinciarum & incolarum, Tribus Voluminibus Francofurti 1590. 1592. f.* multis æneis figuris exornatis, qua non ſolum ſitum locorum, ſed etiam mores incolarum aliaque, quæ neceſſaria, deſcribit. Optima vero eſt IOANNIS de LAET *Americæ vtriusque deſcriptio ſ. Nouus Orbis* ſeu *Deſcriptionis Indiæ Occidentalis* Libri XVIII. *Lugduni Batauorum 1633. f.* in qua non ſolum ſitus generalis, ſed etiam ſpecialium prouinciarum ratio, incolarum mores, naturalia, aliaque quæ neceſſaria, elegantiſſime deſcribuntur. Addimus OLFERTI DAPPERI *Americam*, germanice editam, *Amſterdam 1671. f.* IACOBVS HVGO LINSCHOTANVS quoque edidit *Deſcriptionem totius Guineæ tractus & Americæ aditus, reditus, populi mores, Hagæ 1598. f.* cui accedunt IOANNIS MATALII *tabulæ æneæ Americam deſcribentes.* Res Ame-

Americanas multum illuſtrant *Itineraria* recentiora, qualia Voyages de FRANÇOIS COREAL *aux Indes occidentales*, contenant ce qu'il a vu de plus remarquables pendant ſon ſeiour depuis l'an 1666. iusqu' an 1697. traduits de l'Eſpagnol avec une relation de la Givane de WALTER RALEIGH; *la Voyage du Capitain* NARBROVGH *a la Mer du Sud*, *à Amſterdam* 1722. 12. 2. *Voll.*

§. V.

Alii fuerunt, qui *America*, vel *detectæ*, vel *à diuerſis gentibus occupatæ* Hiſtoriam nobis tradiderunt. De inuenta America libellos aliquot vulgo oberrantes, *Hervagio* excudendos dedit IOA. HVTICHIVS, qui cum Præfatione *Simon. Grynæi* ſub inſcriptione: *Novi Orbis Regionum & Inſularum veteribus incognitarum Baſileæ* 1532. *f.* prodiere, ex quibus huc ſpectant: ALOYSII CADAMVSTI *Nauigatio ad terras ignotas*, *Archangelo Madrigano* interprete; CHRISTOPHORI COLVMBI *Nauigatio* eodem interprete; PETRI ALONSI, PINZONI, *Nauigationes* ex eiusd. interpretatione, ALBERICI VESPVTII *Nauigationum* Epitome; PETRI ALIARIS *Nauigationis & Epiſtolarum quorundam mercatorum* Opuſculum; IOSEPHI INDI *Nauigationes*; AMERICI VESPVTII *Nauigationes IV.* cetera huius Collectionis ad IndiamOrientalem aliasque Terras olim parum cognitas faciunt. Eodem tempore editæ: De *Inſulis nuper inuentis* FERDINANDI CORTESII *ad Carolum V. Romanorum Imperatorem Narrationes*, cum alio quodam PETRI MARTYRIS ad Clementem VII. P. R. libello *Coloniæ* 1532. *f.* adhæret NICOLAI HERBORN *de inuentis nuper Indiæ populis idololatris ad fidem Chriſti conuertendis Epitome.* Alia talium Collectio inſcripta: *Nouus Orbis*,

bis, id est, *Nauigationes primae in Americam*, quibus adiunctus *Casparis Varrerii Discursus super Ophyra Regione*, edita *Roterodami 1616. 8.* qua *Columbi*, *Pinzoni*, *Vespútii*, *Martyris*, *Herborni* Narrationes exhibentur. Multo candore scripta ac plena memorandarum narrationum est HIERONYMI BENZONI *la Historia del novo Mondo*, *Venetiis 1572. 8.* quam latine vertit & edidit *Vrbanus Calveto Geneva 1578. 8.* Additis inde figuris a Theodoro de Bry aeri incisis, sub titulo: *Noui orbis Historiae rerum ab Hispanis in India Occidentali gestarum partes XIII. Francofurti 1595. f.* & sequentibus annis edita, atque postea in germanicum quoque sermonem translata. Praeterea extant: MARTINI FORBISSERI *Nauigatio in regiones Occidentis & Septentrionis* ex gallico in latinum translata per *Ioannem Thomam Freigium*, *Noriberga 1580. 8.* iterum edita e Museo *Capelli*, *Hamburgi 1675. 4.* IOANNIS LERII *Historia Nauigationis in Brasiliam*, *Geneuae 1587. 8.* PETRVS MARTYR *de Orbe nouo* Decadibus VIII. *Compluti 1530. f. Coloniae 1574. 8. Parisiis 1587. 8.* editis, varias nauigationes in nouum Orbem describit.

§. VI.

Specialium Americae Prouinciarum descriptionem alii nobis dederunt. *Hispaniolae* vel *S. Dominici*, quam ipse per tempus habitauit, accuratissimam descriptionem dedit PETRVS FRANCISCVS XAVERIVS *de* CHARLEVOIX *Histoire de l'Isle Espagnole, ou de S. Domingue à Paris 1730. 4. mai. duobus Tomis.* De *Peruviano* autem Regno prostant: IN. GARCILASSO de la VEGA *Commentarios Reales de l' Origen de los Incas Reyes del Peru*, en Lisboa Tom. I. *1609. f.* T. II. Cordona *1617. f.* accuratissime scripti, quorum versionem dedit Gallus *Baudouin*, quae recusa sub titulis:

GAR-

GARCILASSO de la VEGA *Histoire des Yncas, Rois de Perou*, Amsterdam, *1704. 8.* 2. Voll. & *ibid. 1737. 4. 2. Voll.* cum figuris æneis elegantissimis. It. *Histoire des guerres civiles des Espagnols dans les Indes*, Amsterdam *1706. 8.* 2. Voll. Idem tentavit AVGVSTINVS de ZARATE *Historia del Descrubimento y conquista del Peru en el an. 1525. f.* en Sevila *1677.* quæ gallice edita & inscripta: *Histoire de la decouverte & de la Conquete du Perou* par AVGVSTIN de ZARATE *Amsterdam 1700. 8.* Conferatur ex antiquioribus LEVINVS APOLLONIVS de *Peruuiæ inuentione & rebus in eadem gestis* Libris V. *Antwerpiæ 1567. 8.* DIEGO FERNANDEZ *Historia del Peru*, en Sevilla *1571. f.* *Mexicanæ* in America Septentrionali occupationem ab Hispanis Duce Ferdinando Cortesio factam accurate hispanico sermone descripsit ANTONIVS *de* SOLIS. Quam Historiam accurate & eleganter transtulit CITRI de la GVETTE *Histoire de la Conquête du Mexique, ou de la nouvelle Espagne, depuis l'an 1518. jusqu' a l'an 1621.* a Paris *1691. 4.* *a la Haye 1692. 12.* 2. Voll. *cum fig. æneis.* Addatur THOMAE GAGE *Nouvelle Relation contenant les Voyages de luy dans la nouvelle Espagne, ses diverses avantures, & son retour, avec la Description de la ville de Mexique, traduite de l' Anglois par le Sieur de* Beaulieu, *à Paris, 1679. 12. Amsterdam 1721. 12. 2. Voll.* B. In *Florida* res gestas memorant LEVINVS APOLLONIVS de *Nauigatione Gallorum in Terram Floridam deque clade a. 1565. ab Hispanis accepta*, Basileæ, *1583. f.* IACOBI le MAIRE *Narratio breuis eorum, quæ in Florida, Americæ prouincia Gallis acciderunt, Francofurti 1591. f.* & *Histoire de la Conqueste 1539. de la Floride par les Espagnols sous Ferdinand de Soto par M. D. C. Paris 1685. 12.* ex Lusitanico translata. De *Virginiæ commodis*

modis & incolarum ritibus extat præclara *Narratio* THOMAE HARIOT, cum figuris æneis *Francofurti ad M. 1590. f. Historiam Virginiæ* accuratissime condidit Auctor ANONYMVS natione & Civitate Virginianus *anglico* sermone, a. 1705. forte editus, indeque *gallice* inscriptus: *Histoire de la Virginie*, Amsterdam, *1707. 12.* a prima Virginiæ occupatione a. 1583. auspiciis Elisabethæ Angliæ Reginæ facta, orsus, magna libertate res memorat addita Prouinciæ Descriptione Ceteras prouincias & Insulas, quæ Anglico Imperio in America subiacent ample idiomate *Anglico* descripsit RICHARDVS BLOME *The present State of His Mai. Iles aut Territories in America. London, 1687. 8.* & *gallice: L'Amerique Angloise*, Amsterdam, *1688. 12.* Addatur I. OLDMIXON *the British Empire in America, London, 1708. 8.* & germanice *Hamburgi 1710. 8.* Isthmi Americani, cui a magno fluuio nomen *Darien* inditum, Descriptionem accuratam fecit LEONELLVS WAFERVS *a new Voyage and Description of the Isthmus of America, London 1704. 8.* cum historia naturali. *Descriptionem Nouæ Sueciæ, nunc ab Anglis dictæ Pensyluaniæ* suecice dedit THOMAS CAMPANIVS *Stockholmiæ 1702. 4.* in qua non solum hanc terram Suecorum olim fuisse coloniam probat, sed etiam mores, instituta, leges & religionem incolarum curate describit. Antea prodierat FRANCISCI DANIELIS PASTORII inepta descriptio *Pensyluaniæ, Francofurti 1700. 8.* quam tamen in multis confutauit Campanius. LVDOVICVS HENNEPIN S. I. Missionarius edidit *Description de la Louisiane nouvellement* (a. 1680.) *decouverte ou Sud-Ouest de la nouvelle France, a Paris, 1683.* cum Tabula Geographica & relatione de moribus & victu barba-

barbarorum. Addantur Eiusdem HENNEPIN *Nouvelle decouverte d' un grand Pays situé dans l' Amerique*, Vtrecht 1697. 12. & *Nouveau Voyage d' un Pays plus grand que l' Europe*, Vtrecht, 1698. 12. vbi quæ de *Lusiana* siue regione Missisipi memorauerat latius describit. FRANCISCI CREVXII *Historia Canadensis* seu *Nouæ Franciæ* Libri X. ab An. 1625. ad An. 1656. prodiere *Parisiis 1664. 4.* Inde deducta, scripta culto stilo: *Beschreibung des an dem Fluße Missisipi gelegenen Landes Lovisiania Leipzig 1720. 8.* Americanas insulas *Antilles* dictas optime, descripsit Sr. ROCHEFORT, *a Rouen 1665. 4.* Statum resque recentiores, in primis Gallos inter & Anglos in America Septentrionali commemorat *Histoire de l' Amerique Septentrionale*, auctore *de* BAQVEVILLE *de la* POTHERIE *Parisiis 1722. 12.* mai. IV. Voll. De *Brasiliensibus* ditissimis *Lusitanorum* in *America*, prouinciis, plures singulares curatissimasque composuerunt *Descriptiones*, quas indicat recensetque V. C. SCHMAVSSIVS *Cap. XIX. des neuesten Staats des Kœnigreichs Portugall* p. 610. plerasque lusitanice exaratas atque rarissimas. CHRISTOPHORI d' ACVGNA *Relation de la riviere des Amazones* in gallicum sermonem de lusitano translata cura *Gombervillii*, edita *à Paris 1682. 12.* IOANNES *de* LAET præstantissimam *Historiam Naturalem Brasiliæ* conduxit, *Amstelodami & Lugduni Batauorum 1648. f.* editam, qua GEORGII MARGGRAVII *de Liebstædt*, *Historiæ rerum naturalium Brasiliæ* Libri Octo; & GVILIELMI PISONIS *de Medicina Brasiliensi* Libri Quatuor, continentur. Occasione factæ a *Belgis* occupationis egregiarum harum Prouinciarum conscripta fuit CASPARIS BARLAEI *Historia Rerum* per octennium *in Brasilia* & alibi *sub I.*

Mauritio Comite Nassouio gestarum elegantissima est, cuius splendida Editio *Amstelodami 1647. f.* prodiit ex Officina *Blauiana*, cum Tabulis Geographicis & actionum bellicarum nitidissimis. Recusa *Cliuis* 1660. 8. cui secundae Editioni *Guilielmi Pisonis* Medici, de variis rebus naturalibus Brasiliae Tractatus accessit.

§. VII.

Statum Ecclesiasticum maximeque illatae in Novum orbem doctrinae Romano-Catholicae ex parte exposuit GIL. GONZALEZ DAVILA *Teatro Ecclesiastico de la primitiua Iglesia de las Indias Occidentales, en Madrid 1655. & 1659. f. 2. Voll.* Huc pertinet PETRI IARRICII *Thesaurus Rerum Indicarum, Coloniae 1615. 8.* 2. Voll. Crudelitates & saeuitiam Hispanorum in Americanos innocentes aperuit & acerbe tulit ipse Hispanus BARTHOLOMAEVS de las CASAS, cuius commentarius hispanice scriptus, italice quoque sub titulo *Istoria della destruttione dell' Indie Occidentale, Venetiis 1630. 4.* prodiit. Addatur eiusdem: *Il supplice Schiavo Indiano, Venetiis 1636. 4.* germanice ter editus & ex gallico translatus primum *1597. 4.* sine loci mentione & iterum sine tempore & loco & tertium *1665. 4.* sine loco impressionis additis figuris aeneis.

§. VIII.

Tandem quoque considerandi veniunt Scriptores, qui de *origine Gentium Americanarum & rebus naturalibus* egerunt. De originibus quidem varii varia fuerunt commentati. HVGO GROTIVS primus est, qui hanc quaestionem mouit in Dissertatione *de origine Americanorum, Amstelodami 1643. 8.* qui Americanos Borealiores ex Norwegia ortos ac per Grönlandiam in Americam venisse

inge-

ingeniose dicit: Iucatenenses vero & vicinos ex Aethiopia, Peruuianos ex China. IOANNES de LAET *Notas ad* hanc *Dissertationem Hugonis Grotii* dedit *Parisiis 1643. 8.* Secuta HVGONIS GROTII de *origine Gentium Americanarum Dissertatio* altera *Parisiis 1643. 8.* & IOAN. de LAET *Responsio ad Dissertationem secundam H. Grotii, Amstelodami 1644. 8.* Grotio quoque & *Lerio*, qui Americanos Chananaeorum reliquias esse dixerat, se opposuit IOANNES BAPTISTA POISSONVS in *Animaduersione sua ad ea, quae Grotius & Lerius de origine gentium Peruuianarum & Mexicanarum scripserunt, Parisiis 1644. 8.* ROBERTVS COMTAEVS *de origine gentium Americanarum, Amstelodami 1644. 8.* illas a Carthaginensibus deriuat. GEORGIVS autem HORNIVS Libris IV. *de Originibus Americanis, Hagae Comitis 1652. 8.* plerasque de hac materia diuersas opiniones congessit. *Rerum Medicarum Nouae Hispaniae Thesaurum* seu, *Plantarum, Animalium, Mineralium Mexicanorum Historiam* ex FRANCISCI HERNANDEZ noui Orbis Medici Primarii Relationibus, NARDVS ANTONIVS RECCHVS collegit ac in ordinem digessit, notis vero illustrauit IOA. TERRENTIVS & FABIVS COLVMNA LYNCEORVM, prodiit *Romae 1651. f.* GVILIELMI PISONIS *de Medicina Brasiliensi* Libros Quatuor & GEORGII MARCGRAVII de LIEBSTAD *Historiae Rerum Naturalium Brasiliae* Libros Octo in ordinem digessit & additis Annotationibus, varia suppleuit & illustrauit IOANNES de LAET *f. Catalogum Plantarum, quae in Insula Iamaica sponte proueniunt, vel vulgo coluntur*, additis aliis quibusdam, quae in Insulis Maderae, Barbados, Nieves & S. Christophori nascuntur, seu Prodromi Historiae Naturalis Iamaicae Partem Primam dedit HANS SLOANE, *Londini*

dini 1696. 8. de radicibus, plantis, arboribus, fructibus & herbis ab Anglis in America plantatis, anglice exposuit WILHELMVS HVGES, *Londini 1666. 12.* FRANCISCVS XIMENES *de viribus plantarum & animalium in medicina*, commentatus *Mexici 1615. 8.*

CAPVT DVODECIMVM
DE
SCRIPTORIBVS RERVM PORTVGALLICARVM ET HISPANICARVM.

§. *I. Dispositio generalis Scriptorum historiæ Europææ.*

§. *II. Scriptores de Academia Historiæ Portugallicæ & qui de Scriptoribus exposuerunt.*

§. *III. Scriptores qui ad statum Geographicum Portugalliæ faciunt.*

§. *IV. Scriptores qui Historiam vniuersam Regni Portugalliæ exposuerunt.*

§. *V. Scriptores qui Regum & illustrium eventuum Vitas & narrationes singulares dederunt.*

§. *VI. Scriptores de Vitis Reginarum & illustrium Heroum.*

§. *VII. Scriptores qui ad statum politicum & ecclesiasticum, Portugalliæ faciunt.*

§. *VIII. Scriptores qui de Scriptoribus Historiæ Hispanicæ exponunt & ad statum Geographicum Hispaniæ faciunt.*

§. *IX. Collectores Scriptorum rerum Hispanicarum.*

§. *X. Scriptores historiæ Hispanicæ vniuersales editi.*

§. *XI. Scriptores qui ad statum certarum tantum prouinciarum & ciuitatum faciunt.*

§. *XII. Scriptores Vitarum Regum Reginarumque Hispaniæ.*

§. *XIII. Scriptores de illustribus Hispaniæ viris.*

§. *XIV. Scriptores qui ad statum politicum & ecclesiasticum Hispaniæ faciunt.*

§. *XV. Scriptores qui iura successionis Hispanicæ indagarunt.*

§. I.

§. I.

Historicos potiores *trium orbis partium* iam indicauimus, pergimus nunc ad *Scriptores historiæ Europææ*, quos primum secundum *regna* distinguemus, in singulis vero certum ordinem obseruantes. Hic autem potissimum triplex erit: vt Scriptores regnorum consideremus secundum *chorographiam*, explicantes in eadem situm tum generalem tum specialem, descriptiones vrbium, statum naturalem, mores & ritus incolarum & similia: dein progredimur ad *statum historicum* vel *vniuersalem* regni explicantes, vel *particularem* regum & provinciarum: tertio loco ad *statum politicum*, in eodem considerantes quæ formam, successionem, politiam, & iura regni regumque concernunt. Initium autem naturæ sequentes, ab Portugalliæ & Hispaniæ regnis exordiemur.

§. II.

Historia *Lusitana*, instituta auspiciis IOHANNIS V. *Lusitanorum Regis* sapientissimi *Academia Historiæ Lusitanicæ* adscitisque summis literatissimisque in eandem Viris, nostro Seculo, feliciter illustratur. Docet hanc gentis insignem curam nobilissimum nostrisque in oris perrarum opus editum hac inscriptione: *Collecam dos Documentos, statutos e memorias da Academia Real da Historia Portugueza*, *Vlyssipone occid.* 1721. - - 1725. f. *V. Tomis*, quibus accesserunt *Tomus VI. & VII.* Acta ann. *1726. & 1727.* complexi. Porro *Colleccam dos Documentos* &c. *que neste anno de 1728. se compuzerano ibid. 1729. f.* & anni *1729. f.* Exhibentur iisdem Documenta, statuta & commentarii huius Academiæ, inde ab Anno 1721. vsque ad 1729. compositi,

positi, iussuque Censorum Academiæ editi, variaque vtilia subsidia ad historiam Lusitanam, pertinentia. Edidit opus Academiæ Secretarius illustrissimus Comes de VILLARMAIOR, siue vti in sequentibus Tomis appellatur EMANVEL TELLEZ de SYLVA *Marchio* de ALEGRETE. Addatur *Eiusdem* summi Viri *Historia da Academia real da Historia Portugueza, Vlyssipone Occident. 1727. 4. mai. Tomus Primus*, cuius Prologo Historiæ Lusitanæ tam ecclesiasticæ, quam ciuilis Scriptores prolixe recensentur. De *Scriptoribus historicis* omnibusque iis, vnde *notitia* Lusitaniæ peti potest, erudite & accurate exposuit Vir celeberrimus IOANNES IACOBVS SCHMAVSSIVS, *Capite Decimo Nono, des neuesten Staats des Kœnigreichs Portugall.*

§. III.

Ad *Portugalliæ Statum Geographicum* faciunt primum ii, qui summo studio antiquitates inuestigarunt cumprimis Romanas, quarum multæ in Lusitania reperiuntur reliquiæ. *Geographiam* antiquam curiosissime inuestigauit ANDREAS RESENDIVS, cuius *de Antiquitatibus Lusitaniæ* Libri IV. extant, qui cum Scholiis *Iacobi Menoetii* VASCONCELLI *Tomo II. Hispaniæ* illustratæ *Schotti p. 899.* illati. CASPARIS STATII siue ESTAZO *Varias Antiguedades de Portugal*, editæ *Lisboa 1610. 1625. f.* idem argumentum tractant. Alii singularium Vrbium ciuitatumque *Antiquitates* peruestigarunt. Quem iam laudauimus ANDREAS RESENDINVS multa cura, patrio sermone *de Antiquitatibus Eboræ*, commemorauit, quæ ex interpretatione latina *Schotti*, addito IACOBI MENOETII VASCONCELLI *Commentario de Eborensi Municipio*, Tomo II. *Hispa-*

Hispaniæ illustrata p. 971. accessit. Recentiorem statum Geo- & Topographicum exposuerunt: EDVARDVS NVNNEZ siue NONIVS de *Liaon* nominatus in *Descripçaõ do Reyno de Portugal, Lisboa 1610. 4.* opere postumo. ANTONIVS VASCONCELLVS *Descriptione Regni Lusitaniæ, cum compendio rerum illustrium, quæ in eo visuntur, tam ad humanum cultum spectantium, quam ad diuinum*, quæ ad finem addita ipsius *Anacephalæoseos. Antwerpiæ 1621. 4.* Hunc secutus fuit NICOLAVS OLIVEIRA *in Descriptione Portugalliæ 1620. 4.* PETRI *du* VAL *le Royaume de Portugal divise en ses six grands Gouvernements, a Paris 1664. 12.* Leue est MARTINI ZEILERI *Itinerarium Lusitaniæ*, quod *Hispanico* iunctum prodiit. Hos omnes copia, accuratione, elegantia superant: *Les Delices de l'Espagne & du Portugal* par *Dom* VAN ALVAREZ *de* COLMENAR, siue quis demum verus sit Libri perelegantis figuris æri incisis illustrati auctor, prodiit *a Leyde 1715. 8.* VI. Voll. quarum *Tomus Quintus*, memorabilia *Portugalliæ* exhibet: Editæ quoque belgico sermone *Beschreyving van Spanien ende Portugal*, figuris æneis textui insertis, nitidissime excusæ. Præstantissima, sed in oris nostris perrara est: ANTONIO CARVALHO *da* COSTA *Corografia Portugueza*, Tribus Tomis exposita *Lisboa*, Tomus I. *1706.* Tom. II. *1708.* Tom. III. 1712. f. *3. Voll.* *Specialium Prouinciarum* singulares *Descriptiones* plures quoque condiderunt. Quarum e serie notabilis: CASPARI ALVAREZ *de* LOVSADA Regii historici & archivarii *Descripçaõ de Entre Douro e Minho; Comarca de Valença del Minho, & Descripçaõ da Prouincia de Tra los montes*, aliasque nondum edites indicat V. C. *Schmaussius* l. c. Regiæ & magnæ Ciuitatis *Olyssipponensis* memorabilia dum

con-

consignarunt docti diligentissimique Viri, varias historiæ vniuersalis partes simul illustrarunt. Quales sunt: NICOLAI OLIVEIRA *Libro das Grandezas de Lisboa, Lisboa 1620. 4.* & CHRISTOPHORI RODRIGVEZ *de* OLIVEIRA *Sumario de algunas cosas que ay en la Ciudad de Lisboa 4.* atque LVDOVICI MARINHO *de* AZEVEDO *Historia de la Ciudad de Lisboa 1652. f.* nec non DAMIANI a GOES *Descriptio Vrbis Olisiponensis, Eboræ 1554. 4.* & Tomo II. *Hispan. illustratæ p. 879.*

§. IV.

Fontes Historiæ antiquioris *Portugalliæ* recludunt *Scriptores Rerum Hispanicarum*, de quibus in sequentibus est exponendum. LAIMVNDI *de* ORTEGA *de Antiquitatibus Lusitanorum* notatio, in Bibliotheca *Alcobazensi* custodita, *a Nicolao Antonio, Bibliothecæ Hisp. Vet. T. I. L. VI. c. IV. n. 75. p. 332.* cum aliis huiuscemodi commentis, pro partu suppositicio erudite fuit declarata. In condenda *vniuersali Portugalliæ Historia* occupati fuerunt publico salario auctorati subsidiisque Archiuorum egregiis instructi Historici publici FERDINANDVS nempe LOPEZ iussu *Eduardi* Regis; EDVARDVS porro GALVAON grauissimis legationibus functus auspiciis sapientissimi Regis *Emanuelis*, quorum tamen labores in Bibliothecis MSCti custodiuntur. Laudem cœptæ feliciter patriæ historiæ tulit BERHARDVS de BRITO, Monachus Cisterciensis, in publicis Regni Comitiis a. 1597. Historiographus renunciatus multisque egregiis doctrinæ & subsidiorum Archiualium præsidiis munitus, cuius eruditæ diligentiæ Lusitania debet primordia amplissimi instructissimique operis historiæ patriæ inscripti: *Monarquia Lusitana, Prima Parte, que contem as Historias dos Portu-*

Portuguefes de Annos 3962. da creação do mundo te o nacimento do noſſo Senhor Jeſu Chriſto, adiecta eſt: *Geografia antiga de Luſitania*, Alcobaca 1597. *f.* Secuta: *A ſegunda Parte da Monarquia Luſitana, em que ſe continuan as Hiſtorias de Portugal desde o nacimiento de noſſo Salvador Jeſu Chriſto a te ſer dado en dote a o Conde Henrique*, Lisboa 1609. *f.* Cœptam ſic auſpicato hiſtoriam perſecutus ANTONIVS BRANDAON Monachus itidem Ciſtercienſis & Hiſtoriographus regius atque ad ſecretiora archiua admiſſus, cui debetur a poſteritate: *Terceira parte da Monarquia Luſitana, que contem a Hiſtoria de Portugal deſde Conde D. Henrique ate todo o Reynado do Rey Dom Affonſo Henriquez* Lisboa, 1632. *f.* & *Quarta Parte da Monarquia Luſitana, que contem a Hiſtoria de Portugal desdo tempo do Rey D. Sancho I. ate todo o Reynado do Rey Dom Affonſo III. Lisboa* 1632. *f. Quinta* & *Sexta* Pars nobiliſſimi huius operis curante FRANCISCO BRANDAON edita *Lisboa* 1650. *f.* & *Septima* pello Frey RAPHAEL *de* IESVS, *Lisboa* 1683. *f.* cuius continuationem dabunt, vti ſpes eſt, illuſtres Academiæ Luſitanicæ Hiſtoriæ ſocii. Corporis huius inſignis *Septem* Tomis conſtantis, ſumma in plerisque Europæ prouinciis eſt raritas. *Britoni* primo auctori in rebus antiquis credulitatem obiecit DIDACVS PAIVA *de* ANDRADA in *Exame de Antiguedades*; cui tamen ipſe BRITO ſingulari *Apologia*; & BERNHARDINVS *de* SILVA in *Defenſa de la Monarquia Luſitana*, ſatisfecerunt. Ipſe quoque FRANCISCVS BERNARDVS *de* BRITO compendium concinnare cœpit cui titulus: *Elogios dos Reys de Portugal, com os mais verdadeiros retratos, que ſe poderaõ achar, Lisboa* 1603. 4. & iterum: *Elogios dos Reys de Portgal addicionados pelo* IOSEPH BARBOSA, *offe-*

reci-

recidos pelas maõs de DIOCO *de* MENDONZA, Secretario ſtatus regio, *Liſboa orientali 1726. 4.* quod ob concinnitatem & accuratiſſimas Regum imagines laudatur. Breuiores rerum Luſitanicarum expoſitiones dederunt: ANTONIVS VASCONCELLVS S. I. cuius *Anacephalaeoſis i. e. ſumma capita actorum Regum Luſitaniae*, cum *Deſcriptione Regni Luſitaniae*, *Antwerpiae 1621. 4.* cum elegantiſſimis Regum iconibus, edita, ſtilo quidem culto eſt perſcripta, ſed nimis eſt conciſa, multae magni momenti res omiſſae, ſaepeque confuſa expoſitio erroresque plures ex confuſione temporum. Idem fere pronunciandum de *Epitome de las Hiſtorias Portugueſas, dividido en quatro Partes por* MANVEL *de* FARIA *y* SOVSA, *Madrid 1628. 4.* & *Liſboa 1674. 4.* & *Bruſſelas 1677. f.* cum iconibus Regum, ſermone hiſpano, qui exteris magis eſt notus, exarata. Expoſitio rerum duabus prioribus partibus facta ieiuna eſt, in antiquis *Beroſi* & *Laymundi* fabulas repetit, parte tertia qua hiſtoriam ab *Henrico* Comite orſus, ad Philippos III. & IV. vsque ad annum 1628. memorat ſterilis ſtilusque argutiis ſaepe parum aptis, inamoenus, parte vero quarta qua ſingularia regionis, familiarum, ſcriptorum exponit, melior eſt & vtilior. IOANNES BAPTISTA LAMBERTINVS *Theatrum Regum* ſiue tabulas *Regum* Hiſpaniae & *Luſitaniae* concinnauit, editas *Bruxellis 1620. 4.* Praeſtat his ab homine quidem extero praeclaris tamen ſubſidiis vſo condita *Hiſtoire generale de Portugal* par Mr. LEQVIEN *de* NEVFVILLE *Paris 1700. 4.* duabus Partibus. Quarum priori, ſcribendi ratione culta atque pragmatica, res Luſitanorum a prima regni origine ad *Iohannem II.* vsque; *Altera* vero regimen *Emanuelis* Regis feliciſſimi & prupentiſſimi copioſiſſime deſcribuntur, excitatis in margi-

margine fontibus ſcriptoribus nempe optimis. Ii qui cum cura librum legerunt notant temporum rationes non ſemper curate a ſcriptore ſervatas, eundemque hiſtoricorum luſitano ſermone ſcribentium mentem non plene aſſecutum. Multa accuratione eruditaque diligentia ſtiloque germanico terſo & pragmatico res Portugalliæ expoſuit inter optimos noſtri æui ſcriptores hiſtoricos merito collocandus celeberrimi nominis vir IOANNES IACOBVS SCHMAVSSIVS *Capite II. des neueſten Staats des Kœnigreichs Portugal*, qui perelegans liber *Halæ 1714. 8.* omiſſo auctoris nomine editus. Ad *Puſendorfii Introductionem* quantum ad *Luſitanica* facit, illuſtrandam comparatum IACOBI AVGVSTI FRANCKENSTEIN *Portugieſiſches Theatrum, Halberſtadii 1723. 8.* Breuiarium quoque rerum Luſitanicarum reperitur, in viri illuſtris IOANNIS WILHELMI *de* GOEBEL *Helmſtædtiſcher Neben-Stunden, Sechſtem Stük, Helmſtædt 1736. 8.* *Gallico* idiomate expoſitiones compendiariæ aliquot luci expoſitæ, veluti: ANONYMI *Hiſtoria Luſitanica*, XX. Libris ab an: *1090.* vſque *1610. Geneve 1618. 12. 2. Voll.* MAVGIN *Abregé de l' Hiſtoire de Portugal, Paris 1699. 12. Tablettes chronologiques des Rois de Portugal* jusqu' en *1716. Haye 1716. 12.* Hiſtoricis quibusdam factis politica admiſcuit de GALLARD *Raiſons d' Etat & reflexions politiques ſur l' Hiſtoire & les Vies des Roys de Portugal, Liege 1670. 12.* *Italice* extat: GIOVANNI BATTISTA BIRAGO *Hiſtorie del regno di Portogallo, Lion 1644. 4.* qui turbas ſub *Alphonſo VI.* parte ſecunda copioſe exponit.

§. V.

Plures, dum *vitas* resque geſtas *ſingularium Regum Principumque Portugalliæ* elaborarunt copioſe

piose, insignem lucem omni historiæ Lusitanæ accendunt. Quorum insignis est apparatus, ex quo sequentes excitamus. Origines genealogicas *Domus regiæ* solide inuestigauit doctissimus Galliæ historicus in: *Traite de l'Origine des Roys de Portugal yssus en ligne masculine de la Maison de France, qui regne aujourdhuy* par THEODORE GODEFROY, *a Paris 1612. 4.* qua a Capetingis Domoque Ducali Burgundica accurate deduxit. Adhæret plerumque alio *Godofredi* opusculo cui titulus: *Entreveüe de Charles IV. Empereur & Charles Roi de France.* Idem egregie præstitit IACOBVS GVILIELMVS IMHOF, qui exhibuit magno labore conquisitum: *Stemma regium Lusitanicum, siue Historiam Genealogicam Familiæ Regiæ Portugallicæ a prima origine vsque ad præsens æuum deducta cum Insignium Iconibus, Amstelodami 1708. f.* Gesta *Alphonsi I. Henriquez* siue *Conquestoris* dicti, regni conditoris enarrat: ANTON PAEZ *de* VIEGAS *Principios del Reyno de Portugal, con la vida y hechos de Don Alfonso Henriquez su primero Rey, hasta la su muerte en el anno 1185, Lisboa 1641. f.* Addatur ANTON. MARIA BONVCCI *Istoria della Vida & eroiche Azioni di Don Alfonso Enriches primo Ré di Portugall, Venetia 1719. 8. S. Elisabethæ* reginæ, conjugis *Dionysii* R. miracula suauissimo stilo, more consueto enarrauit PETRVS PERPINIANVS S. I. *de vita & moribus B. Elisabethæ Lusitaniæ Reginæ, Coloniæ Agrippinæ 1610. 8.* Orationibus quoque disertissimi viri addita. *Alphonsi IV.* Regis, *Audacis* dicti res annotauit RVY *de* PINA *Cronica de el Rey Dom Alfonso IV. depois do Anno de 1325. ate o de 1357. Lisboa 1653. f. Ioannis Nothi* fortissimi Principis & Regis gesta sequentes scripserunt: FERDINANDVS LOPEZ in *Chronica del Rey D. Ioam I. de boa memoria, e dos Reis de Portugal o decimo. Primeira Parte,*

en que

en que se contem à defenzam do reino a te ser eleito Rey, Lisboa 1644. f. FERNANDO *de* MENEZES in *Vida & acçoens d'el Rey Dom João I. depois de* anno 1385. *ate o de 1433. Lisboa 1677. 4.* Eiusdem *Iohannis I.* regis fata, electio, regimen curatissime describuntur in: *Memorias para a Historia de Portugal que comprehendem o Governo del Rey D. Ioanno I. do anne de mie e trecentos e ottenta e tres ate o anno de mil e quatracentos e trinta e tres, escritas pelo Academico* IOSEPH SOARES *da* SYLVA, *Lisbon 1730. 4.* mai. Tomis duobus. *Iohannis II.* Res dignæ fuerunt, quæ posteritati plures commendarint, vti fecere *lusitano* idiomate GARSIAS *de* RESENDE *Chronica da Vida do Christianissimo D. Ioam o segundo deste nome y decimo tercio dos Reyes* de *Portugal, Evora 1554. f. Lisboa 1596.* & *ibid. 1622.* CHRISTOVAL *de* FERRERIA *y* SAMPAYO *Vida y hechos del Principe Perfecto Don Iuan Rey de Portugal, Madrid 1626. 4.* AVGVSTIN MANVEL VASCONCELLOS *vida y acçiones del Rey D. Iuan II. Madrid 1639.* quæ & *gallice* edita: *Histoire de la Vie & des Actions de Iean II. Roy de Portugal, Paris 1641. 8.* DAMIAN *de* GOES *Chronica do Principe D. Ioam Rey que foy destes Reynos Segundo, Lisboa occid. 1724. 8.* Easdem Iohannis II. commemorabiles res summa prudentiæ laude stilique grauitate scripsit EMANVEL TELLESIVS SYLVIVS, *Marchio Alegretensis, de rebus Ioannis II. Lusitaniæ Regis*, pulcerrimis commentariis, *Vlisippone 1689. 8.* & *Hagæ Comitum 1712. 4.* *Emanuelis* Regis auspicatissimum imperium, quo regnante celebris & diues fuit *Lusitania* quam maxime, exemplo perfectissimæ vitæ magni principis descriptionis exposuit, Lusitanorum Cicero HIERONYMVS OSORIVS Syluensis in Algarbiis Episcopus, *de rebus Emmanuelis*

Lusitaniæ Regis Libris XII. editis primum splendide *Olysippone 1571. f.* inde aliquoties *Coloniæ 1574. 1576. 1581. & 1586. 8.* (forte tantummodo tituli, vt solent quandoque bibliopolæ, mutati,) quæ editio tamen quoque raro occurrit, digna sane quæ recuderetur. *Gallice* hosce egregios commentarios dedit auxitque ex aliis ANONYMVS hoc titulo: *Histoire de Portugal traduite du Latin de* IERÔME OSORIVS *& prise de* LOPEZ *de* CASTAGNEDE *& d'autres Historiens par* S. G. S. *1581. f.* quo res ab anno *1496.* ad an. *1578.* exponuntur. DAMIANVS quoque GOES dedit *Chronica do Rey Don Manuel de Portugal, Lisboa 1566. f. 1619. & 1629. f.* qui laboribus *Roderici de Pina*, auctoris Vitarum *Alphonsi V. & Ioh. II.* MSCtarum, vsus. *Ioannis III.* R. memoriæ consuluit, qui archiuo præfectus erat FRANCISCVS *de* ANDRADA in *Chronica do muito alto e poderoso Rey destes Reynos de Portugal Dom Ioaõ o III. deste nome, Lisboa 1613. f. Sebastiani* Regis fata misera posteris commemorarunt IOANNES THOMAS FREIGIVS, *Historia de bello Africano, quo Sebastianus Rex Portugalliæ periit, Noribergæ 1581. 8.* cuius non ipse *Freigius* est auctor, sed saltim interpres narrationis coæuæ, quæ *lusitanico* & *gallico*, & forte aliis quoque idiomatibus, tum fuerat edita. IOSEPHVS quoque TEXEIRA edidit: *Suite d'un Discours* intitulé: *Adventure touchant Don Sebastien Roy de Portugal 1602. 8* & simile scriptum: CYRI SPONTONE *Ragguaglio del fatto d'arme seguito nel Africa Bologna 1601. 4.* Pertinent quoque huc: SEBASTIAN *de* MESA *Jornada de Africa, por el Rey Don Sebastian. y Vnion del Reyno de Portugal a la Corona de Castilla, Barcelona 1630. 4.* & IOAN *de* CASTRO *Discurso da Vida del Rey Dom Sebastian 1602. 8.* ANT. *di* SAN-ROMAN *Jornada y muer-*

muerte del Rey Don Sebastian de Portugal, *Valladolid* 1603. 4. atque *le Mercure Portugais depuis la Mort de D. Sebastian jusques au couronnement de Don Jean IV. par* CHASTONNIERES *de* GRENAILLE, *Paris* 1643. 8. qui tamen omnes cum grano salis sunt legendi, partium enim studio laborant. Idem pronunciandum maxime de iis scriptionibus, quae larga serie editae sunt *de Iure successionis in Lusitaniae Regnum*, inter *Competitores* plures, qui post mortem *Henrici* Cardinalis Regis, coronam ambiebant. Fundamenta horum *iurium* admixtis memorabilibus factis *historiae Lusitanae* huius aeui, neruose eleganterque relata legimus in prudentissimo scripto, quod prodiit sub nomine: IEROME CONESTAGGE *dell' Vnione del Regno di Portogallo alla Corona di Castiglia*, *in Genoa* 1585. 4. *Milano* 1616. Opusculi quoque elegantissimi plures editae versiones: *Hispanica* cura LVDOVICI *de* BAVIA edita *Barcelona* 1610. 4. *Gallica* prodiit hoc titulo: *Histoire de la reunion de Portugal a la Couronne de Castille traduit de l' Italien en François*, *Paris* 1680. 12. 2. *Voll.* & *latine* inscriptum: *Historia de Portugalliae coniunctione cum regno Castellae*, *Francofurti*, *typis Wechelianis* 1602. 8. & *Hispaniae* illustratae *Schotti* T. II. p. 1062. & *germanice*, omisso tamen scriptoris nomine *Monachii* 1589. acie in qua *Sebastianus* Rex periit aeri incisa, & Genealogia Regum Portugalliae in fine addita. Verus nobilissimi commentarii auctor habetur, magnae dignationis vir Comes *de* PORTALEGRE, rebus gerendis adhibitus. *Philippus II.* Hispaniarum Rex grauissimos in *Hispania* & *Italia* JCtos de iure suo consuluit, quorum extant pro eodem responsa, qualia edita: MICHAELIS *ab* AGVIRRE *Responsum de Successione Regni Portugalliae pro Philippo Hispaniae Rege*,

Venetiis 1581. *f.* & 1599. 4. additum quo *Besoldinis* Consiliis *Tubingensibus* T. I. ALEXANDRI RAVDENSIS ex Dominis *Burgheti Responsum de legitima successione in Portugaliæ Regnum*, *Mediolani* 1579. 4. atque *Responsum secundum*, *ibid.* 1580. 4. Pro *Catharina Bragantina lusitano idiomate primum inde latino editum: Ius succedendi in Lusitaniæ Regnum Dominæ Catharinæ Regis Emmanuelis ex Eduardo filio neptis*, *doctorum sub Henrico Lusitaniæ Rege vltimo*, *Conimbricensium sententiis confirmatum*, ab Lusitano *Anonymo* (*Francisco Macedo*) latinitate donatum, *Parisiis* 1641. *f.* opportuno tunc tempore recusum, prodierant primum 1580. *f.* *Antonii* Prioris *Cratensis* Iura deducta fuerunt, in libello, cui titulus: *Explanatio veri ac legitimi Iuris*, *quo Serenissimus Lusitaniæ Rex Antonius eius nominis primus nititur*, *ad bellum Philippo Regi Castellæ pro regni recuperatione inferendum*, *Lugduni Batauorum* in typographia *Christophori Plantini* 1585. 4. accessit: *Historica quædam enarratio*, *rerum eo nomine gestarum vsque ad Annum* 1583. an cum hoc conueniat gallici idiomatis: *Excellent & libre Discours du Droit de la Successian royale au Royaume de Portugal & de la Succession legitime du Roy Antoine*, *Paris* 1607. 12. ii viderint, quibus vltimum inspiciendi occasio fuit. Est alius quoque editus breuis libellus: *de Iure successionis regiæ in Regno Lusitaniæ*, *Middelburgi* 1591. 8. formis expressus proque iuribus *Antonii* scriptus. *Catharina* non minus *Medicæa Galliarum* Regina, Henrici II. vidua locum occupabat inter competitores, quæ externa tum regna & principatus pro filiis natu minoribus somniabat, ipsius iussu prodiit: *Declaration du Droit de legitime succession sur le Royaume de Portugal apartenant a la Reyne Mere*, *a Anvers* 1582. 8. Sed omnes hos occasione

vsus

vſus & viribus ſubnixus excluſit tum *Philippus II.* Rei huius commemorabilis geſtæ ſeriem, porro expoſuerunt IOANNES ANTONIVS VIPERANVS *de obtenta Portugalia a Rege Catholico Philippo Hiſtoria, Neapoli 1588.* & in *Schotti* Hiſpaniæ illuſtratæ *T. II.* & ANTONIVS *de* HERRERA *Conquiſta de Portugal en los annos 1582. & 1583. Madrid 1591. 4.* Fata *Antonii* cetera eiecti ex regno Luſitaniæ amœna commentandi ratione expoſuit *Hiſtoire de Don Antoine Roy de Portugal tirée de Memoires de Don Gomez de Vaſconcellos* par *Madame de* SAINTOGNE *Amſterdam 1696. 12.* quæ legitimum *Ludovici* Ducis filium eundem fuiſſe adſerere voluit. Grauiter autem preſſi ab Hiſpanis *Luſitani*, iugum hoc excuſſerunt feliciter, quas res memorabiles cum narrarunt hiſtorici, tum *iuſte* factum eſſe adſeruerunt, vel iuſtitiam motuum oppugnarunt, quorſum pertinent: D. LVIS *de* MENEZES Conte de ERIZEYRA, qui ipſe rebus his ex parte adfuit, *Hiſtoria de Portugal reſtaurado* ab an. *1640.* ad a. *1668. Lisboa* T. I. *1680. 1710.* & Tom. II. *1698. f. 2. Voll.* actis publicis inſtructa, proque *Luſitanis* magna libertate ſcripta. Exinde petita maximam partem prudenter tamen libereque ſcripta ad mortem Iohannis IV. vsque ALESSANDRO BRANDANO *Hiſtoria delle Guerre de Portogallo, ſuccedute per l'occaſione della ſeparatione di quel Regno dalla Corona Cattolica, Venetia 1689. 4. Hiſpanis* quidem addictus vere tamen cauſſas aperuit motuum, bellique fata grauiter memorauit CAIETANVS PASSARELLVS libro, quem inſcripſit: *Bellum Luſitanicum eiusque Regni ſeparatio a Regno Caſtellano, Lugduni 1684. f.* conferenda GIO. BATTISTA BIRAGO *Hiſtoria della diſunione del Reyno di Portugallo della Corona di Caſtiglia, Lugduni 1644. 4.* & *Amſtelodami 1647.* Ius Hiſpano-

rum in Lusitaniam ante motus asserere conatus fuit cum acerbitatem animorum vidisset IOANNES CARAMVEL LOBKOWITZ, Cisterciensis Ordinis per Angliam, Scotiam Hiberniamque Progeneralis Libro quem inscripsit: *Philippus prudens Caroli V. Imp.* filius, *Lusitaniæ, Algarbiæ, Indiæ, Brasiliæ, legitimus Rex demonstratus, Antwerpiæ 1639. f.* partium studio vbique laborans, stilo adhæc parum culto inficetoque vsus, cumque facta iam pro *Bragantino* felici rerum mutatione ANTONIVS SOVSA *de* MACEDO opposuisset scriptum: *Caramuel convencido en su libro intitulado*: *Philippus prudens*, reposuit LOBKOWITZ aliud, *Respuesta al Manifiesto del Reino de Portugal Antwerpen 1642. 4.* & cum inscriptione: *Ioannes Bragantinus Lusitaniæ illegitimus Rex demonstratus*, in idioma latinum translatum, cura *Leandri vander Bandt* editum *Louanii 1642. 4.* huic opposita: MANOEL FERNANDEZ *de* VILLAREAL *Anti-Caramuel o Defensa del Manifesto del Reyno de Portugal*, *Paris 1643. 4.* & VELASCI *de* GOVEA *Apologia pro Iure Iohannis Portugalliæ Regis iuste consalutati*, *Olysippone 1643. f.* cui ANTONIVS *de* FVERTES *&* BIOTA reposuit: *Apologiam pro Successione Regni Portugalliæ*, *hispanice* etiam editam, sub titulo: *Anti-Manifesto de Portugal, Brugis Flandr. 1643. 4.* Præter hos in aciem prodierunt pro *Lusitanis* pugnantes: FRANCISCVS nempe MACEDO Commentario de *Iure succedendi in Regnum Lusitaniæ*, DD. Conimbricensium, *Parisiis 1641. f.* latina lingua ab ipso iterum edito, adiecit: *Appendicem de actu possidendi & Iure postliminii Serenissimi Regis Iohannis IV.* a quo MACEDO profecta: *Filippica Portuguesa* hispanice scripta & impressa *Lisboa 1644. f.* & ex parte *ipsius*: *Propugnaculum Lusitano-Gallicum contra calumnias Hispano-*

Belgi-

Belgicas, in quo ferme omnia vtriusque Regni, tum domi, tum foris praeclare gesta continentur, Parisiis 1647. f. atque IOANNIS PINTO RIBEIRO, qui inter mutationis auctores fuerat, *Discorso dell' vsurpatione, retentione & ristoratione del regno di Portogallo, Lisbon 1648. 4.* ex lusitanico in italicum translatus. ANONYMVS, cuius prostat *Panegyris Apologetica pro Lusitania vindicata a seruitute & tyrannide immani Castellae, Parisiis 1641. 4. Raggioni del Re di Portogallo D. Giovanni IV. tradotto da* LIVIO GIOTTO *Lisboa 1642. 4.* & qui praecipuus hos inter iuris *Lusitanorum*, se in libertatem vindicandi, defensor est ANTONIVS SOVSA *de* MACEDO, grauissimis negotiis legationibusque subactus in egregio commentario hoc insignito elogio: *Lusitania liberata ab iniusto Castellanorum dominio restituta legitimo Principi Ioanni IV.* &c. *Londini 1645. f.* horrido & barbaro quidem stilo scripto, sed pleno rationum iuris solidarum, ex Historia Lusitana, Diplomatibus, Actisque publicis, qualia multa, vt vocant in forma inseruit adiecitque, illustratarum. Alii & caussas atque circumstantias horum libertatis caussa factorum motuum, & belli inde secuti fata ac vicissitudines, indolem praeterea aulae & regni statum minorenne *Alphonso VI.* & postquam admotus esset gubernationi, iniustamque ipsius deiectionem enarrant. Quales sunt, nec tamen absque partium studio aut erroribus conscriptae: *Memoires de Mr.* ABLANCOVRT *Envoyé de S. M. T. C. Louis XIV. en Portugal, contenant l' Histoire de Portugal depuis le Traite des Pyrenées de 1659. jusqu' a 1668, à la Haye 1701. 12.* Pragmaticum & verax scriptum est, cordati rerumque Aulae *Lusitanae* in qua vixit, callentissimi ANONYMI Britanni *anglice*: *An account of the Court of Portugal, London 1700. 8.* primum

 condi-

conditum, post *gallice* editum, sub titulo: *Relation de la Cour de Portugal sous D. Pedre II. a present regnant. Amsterdam 1702. 12.* cuius priori parte *Alphonsi VI* Regis infelicis ingenium, familiam, resque, altera motus vere describuntur ac electissima notitiae Regni & Aulae *Lusitanorum* capita, exponuntur. Nitidissimo quoque scribendi genere expositi horum motuum eventus, studio Abbatis de VERTOT Galli, *in Histoire des Revolutions de Portugal, Paris 1711. 12. Amsterdam 1712.* ex *Editione* repetita auctiore, primum edita, sub titulo: *Histoire de la Conjuration de Portugal, Paris 1689. 12.* Quibus exteris coniungendi LEANDER DORIAS, opusculo *lusitanice*, sed in fauorem Petri II. scripto de *Depositione Alphonsi VI.* scripto, & *Olysippone 1666.* edito, quod porro *gallice Relation des Troubles arrivées dans la Cour de Portugal en l'an 1667. & 1668, Paris 1674. 12. germanice, Lipsiae* sub inscriptione: *Catastrophe Lusitanica* formis, fuit ex ressum. Sub *Petri II.* Regis imperio orta ob Coloniam ad flumen de *la Plata* deductam, acris cum Hispanis contentio, de qua exponit pro *Lusitanis* scriptus primum *lusitanice*, dein parum apte in *gallicam* linguam translatus libellus, sub titulo: *Notice & Justification du titre & bonne foy avec laquelle l'on a etabli la nouvelle Colonie du Sacrement de S. Vincent en la Situation appellée de S. Gabriel sur les bords du Rio da Plata, avec le Traite provisionel, a la Haye 1713. 8.* Res bellicas plerumque culpa *Lusitanorum* Ducum infeliciter gestas, in bello contra *Hispanos* & *Philippum V.* annis 1704. vsque ad 1709. illustrat scriptio apologetica Parliamento Britannico exhibita *anglice* primum edita, post versa *gallice: La Conduite du Comte de Galloway en Espagne & en Portugal, Rotterdam 1711. 8.*

§. VI.

§. VI.

Reginarum Lusitaniæ *Vitas & fata* commemorabilia diligenter conquisiuit IOSVA BARBOSA, Academicus Historiæ Lusitanæ & Domus Bragantinæ Historicus in *Catalogo Chronologico, historico, genealogico, & critico das Rainhas de Portugal e seus Filhos, Vlyssipp. Occid 1727. 4. mai.* Reginas viginti & vnam exhibet, cuiuslibet insignia sistit, cum Tabula genealogica, ac deinde breuiter illius coniugium, huiusque annum, filiós aut filias, annum & diem mortis, locum sepulturæ, actiones, auctores denique quibus vsus, indicat. Magnorum bello paceque virorum, copiosa olim in *Lusitania* seges. Horum merita, singularibus commentariis varii celebrarunt, vniuersalem simul Regni historiam eventusque memorandos illustrantes. Tales sunt: ANTONII RODERICI COSTII *de vita & rebus gestis Nonnii Aluaresii Pyreriæ* (Sæc. XV.) *Lusitaniæ Comitis Stabilis Libri II.* eloquentissime ac prudentissime scripti, *Olisippone Occidentali 1723 f.* Conditionem Rerum *Lusitanicarum* in *India Orientali*, mirifice illustrant, *Vitæ* summorum Virorum, qui vice sacra prouinciis præfuerunt, potentiam *Lusitanam* vel extendentes vel conseruantes. Tales sunt: *Commentarios do grande Alfonso de* ALBVQVERQVE *Capitão geral da India, collegidos por seu Filho das proprias cartas, que elle escrivia ao muito poderoso Rey D. Manoel, Lisboa 1576. f.* Plures huiusmodi Vitas memorabiles recenset ex NICOLAI ANTONII *Bibliotheca Hisp. Noua* celeberrimus *Schmaussius* l. c. p. 660.

§. VII.

Tandem quoque considerandi veniunt, qui Statum politicum Portugalliæ, iunctis tamen

expositionibus historicis descripserunt. Talis est HENRICI COCCEII *iustitia belli & pacis in statu regni Portugalliæ fundata, Francofurti ad Viadrum 1693. 4.* qua ex historia Portugallica varias quæstiones iuris naturæ & gentium declarat eruditissime. Eundem statum politicum descriptum videmus in libro IOANNIS *de* LAET, cui titulus est: *Portugallia, siue de Regis Portugalliæ regnis & opibus, Lugduni Batauorum 1641. 12* quem ex *Oliueira* excerpsit. Gallico idiomate prodiit s. MARTHE *l'Etat de Portugall, a Paris 1680. 8.* Taceo alios qui in historica descriptione simul ad statum politicum faciunt. Elegantissimam expositionem: *Relation de la Cour de Portugal sous D. Pedre,* anglice *London 1700. 8.* & *gallice Amsterdam 1702. 12.* editam, iam supra laudauimus. Notitiam Rerum Ecclesiasticarum Lusitaniæ præbent: RODERICI *da* CVNHA de *Primatu Bracharensis Ecclesiæ* Liber *Bragæ 1632.* editus. *Eiusdem Historia Ecclesiastica de Braga com as vidas de seus Arcebispos* & *Varones Santos & eminentes do Arcebisbado, Bragæ 1634.* & *1635.* *Eiusdem Historia Ecclesiastica Lixbonensis s. dos Arcebispos de Lisboa. Eiusd. Catalogo & Historia dos Bispos do Porto, Bragæ* 1623. 2. Voll. Episcopatus *Guardiæ* fata diligenter enarrauit EMANVEL PEREIRA *de* SYLVA LEGALI in *Memorias para a Historia ecclesiastica do Bispado da Guarda* Tom. I. *Vlysippone Occid. 4. mai.* Add. ANTONII *de* MACEDO *Lusitania infulata, seu purpurata, seu Pontificibus & Cardinalibus illustrata, Parisiis 1663. 4.*

§. VIII.

Notitia *Historicorum Hispaniæ* petenda est ex NICOLAI ANTONII *Bibliotheca Hispanica* summo studio & sumtu conquisita, & quidem cum

cum ex *Bibliotheca Hispana vetere*, quæ *Romæ 1696. f. 2. Tomis* edita, tum *Bibliotheca Hispana noua*, *Romæ 1692. f.* duobus itidem *Tomis* prius formis expressa. Vtraque perrara est & inter ceteros omnis æui & doctrinæ *Hispanicos* Scriptores, *historicos* quoque magna cura indicat. Iungendi tamen VALERII ANDREAE *Catalogus clarorum Hispaniæ Scriptorum*, *Moguntiæ 1607. 4.* exiguo libello exhibitus, scriptoresque de rebus Hispanicis quosdam memorans, sed non plene atque copiose; atque ANDREAE SCHOTTI *Hispaniæ Bibliotheca Tomis III. distincta*, *Francofurti 1608. 4.* in qua & quidam Historici occurrunt, tandemque quod ad *Genealogicos & Heraldicos* scriptores adtinet, GERARDI ERNESTI de FRANCKENAV, Equitis Dani, *Bibliotheca Hispanica Historico - Genealogico-Heraldica Lipsiæ 1724. 4.* edita, summa cura & labore, ex Hispaniæ Bibliothecis, quas perquisiuit, collecta. Ad *Geographicum* statum *Hispaniæ* facit LVDOVICI NONII *Hispania*, *siue populorum*, *vrbium*, *insularum ac fluminum descriptio*, *Antwerpiæ 1607. 8.* quæ accurata est. Pertinet huc: *Primera y* secunda Parte de las grandezas y cosas notables de Espanna por el Maestro PEDRO *de* MEDINA *y* por DIEGO PEREZ *de* MESSA, *Alcala de Henares 1595. f.* LVCIVS quoque MARINEVS *Siculus*, *Libris Quinque* prioribus, Regiones, populos, mores Hispaniæ describit. DAMIANI *a* GOES vero *Hispania* T. I. extat *Hispaniæ illustratæ* GARSIAE quoque LOAYSAE *Notitia Hispaniæ*, *siue*, *Vrbium & Episcopatuum eius*, addita huius *Loaysæ* & Card. *d' Aguirre*, Collectionibus *Conciliorum Hisp.* Tom. II. MARTINVS ZEILERVS *Itinerarium* scripsit *Hispaniæ & Lusitaniæ*, *Amstelodami 1656. 12.* quod postea germanice versum prodiit *Vlmæ 1637. 8.* *Noribergæ 1650. 8.* PAVLVS

MERV-

MERVLA *in Cosmographiæ* suæ parte secunda speciatim quoque Hispaniam describit, *Amstelodami 1636. 12.* Recentiora scripta res geographicas, naturales, ciuiles Hispaniarum illustrant, nimirum: *Voyage d'Espagne curieux fait en l'annee 1655. 1666. 12.* qui liber plane egregius est, & præter situm locorum, statum aulæ illorum temporum, mores, næuos atque vitia Hispanorum elegantissime describit. Versa fuit *germanice* stilo inficeto, cura *Ioa. Mackle* prodiit *Franckfurt 1667. 12.* Alia est eademque prudenter scripta & plena egregiarum commemorationum: *Voyage d'Espagne fait en 1659, Paris 1665. 4.* quæ tribuitur Domino BOISEL Consiliario Parliamenti, qui Legatum Gallicum in Hispaniam a. 1658. missum, comitatus. CONTARINI *Relations d'Espagne, a Mombelgard 1666. 12.* & præcipue *Relation du voyage d'Espagne de Madame la Comtesse d'Aunoy, a Paris 1691. 12.* & *à la Haye 1692. 12.* quæ postea Germanice quoque fuit versa *Lipsiæ 1694. 12.* & præter geographicum statum, mores quoque atque ritus varios describit eosdemque singulares, intermixtis tamen fictis fabulis permultis. Haut ita pridem prodiit *des Königreichs Spanien Land-Staats - und Stadte-Beschreibung, Leipzig 1700. 12.* quæ omnem Hispaniæ statum describit, ad illud potissimum vtilis, vt quod in præcipuis scriptoribus reperiatur, in hac descriptione collectum videamus. Nec inutilis est scriptio: *Schauplatz von Spanien und Portugall,* quæ *Amstelodami 1704. 12.* prodiit, atque in vrbium descriptione & statu geographico accuratior est. Opus postumum est, IOANNIS ANDREAE BOSII *Hispaniæ, Ducatus Mediolanensis & regni Neapolitani notitia* partim generalis, partim specialis, e museo *Ioh. Andreæ Schmidtii, Helmstadti 1702. 4.* in qua ex bonis scriptoribus statum

ſtatum Geographicum, naturalem & politicum deſcripſit. Hos omnes vincunt commendatiſſimæ: *Delices de l' Eſpagne & du Portugal par Don* IUAN ALVAREZ *de* COLMENAR, quod nomen fictum videtur, *a Leide 1707. 8.* & ex editione noua aucta & correcta magis *1715. 8. 6. Voll.* qua diligens notatio regionum, montium, fluminum, villarum, ciuitatium, munimentorum, portuum, templorum, palatiorum & quæ ſunt ſimilia exhibetur, cum amœna de incolarum moribus, inſtitutis, religione, legibus, aliisque ſimilibus commemoratione, elegantibus figuris æri affabre inciſis, illuſtrata. *Inſcriptiones antiquas in Hiſpania repertas*, deſcripſit ADOLPHVS OCCO, *Heidelbergæ 1596. f.* Vt taceam varias particulares *prouinciarum vrbiumque Hiſpaniæ* præcipuarum deſcriptiones, quæ *Hiſpanico* potiſſimum idiomate proſtant. Nimirum editæ ſunt: *Averignaciones de las Antiguedades de Cantabria*, auctore *Padre* GABRIEL *de* HENAO *de la Compania de Ieſus*, en *Salamanca* 1689. f. & *Diſcurſos Hiſtoricos di Murcia* i ſu reyno por el Licenciado FR. CASCALES, *En Murcia 1621. f.* Ita HIERONYMVS QVINTANA *hiſtoriam Madriti* atque antiquitatum eiusdem vrbis deſcripſit *Madriti 1629. f. Gallico* ſermone prodiit: *Relation de Madrid, ou remarques ſur les mœurs de ſes Habitans, a Cologne 1665. 12.* Alias ſcripſit VINCENTIVS *de* MIRAVALL *hiſtoriam Tortoſæ, Madriti 1641. 4.* FRANCISCVS *de* PISA *deſcriptionem vrbis Toleti 1641. f.* GVILIELMVS GONZALEZ *d'* AVILA *hiſtoriam & antiquitates Salamanticæ 1606. 4.* ALONSVS FERNANDEZ *hiſtoriam & annales ciuitatis Placentiæ, Madriti 1627. f.* ATHANASIVS *de* LOBERA *hiſtoriam Legionis, Valledolidi 1596. 4.* ALONSVS MARGADVS *hiſtoriam Seuiliæ 1587. f.* AMBROSIVS MO-

RALIS

RALIS *descriptionem Cordubæ*, *Decada primera de la Historia de la insigne & coronada Cividad y Reyno de Valencia por el Licenciado* GASP. ESCOLANO primera parte *en Valencia 1610. f.* seconda parte *1611. f.* alii alia.

§. IX.

Ad *Hispaniæ* historiam illustrandam inprimis faciunt Scriptores varii, quorum plures *singillatim* editi, postea vero cum raro inuenirentur, cum aliis nondum editis vtili prouidoque eruditissimorum virorum consilio in certa *Corpora* & *Collectiones*, vt vocant, conducti. *Primum* conquisiuit dum voluntarius exul varias Europæ regiones academiasque perlustraret ROBERTVS BELVS Anglus, sub titulo: *Rerum Hispanicarum Scriptores aliquot ex Bibliotheca* Roberti Beli, *Francofurti 1579. f. 2. Tomis*, qua exhibentur sequentes, qui latino sermone scripserunt: *Tomo* nimirum I.

1. ARETII *Syracusani*, *Hispaniæ Chorographia*.
2. IOANNIS Episcopi *Gerundensis*, *Paralipomenon Hispaniæ Libri X.*
3. RODERICI XIMENII, Toletani, *Ostro Gothorum*, *Hunnorum*, *Vandalorum*, & *Silinguorum Historia*.
4. RODERICI SANCTII Episcopi *Palentini*, *Historia Hispanica*.
5. IOANNIS VASAEI Brugensis, *Hispaniæ Chronicon*.

Tomo vero *Secundo:*

6. ALPHONSI A CARTHAGENA, Episcopi *Burgensis*, *Regum Hispaniæ Anacephalæosis*.
7. MICHAELIS RITII Neapolitani, de *Regibus Hispaniæ* Libri Tres.
8. FRANCISCI TARAPHAE, Barcinonensis, *de origine & gestis Regum Hispaniæ Liber I.*
9. EIVSDEM *breuis Rerum a Philippo II. Hispaniæ Rege gestarum* Descriptio.

10. LV-

10. LVCII MARINEI *Siculi*, *de rebus Hispaniæ memorabilibus* Libri XXII.
11. LAVRENTII VALLAE *de rebus a Ferdinando Aragoniæ Rege gestis* Libri III.
12. AELII ANTONII NEBRISSENIS *Rerum a Ferdinando V. & Elisabetha Hispaniæ Regibus gestarum* Decades duæ.
13. EIVSDEM *Bellum Navarrense.*
14. DAMIANI *a* GOES *Hispania.*
15. GENEALOGIA *Regum Hispaniæ ab Adamo vsque ad Philippum II.*

Altera, eademque locupletior multo *Collectio* inscribitur: *Hispania illustrata, opera & studio doctorum hominum, Francofurti Tomus* Primus *1603. Tomus* Secundus 1603. *Tomus* Tertius *1606. Tomus* Quartus *1608. f.* communiter hæc *Hispania illustrata* adscribitur ANDREAE SCHOTTO Societatis Iesu nobilissimo doctissimoque membro, qui *Primum secundumque Tomum* curauit; Tertium edidit IOANNES PISTORIVS; *Quartum*, qui in quibusdam exemplis deesse solet, FRANCISCO SCHOTTO, *Andreæ* fratri, eidem societati adscripto debemus. Inter rariora historici argumenti opera hæc compilatio est referenda, suoque corpore sequentia tenet monimenta:

1) MARII ARETII *Hispaniæ Chorographia*, in Dialogi modum conscripta p. 1.
2) IOANNIS MARGARINI *paralipomenon Hispaniæ libri X.* ab Herculis aduenru ad Christum natum p. 9.
3) RODERICI SANCTII *historiæ Hispanicæ* ab aduentu Herculis ad tempora Henrici IV. Castellæ Regis partes quatuor p. 121.
4) ALPHONSI *a* CARTHAGENA *Regum Hispaniæ anacephalæosis* p. 246. ab Herculis aduentu ad Henricum IV. C. R.

5) LV-

5) LVCII MARINEI SICVLI *de rebus Hispaniæ memorabilibus libri XXII.* p. 291. ab origine gentis ad Carol. V.

6) FRANCISCI TARAPHAE *de origine ac rebus gestis Regum Hispaniæ liber* p. 518. a Tubale ad Carolum V. Imp.

7) *Breuis rerum a Philippo II. Catholico Rege gestarum descriptio* p. 569.

8) IOANNIS VASAEI *rerum Hispanicarum Chronicon* p. 572. a Tubale ad mortem Veremundi III. Castellæ R.

9) LAVRENTII VALLAE *de rebus a Ferdinando Aragonum Rege* (Henrici III. Castellæ R. fratre) *gestis libri III.* p. 727.

10) AELII ANTONINI *Nebrissensis rerum a Ferdinando V. & Elisabetha, Hispaniarum Regibus gestarum decades duæ* p. 786. *Eiusdem de bello Navarrensi libri duo* p. 609. Extant & inter *Opera, Granatæ 1545. f.* excusa.

11) ALVARI GOMECII *de rebus gestis Francisci Ximenii libri VIII.* nomine Academiæ *Complutensis* scripti p. 927. accessere *Inscriptiones nonnullæ Tarraconenses*, ex *Historia Hispanica Ludovici Pontis* studio *Ioannis Sambuci.*

12) DAMIANI a GOES *Hispania* p. 1106.

13) MICHAELIS RITII *de Regibus Hispaniæ libri III.*

14) *Genealogia Regum Hispaniæ recens ex Italico translata & diuersorum Principum ac Ducum* militarium catalogus p. 1182. ab Adamo ad Philippum II.

TOMVS SECVNDVS *Hispaniæ illustratæ* exhibet:

1) B. ISIDORI *de claris præsertim Hispaniæ scriptoribus ac episcopis* Librum p. 1. Qui alias cum appendicibus BRAVLIONIS Episcopi Cæsaraugustani; ILDEFONSI Episcopi Hispalensis; IVLIANI Præsulis Toletani; FELICIS Præsulis Toletani, & incerti Auctoris cum notis *Andreæ Schotti* prodiit *Toleti 1592. f. Moguntiæ 1605. 4. Prior* etiam *Pars* in Castellanam linguam translata *Madriti 1608. f.*

2) RODERICI XIMENES *rerum in Hispania gestarum*

libros

libros IX. p. 25. ad Ferdinandum Sanctum Castellæ R. a. 1243.

3) Eiusdem *Ostro-Gothorum historiam* p. 148. EIVSD. *Hunnorum, Vandalorum ac Sueuorum & Alanorum* & *Silingorum historiam* p. 151.

4) Eiusdem *historiam Arabum* p. 162. *a Mahomede vsque ad Almoadum.*

5) Eiusdem *historiam Romanorum* p. 186.

6) PETRI PANTINI *de dignitatibus & officiis regni ac domus regiæ Gothorum commentarium* p. 195.

7) IOANNIS MARIANAE *Historia de rebus Hispaniæ libri XX.* p. 205. a Tubale ad Ioannem II. Castellæ Regem R. a. 1429.

8) ALFONSI GARSIAE MATAMORI *de academiis & doctis viris Hispaniæ* siue, *pro asserenda Hispanorum eruditione Narratio Apologetica*, adhæc *Nomenclator illustrium Scriptorum Hispaniæ* p. 801.

9) DAMIANI A GOES *vita*, p. 813.

10) Eiusdemque *Epistola ad Ioannem Iacobum Fuggerum pro defensione Hispaniæ.* p. 827. Non autem est in ea Epistola *Hispaniæ* defensio, sed *Goes* se Hispaniamque suam defendit aduersus *Münsterum* eundemque confutat. Addita est *Fuggeri* responsoria.

11) L. ANDREAE RESENDII *epistola historica de ara Hispanorum* p. 828.

12) *Nomenclaturam vrbium Hispaniæ*, p. 830. *in quibus Sedes Episcopales constitutæ sunt*, ex duobus vetustissimis Codicibus Ecclesiæ *Ouetensis.*

13) HIERONYMI PAVLI, Barcinonensis *de fluminibus & montibus Hispaniæ librum* p. 834.

14) Eiusdem *Barcino & episcoporum Barcinonensium catalogum* p. 840.

15) HIERONYMI BLANCAE *regum Arragoniæ seriem, cum succincta eorum vita*, a Garsia primo Soprarbiæ Rege a. 724. ad Philippum II. p. 848.

16) AMBROSII MORALIS *Cordubam* p. 853.

17) CAROLI VERARDI *de expugnatione Regni Granatæ* Dialogi, p. 861.

18) DAMIANI A GOES *Vlissiponensis vrbis descriptionem* p. 878.

19) Eiusdem *de Imperio ac rebus Lusitanorum* Differta-

tiuncula ad *Paulum Iouium*, ita quidem inscriptio habet, sed est ad *Petrum Bembum*, contra *Pauli Iouii* nonnulla,

20) L. ANDREAE RESENDII *antiquitatum Lusitaniæ libros IV.* & *de municipio Eborensi* librum vnum ab *Andrea Schotto* e lusitanicis latinum factum p. 892.

21) IACOBI MENOETII VASCONCELLI ICti Lusitani, de *Eborensi municipio* Commentarium p. 985.

22) LVCII ANDREAE RESENDII *pro Colonia Pacensi epistolam* ad *Iohannem Vasæum* p. 997.

23) EIVSDEM *pro SS. Martyribus Vincentio Olysipponensi, Vincentio, Sabina & Christbetide Eborensibus Ciuibus ad Bartholomæum Kebedium epistolam* p. 1001.

24) AMBROSII MORALIS *epistolam ad Resendium*, p. 1021. *cum eiusdem responsione* de variis patriarum antiquitatum momentis.

25) IOANNIS ANTONII VIPERANI *de obtenta Portugallia a Rege Catholico Philippo* historiam p 1031.

26) HIERONYMI CONESTAGGII *de Portugalliæ coniunctione cum regno Castellæ* Libb. X. p. 1058.

27) DVARDI NONII LEONIS *censuras in libellum de regum Portugalliæ origine*, *qui Fratris Ioannis Teixeræ nomine circumfertur* p. 1222.

28) Eiusdem *de vera Regum Portugalliæ genealogia* Librum p. 1254.

29) *Catalogum omnium Aethiopiæ Regum*, ex Aethiopica lingua translatum p. 1278.

30) CHRISTOPHORI COLVMBI *de insulis nuper inventis epistolam* p. 1282.

31) *De legatione Imp. Aethiopiæ ad Clementem VII. pontificem* p. 1285.

32) DAMIANI *a* GOES Tractatum *de religione & moribus Aethiopum* p. 1288.

33) EIVSDEM *de Regno Aethiopias* ac populo deque moribus eiusdem p. 1286.

34) IOHANNIS Portugalliæ Regis *Litera ad Clementem VII.* P. R. p. 1287.

35) EIVSDEM *Deplorationem Lappianæ gentis* p. 1313.

36) *Epi-*

36) *Epistolam* EMANVELIS, *Regis Portugalliæ ad Leonem X. de victoriis nuper in Africa habitis* p. 1315.

37) *Epistolam* IOANNIS III. *Regis Portugalliæ ad Paulum III. P. M. de rebus in Oriente feliciter gestis* p. 1316.

38) DAMIANI A GOES *Diensis vrbis oppugnationem* p. 1319.

39) EIVSDEM de *Bello Cambaico II.* Commentarios Tres p. 1328.

40) IACOBI SEVII, de *rebus a Lusitanis ad Dium gestis* Commentarios, p. 1345.

41) NARRATIONEM *rerum in India An. 1530. gestarum latina factam* per L. ANDR. RESENDIVM p. 1372.

42) IOAN. MARIANAE *Historiæ Hispanicæ appendicem.*

Tomus Tertius habet:

1) HIERONYMI SVRITAE *Indices rerum ab Arragoniæ Regibus gestarum.* Libris III.

2) GAVFRIDI MALATERRAE *monachi rerum gestarum a Roberto Viscardo, Calabriæ Duce & Rogerio fratribus in Campania, Apulia, Brutiis, Calabris & in Sicilia libros IV.* p. 282.

3) ALEXANDRI Cœnobii S. Saluatoris Vallis Celesinæ Abbatis, *Rogerii Siciliæ Regis rerum gestarum libros IV.* p. 344.

4) *Extracta de Chronica Fratris Ptolomæi de Luca* Fratris Ordinis Prædicatorum, *de gestis summorum Pontificum & occurrentibus tempore eorundem super Roberti Guiscardi genealogia* p. 372.

5) BERNHARDI GOMESII *de vita & rebus gestis Iacobi I. Regis Arragoniæ, cognomento Expugnatoris* Libros XX. *p. 384.*

6) HIERONYMI BLANCAE *Commentarios rerum Aragoniensium*, qui incipit in clade *Roderici* & finit in *Philippum II.* p. 576.

7) *Genealogicas Tabulas* primum *Regum Arragoniæ*, & illustris Familiæ Arragonicæ *Lanuzarum* ex Blanca; deinde Gentis *Nordmannicæ* ab An. *1035. ad 1195.* & tandem illustrissimæ *Gironum* familiæ p. 840.

8) *Codicis Legum Wisigothorum libros XII. & Isidori Hispalensis episcopi de Gothis, Vandalis & Sueuis Historiam,*

storiam, siue Chronicon & Procopii Cæsariensis Rhetoris ex libro VIII. Historiarum locum de Gothorum origine, ex bibliotheca Petri Pithœi p. 841.

Tomus Quartus continet:

1) LVCAE DIACONI Tudensis *Chronicon Mundi ab Origine vsque ad annum 1274.* p. 1.
2) VICTORIS episcopi TVNNVNENSIS *Chronicon ab* XIIX. *Consulatu Theodosii Iunioris vsque ad annum Christi 563.* p. 117.
3) IOANNIS abbatis BICLARIENSIS *Chronicon ab initio regni Iustini iunioris, vsque ad annum octauum Mauritii Imperatoris* p. 152.
4) IDACII *Chronographiam a primo Rege Assyriorum, Nino, vsque ad annum 2. Anthemii* p. 160.
5) EVLOGII Martyris *Opera, eiusdemque vita, cum scholiis Ambrosii Moralis* p. 223.
6) LVDOVICI NONII *Hispaniam, seu populorum vrbium, insularum & fluminum in ea accuratiorem descriptionem* p. 373.

Tertia Historicorum ad res *Hispanas* antiquas cumprimis illustrandas *Collectio* prodiit sub *hispanico* titulo: *Historias de Idacio, Isidoro, Sebastiano, Sampiro y Pelagio Obispo & recogidas per* Don *Fray* PRVDENCIO *de* SANDOVAL, *Pampelona 1634. f.* qua *Quinque* breuiora latine scripta *Chronica* exhibentur, nempe:

1) IDACII *Chronicon.*
2) ISIDORI Episcopi Pacensis *Chronicon.*
3) SEBASTIANI Episcopi Salamanticensis *Chronicon.*
4) SAMPIRII Episcopi Astorgensis *Chronicon*, &
5) PELAGII Ouetensis Episcopi *Chronicon.*

Singula V. *Chronica* XIX. plagulas in folio vt aiunt implent, copiosis tamen *Sandoualii* notis *hispanice* scriptis, adiectisque Diplomatibus, illustrata. Sed hæc Collectio nostris in oris perrara est.

§. X.

§. X.

Hiſce ex fontibus aliisque condendæ hiſtoriæ præſidiis, latino, hiſpanico alioue idiomate, permulti Libros deduxerunt, *omnem* fere *Hiſpaniæ Hiſtoriam* illuſtrantes, Claſſique huic ex parte adſcribendi. Agmen horum ducant; *Los cincos Libros Primeros della Cronica General de Eſpanna, que recopilana* el Maeſtro FLORIAN *de* OCAMPO, (de Campo) editi primum *Quatuor Libris Zamoræ 1544. f.* & poſt mortem auctoris addito *Quinto, Compluti 1578. f.* a Carolo V. Imp. & Rege Hiſpaniæ ad condendam hanc hiſtoriam ſtipendio excitatus, a diluuio narrationem orditur, eandem ad Bella Punica ſaltim perduxit, in antiquiſſimis *Annii* fabulas, vt tunc in pretio erant, ſecutus. Huius labores perſecutus a *Philippo II.* hiſtoricus conſtitutus, comesque in itinere, & Bibliothecarum Archiuorumque in Cœnobiis latentium ſubſidiis inſtructus AMBROSIO MORALES, cuius CRONICA GENERAL *de Eſpanna proſequiendo los Cincos Libros que el Maeſtro* FLORIAN DOCAMPO *Coroniſta del Emperador Carlos V. dexo eſcritos, Compluti 1574. 1575. & 1579. f. & Corduæ 1586. f. 3. Voll.* qui a magnis viris probatus ſcriptor, *Docampo* relictis collectaneis, alia inter ſubſidia, quæ ſuppetebant, vſus, ab iis orſus temporibus, vbi is deſierat, *Tomo Primo* ea refert quæ in Hiſpaniis contigerunt, dum eſſet Imperii prouincia Romani. *Tomo* inde *Secundo*, qui *Compluti 1579.* impreſſus, fata Regni Viſi-Gothorum ad a. 714. ſimulque principum Hiſpaniæ vrbium antiquitates commemorauit; *Tomo* demum *Tertio*, *Corduæ 1586. f.* edito, res reſtitutas per *Pelagium*, regii ſanguinis heroem ab a. 718. ad an. 1037. Veremundique III. vltimi Regis Legionis mortem,

 con-

consignauit. Huic Morales multum debet Mariana. Huius Continuatio est *Historia de los Reyes de Castilla y de Leon* por Don Fray PRVDENTIO *de* SANDOVAL in *Barcelona 1634. f.* qui a Philippo III. Rege, Chronistæ munere ornatus, *Moralis* Historiam a *Veremundo III.* produxit atque *Quinque Legionis* & *Castellæ Regum*, *Ferdinandi* scilicet *primi*, *Sanctii II. Alphonsi III. Vrracæ* Alphonsi VI. filiæ, & *Alphonsi VII.* ad annum vsque 1157. res memorabiles multa diligentiæ ac prudentiæ laude, consignauit. Quod autem ille perficere non potuerat, vt historiæ filum vsque ad auspicatam Regnorum Castellæ & Arragoniæ coniunctionem produceret, id contigit, qui plura quoque adiecit, auctori nobilissimi & perrari operis, cuius index: *Los Quarenta Libros del Compendio historical de las Chronicas y vniversal Historia de todos los Reynos de Espanna compostos* per ESTEVAN *de* GARIBAY, in *Barcelona 1628. f. IV. Tomis*, alii & vetustiorem memorant factam in *Amberes* siue *Antwerpiæ 1571. f.* orditur auctor ab vniuersali diluuio, & præmissa Hispaniarum geographica descriptione, res quas colligere potuit a Tubale per omnes Hispaniarum dominatores ad a. 1600. enarrat, fata regum & imperantium, seiunctorum quoque comitatuum atque regnorum singillatim enarrat, insertis regnorum *Nauarræ* & *Arragoniæ* descriptionibus, *Granatensis* præterea regni conuersionibus, immiscet quoque catalogos imperantium exterorum & similia. Coniungendæ eiusdem auctoris: *Illustrationes Genealogicas de los Reyes de las Espannas* por ESTEVAN *de* GARIBAY, *en Madrid 1596. f.* Hi quidem omnes, cum grano salis legendi, licet magno sint habendi in pretio, principem tamen inter vniuersales Scriptores locum meretur IOANNES MARIA-

RIANA S. I. fummæ doctrinæ, fcriptis de *rebus Hifpanicis Libris XXX.* ob tot rerum ordinationem accuratiffimam, ac nobiliffimum dicendi genus, prope inimitabile fummamque libertatem præftantiffimis. Dederat primum *Libros* tantum *XX. latine* cultiffime exaratos *Toleti 1592. f.* ad annum 1419. perductos, qui & *Schotti Hifpaniæ illuftratæ* T. II. p. 205. merito fuerunt inferti, his tamen *Libri X.* reliqui ad a. 1516. obitumque Ferdinandi Catholici perfcripti fuccefferunt, qui *Tomo IV.* Hifpaniæ illuftratæ, appendicis loco plerumque folent addi. In Germania quoque XXX Libri iunctim *Moguntiæ 1605. 4. mai.* excufi. Nitidiffima & optima ex latinis eft editio noua, quæ prodiit hac infcriptione infignis: IOANNIS MARIANAE S. I. *Hiftoriæ de rebus Hifpaniæ, Libri Triginta, accedunt: Fr.* IOSEPHI EMMANVELIS MINIANAE, Valentini, Ord. Sanctiff. Trinitatis redemptionis captiuorum *Continuationis Nouæ* Libri X. *cum Iconibus Regum*, Tomis Quatuor, *Hagæ Comitum*, ap. *Petrum de Hondt 1733. f.* Quæ *Minianæ* continuatio fcripta diferto admodum grauiffimoque ftilo, ipfisque rebus pari. quas ab obitu Ferdinandi Catholici vsque ad initium regis Philippi III. annumque 1600. perduxit. Ipfe *Mariana*, breuiter ftrictimque quondam orfus continuationem quæ edita hoc titulo: P. IOANNIS MARIANAE *S. I. Summarium ad Hiftoriam Hifpaniæ*, eorum *quæ acciderunt annis fequentibus, Moguntiæ 1619. 4.* atque *Hifpanicæ* verfioni quoque additum, ex quibus forte latine verfum quod ab 1515. ad ann. 1612. res Hifpanas concife annotatas, refert. Ipfe poftmodum *Mariana*, hanc fuam præclaram hiftoriam in hifpanam vertit linguam, de qua ipfe præmiffa Præfatione monuit, fe non proceffiffe in hac verfione adornanda, vt

interpretem, sed vt auctorem eoque fuisse progressum, vt quandoque cognomina mutauerit & fortassis etiam opinionem, adiungitque eam sententiam habendam pro sua, quae in hac Editione (1608.) inueniretur. Neque enim se verbis adstrinxisse, libere demsisse & addidisse, prouti ipsi melius visum fuerit. Alia enim scribit, doctis conuenire, alia indoctis. Hisce addit elegantissimus JCtus Hispanus & iam Bibliothecae Regiae Praefectus MAIANSIVS, Praefatione *Continuationis Marianae*, a *Miniana* factae: *Quapropter quicumque voluerit allegare testimonium aliquod ex historia latina Ioa. Marianae, prae oculis semper habere debet illa eiusdem verba, eam ipsius habendam sententiam quae in Editione Hispana* (anni 1608.) *inuenietur.* Quae tamen assertio curate expendenda mihi videtur. Prodiit haec versio sub titulo: *Historia General de Espanna, compuesta primero en Latin, despues buelta en Castellano por* IVAN *de* MARIANA, *de la Compannia* de Iesus. *De nueve corregida, muy aumentada por el* mismo, *en Madrid 1608. 2. Voll. f. Toleti 1601. f.* & ibid. *1617. f. 2. Voll. & 1650. f. annadida des de 1621. hasta al 1649. Gallice* versa & notis illustrata hoc titulo prodiit: *Histoire generale d' Espagne* du P. IEAN *de* MARIANA, *de la Compagnie de Iesus traduite en François avec des notes & des cartes par* le P. IOSEPH NICOLAS CHARENTON *de la même Compagnie, à Paris 1725. 4. V. Tomes.* Narrationem orsus a *Thubale*, vsque ad mortem Ferdinandi Catholici persequitur, summaque scribendi libertate regum characteres composuit, erroresque notauit seuere, in recentioris tamen aeui, maiore cautione vsus, fabulas magnificas in Hipanorum historiis non infrequentes attingit quidem, eo tamen modo, vt ipsum talia non credidisse quiuis facile cognoscat. Censorem viuus nactus

nactus *Mariana*, nam PEDRO MANTVANO dedit: *Aduertencias a la Historia de Iuan de Mariana, in Milano 1611. & en Madrid 1613. 4.* cui reposuit vir iuuenis viginti annorum THOMAS TOMAIO *de* VARGAS *la Historia general d' Espanna defendida en Toledo, 1616. 4.* Sunt qui *Marianam* vtrumque scriptum ipsi antequam formis exprimeretur, oblatum, haut legere voluisse, annotarunt. Systema *Hispanæ Historiæ* pragmatice scribendæ animo complexus, Saavedra vir doctrinæ soliditate iudicio, vsu, animoque cordato insignis. Sed prodiit saltem præstantissimi operis *Pars prima*, hoc elogio: *Corona Gothica, Castellana y Austriaca, politicamente illustrada*, Parte Primera, *por Don* DIEGO SAAVEDRA FAXARDO, *Cavallero de la Orden de Santiago del Consejo de su Magestad en el supremo de las Indias, y su Plenipotençiario para la paz universal*, impresa *en Munster*, siue potius in *Belgio, 1646. 4.* Res & rem Regni Gothorum publicam, prudentissime illustratam ab Alarico ad Rodericum vsque scite exposuit excitatis præstantissimorum scriptorum in margine notis. Dolendum insigniter alteras binas partes, vel non absoluisse, vel edidisse summum virum. Est hic liber hodie in numero rariorum. Ex *Hispanis*, qui hoc argumentum tractarunt memorantur plures alii, quorum tamen Libri, vt & iam commemorati, præter Marianam rarius in partibus septentrionalibus prostant, quales MARTIN CARILLO *Annales y Memorias Chronologicas, contienen las cossas mas notables succedidas en Espanna, en Huesca 1622. f.* ALPHONSI SANCHEZ *Anacephalæosis de rebus Hispaniæ, Compluti 1634. 4.* quam ex Mariana compendium esse scribunt, qui perlustrarunt. Coniungendi sequentes: MICHAELIS RICCII *de Regibus Hispaniæ, Hierusalemi, vtriusque Siciliæ*

Historia, Neapoli 1645. 4. & sæpius alibi edita est in *Schotti* quoque *T. I.* & *Beli* T. II. comparet, & I. B. LAMBERTINI *Theatrum regium, siue Regum Hispaniæ* series Coniungendi hac in classe: IVLIAN *del* CASTILLO *Historia de los Reyes Godos, Burgos 1582. f.* ac IAYME BLEDA *Coronica de los Moros de Espanna, Valencia 1618. f.* Ex *Italorum* numero res hispanas consignarunt: PAVLVS BOMBINVS dedit: *Breuiarium rerum Hispanicarum ab Hispania reuiuiscente*, ab a. 712. ad a. 1350. cuius *Enneas prima* prodiit *Venetiis 1634. 4.* edita ab ipsius nepote *Ioanne Bombino.* BERNARDO GIVSTINIANI *Istoria generale della Monarchia Spagnuola* lucem vidit in *Venetia 1674. 4.* cum figuris. *Galli* quoque sua lingua, nec tamen semper absque partium studio in exponenda Hispana historia elaborarunt. Ex his sequentes heic annotasse sufficiat: MAYERNE TVRQVET *Histoire generale d'Espagne, Paris 1635. f. 2.* Voll. qui Marianam quidem secutus, additis tamen quibusdam, quæ illud iudicii lumen quod in Mariana laudant, haud ostendunt. Prodiit versum anglice, editore *Grimeston, Londini 1612. f.* du VERDIER *Abregé de l'Histoire d'Espagne* prodiit *Paris 1659. 12. Nouvelle l'Introduction à l'Histoire d'Espagne, où la Chronologie des ses Rois, la Geographie, & le Gouvernement politique & ecclesiastique* par *Mr.* N. *Amsterdam 1704. f.* c. fig. ABREGE *Chronologique de l'Histoire de Mariana* composita a virgine *de la Roche 1694. 12. 3. Voll.* edita. An cum hac conueniat: *Abrege nouveau de l'Histoire generale d'Espagne, Paris 1688. 12. 3. Voll.* cum ignaris scio. Leuis sane momenti multisque erroribus referta: *Histoire generale d'Espagne, Paris 1723. 12. mai. IX. Tom.* cuius auctor Abbas BELLEGARDE. Elegans est: *Histoire des Revolutions d'Espagne* par L'Abbé de VERTOT,

TOT, *Paris 1726. 12. V. Voll.* atque typis *Belgicis: Histoire des Revolutions d'Espagne depuis la destruction de l'Empire des Goths Haye 1729. 4. 3. Voll.* & *ibid. 1734. 8. 4. Voll.* In *Anglia* producta est: *A brief History of Spain collected from the Spanihs Authors by* IOH. STEVENS, *London 1701. 8.* cuius forte versio, quæ inscripta: *Histoire abregee d' Espagne, traduite de l' Anglois, Vtrecht 1703. 12.* Laudant alii: *Histoire d' Espagne depuis le commencement de la Monarchie, jusqu' a Philippe V. Bruxelles 1704. 12. 3. Voll.*

§. XI.

Separatorum quondam, quæ iam corpus *Monarchiæ Hispanicæ* faciunt, *Regnorum* & *Principatuum Vrbium* quoque *principum,* res pace & bello, in sacris & republica gestas, ac memorabilia, sane permulti consignarunt literis, quorum omnes heic commemorare nostri haut est instituti.

Regnorum *Castellæ* & *Legionis* Scriptores.

Ad *Regna* vtriusque *Castellæ* autem pertinent: SALAZAR *de* MENDOZA *Origen de las dignidades seglares de Castilla, y Leon, con relation de los Reyes de estos Reynos* en *Madrid 1658. f.* & ALONSO CARILLO *Origen de la Dignidad de grand de Castilla, preeminencias de que goza en los actos publicos,* en *Madrid 1657. f.* Antiquitates & fata præcipuarum horum Regnorum *Vrbium* ac ciuitatium dederunt: FRANCISCO *de* PISA *Descripcion de la Imperial Ciudad de Toledo, y Historia de sus Antiguedades,* en *Toledo 1605. f.* PEDRO *de* ROYAS *Historia de la Imperial Ciudad de Toledo,* en *Madrid 1654. f.* De Sede regia commentati: GERONYMO *de* QVINTANA *Historia de la Antiquedad de la Villa de Madrid,* en *Madrid 1629. f.* GONZALEZ

ZALEZ DAVILA *Theatro de las Grandezas de la Villa de Madrid*, en *Madrid 1623. f.* vicinum superbum *Monasterium*, quod Regibus quandoque dat receptaculum *Escurial*, illustrarunt: FRANCISCO *de los* SANTOS *Descripcion breve del Monasterio de S. Lorenzo el real del Escorial, unica Maravilla del Mondo*, en *Madrid 1657. f.* & iterum 1667. f. auctior, nam Cap. XII. bipertitum factum, *ibid. 1681. f.* nec non: ILARIO MAZZOLAR *le Reali grandezze dell' Escuriale di Spagna*, *Bologna 1648. 4.* Aliarum *Ciuitatium* Annales & memorabilia, intermixtis tamen incertis multis ac fabulosis exhibuerunt, nimirum prostant: DIEGO *de* COLMENARES *Historia de la Ciudad de Segovia*, en *Segouia 1637. f.* IUAN PABLO MARTYRRICO *Historia de la Ciudad de Cuença*, en *Madrid 1627. & 1629. f.* LVIS *de* ARIZ *Historia de la grandezza de la Ciudad de Avila*, en *Alcala 1607. f.* ALONZO FERNANDEZ *Historia y Annales de la Ciudad obispado de Placentia*, en *Madrid 1627. f.* BERNABE MORENO *de* VARGAS *Historia de la Ciudad de Merida*, en *Madrid 1633. 4.* ATHANASIO *de* LOBERA *Historia de las Grandezas de la Ciudad y Iglesia de Leon*, en *Valladolid 1596. 4.* GIL. GONÇALEZ *de Avila Historia de las Antiguedades de la Ciudad de Salamanca*, en *Salamanca 1606. 4.*

Scriptores de Regno vrbibusque *Arragoniæ.*

Princeps rerum huius *Regni* omniumque fere *Hispaniæ* regionum scriptor est, HIERONYMVS SVRITA (GERONYMO ÇVRITA) Chronographus Regni, qui labore triginta annorum ex archiuis, quæ Philippi II. Regis prouida gratia ipsi aperuerat, optimisque omnis generis monimentis elucubrauit magno labore & ab a. 714. ad annum Ferdinandi Catholici emortualem 1516. conduxit: *Anales*

Anales de la Coroña de Aragon, Zaragoça 1610. f. VI. Voll. qui hac annorum serie prodierunt: *Tomi* I. & II. excusi *1585. 1562.* III. & IV. *1568. V. & VI. 1579.* addito cuilibet *Tomo Indice* speciali, & ex iterata post mortem auctoris, editione, vti iam indicaui, *1610.* addito *Septimo*, qui *Indicem generalem* refert locupletissimum, nec tamen omnibus exemplis adiectus. *Sexto* Tomo coniuncta est ALPHONSI *de* S. CRVCE rigida satis huius operis amplissimi censura; adiuncta tamen simul solida AMBROSII *de* MORALES pro *Surita*, *Apologia.* Tomus *Primus* & *Secundus* ab an. 714. aduentuque Saracenorum in Hispaniam, vsque ad an. 1410. obitumque Regis *Martini*, latino quoque stilo editi ab ipso auctore, quorum inscriptio: *Indices rerum ab Aragoniæ Regibus gestarum*, *Cæsar-Augustæ 1578. f.* atque illati Tomo II. *Hispan. illustr.* quam *A. Schotto* debemus. *Suritæ* in munere historici publici successor HIERONYMVS BLANCAS, quæ ad *eum* supplendum illustrandumque facere potuerunt, conduxit, cuius: *Icones Regum in Regia Cæsaraugustana aula, cum Inscriptionibus*, ad a. 1600. *Cæsaraugustæ* editæ *1587.* recusæ *1680. 4.* secuta inde: *Tabula in Fastos Magistratuum Iustitiæ Aragoniæ*, *Cæsaraugustæ* 1587. & qui optimi *eius Commentarii Rerum Aragonensium* ad an. 1588. *Cæsaraugustæ 1588. f.* atque in *Schotti* T. III. p. 566. BARTHOL. LEONARDO *de* ARGENSOLA *primera Parte de los Anales de Aragon que prosigue los de Zurita*, en *Zaragoça 1630. f.* orsus ab obitu Ferdinandi Catholici res quadriennii regni Caroli I. inter Imperatores V. enarrauit. LVCIVS MARINEVS, Siculus, *de Regibus Arragoniæ* Libros IV. condidit, editos *Cæsaraugustæ 1509. f.* & *Compluti 1533. f. hispanice* quoque versos & impres-

sos

ſos formis *Valentiæ 1524. f.* illatos quoque ipſius *Rerum Hiſpaniæ memorabilium* Libris *XXII.* qui in *Schotti* T. I. & *Beli* T. II. proſtant. Breue eſt opuſculum CASPARIS SCIOPPII de *Arragoniæ Regum origine, poſteritate, &c. Mediolani 1628. 8.* Extant præter hos: *Cronica antiqua d'Arragon*, en *Valencia 1524. f.* & IVAN FRANC. ANDR. *de* VZTARROZ y DIEGO IOSEPH DORMER *Progreſſos de la Hiſtoria en el Reyno de Aragon, que contienen varios ſucceſſos des de el anno 1512. haſta el de 1580, Zaragoça 1580. f.* *Vrbium Arragoniæ* inſignium hos habemus ſcriptores: ANONYMI *Trofees y antiguedades de la Imperial Ciudad de* ZARAGOÇA, *Barcelona 1639. 4.* FRANCISC. DIEGO *de* AYNSA *Fundacion, Excellencias, Grandezas y coſas memorables de l'antiquiſſima Ciudad de* HVESCA, *Hueſca 1619. f.* atque IVAN BRITS MARTINEZ *Hiſtoria de la fundacion y antiquedades de S.* IVAN *de la* PENNA, *Zaragoça 1620. f.* Pertinet quoque ad hanc claſſem: GERONIMO *de* BLANCAS *Coronaciones de los Sereniſſimos Reyes de Aragon*, &c. *Zaragoça 1641. 4.*

Andaluſiæ Vrbium ſcriptores.

Splendidarum & celeberrimarum *Andaluſiæ Vrbium* fata literarum monimentis conſignarunt, *Sevillæ* ſcilicet: PABLO *de* ESPINOSA *Primera & ſegunda Parte de la Hiſtoria, Antiguedades de la Ciudad de* SEVILLA, en *Madrid 1627. f. 2. Voll.* RODRIGO CARO *Antiguedades y Principado de Ciudad de* SEVILLA, en *Sevilla 1634. f.* ALONSO MORGADO *Hiſtoria de* SEVILLA, *ſus Antiguedades, Grandezas y Coſas memorables*, en *Sevilla 1587. f.* *Gadium* Inſulæ & vrbis famoſiſſimæ memorabilia conſignauit: IUAN BALTH. SVAREZ *de* SALAZAR *Grandezas y*

Anti-

Antiguedades de la Jsla y de Ciudad Cadiz, en *Cadiz 1610. 4.* De aliis exponunt *Vrbibus* celebrioribus, vtpote: MARTINVS *de* ROA *de* CORDVBAE *in Hispania Bætica Principatu, Lugduni 1617. 4.* & PETRO DIAS *de* RIBAS *Antiguedades y Excellencias de* CORDVA, en *Cordua 1627. 4.* necnon MARTIN *de* ROA *Historia de la mui antiqua y notable Ciudad de Ecija, sus santos*, en *Sevilla 1629. 4.* atque ANDREZ FLORINDO *Addicion al libro de Ecija y sua grandezza*, en *Sevilla 1631. 4.* quibus coniungendus: GONZALO ARGOTE *Nobleza de l' Andaluzia*, en *Sevilla 1588. f.*

De *Granatæ* Regni & Vrbis principis

fatis quædam annotarunt: FRANCISCO VERMVDEZ *Antiguedad y Excellentias de Grenada*, en *Madrid 1608. 4.* De *Expugnatione Regni Granatæ* extat opusculum, primum in theatro exhibitum ac *Romæ 1492. 4.* formis expressum, post *Basileæ 1533. f.* recusum, ac *Schotti* Hisp. illustr. T. II. insertum. De eodem agit argumento GIO. GIROLAMO GRATIANI *il Conquesto di Granata, Bologna 1670. 12.*

Valentiæ Regni

res illustrarunt: ANTON BEVTERO in *Cronica general de toda Espanna specialmente de Reyno di Valencia Part. I. II. Valencia 1550.* & *1604. f.* & FRANCISCO DIAGO *Annales del Reyno de Valencia*, en *Valencia 1613. f.* cumprimis vrbem caput regni describserunt: GASPAR ESCOLANO *Historia de la Ciudad y Reyno de Valencia*, en *Valencia 1610. & 1611. f. 2. Voll.* Vicini *Murciæ* Regni res attigit FRANCISCO *de* CASCALES in *Discursos historicos de Murcia y su Reyno*, en *Murcia 1621. f.* Ad Insulas & regnum *Balearicum* illustrandum faciunt: IUAN DAMETO la *historia general del Reyno Balearico, Malorca 1632. f.* & VINCENTE MVTDESDE *Tomo se-*

mo ſegundo: de la Hiſtoria del Reyno de Malorca de *Juan Dameto*, en *Malorca 1650. f.*

Cataloniæ Principatus ſcriptores.

Huius tot priuilegiis olim nobilitatæ prouinciæ res præclaras conſeruarunt: GERONIMO PVIADES *Chronica univerſal del Principat del Catalunia, Barcelona 1609. f.* FRANCIS. DIAGO *Hiſtoria de los antiguos Condes de Barcelona, Barcelona 1603. f.* PETRO TORNICH *Hiſtorias y Conqueſtas de los Reyes de Arragon y de lurs Anteceſſores los Contes de Barcelona, Barcelona, 1634. f.* BERNARDO DESCLOT *Hiſtoria de Catalunna traduzida de ſu antiqua lengua Catalana en Romance Caſtellano* por Raphael Cervera, *Barcelona 1616. 4.* Fines Cataloniæ, vicinarum Galliæ regionum harumque conuerſiones & inter Hiſpanos Francosque de iis concertationes, aliæque obſeruationes ſingulares exponuntur in PETRI *de* MARCA nobiliſſimo Opere, cuius index: *Marca Hiſpanica*, ſeu *limes Hiſpanicus* i. e. *Geographica & Hiſtorica Deſcriptio Cataloniæ*, edita a *Stephano Baluzio, Pariſiis 1688. f.* adiectis variis libris chronicis monimentisque magni ſane momenti. Singularia quædam annotarunt: FRANCISCVS CALCA *de Catalonia, Barcinone 1588. 8.* IOSEPH BELLIZER *Idea del Principado de Catalunna, Amberes* f. *Antwerpiæ 1642. 8.* ESTEVAN BARELLAS *Hiſtoria de los famoſos hechos del gran Conde de Barcelona, Don* BERNHARDO BARCINO, *Barcelona 1690 f.* Principis *vrbis* deſcriptionem fecit HIERONYMVS PAVLVS, quæ inſcripta: *Barcino* atque *Schotti* Hiſp. illuſtratæ eſt *T. II.* inſerta. *Tarraconenſium* memorabilia annotata dedit: LVIS *de* YCART *Libro de las Grandezas de la Metropolitana Ciudad de* TARRAGONA, *Lerida 1572. 8.* VINCENTE *de* MIRAVAL *y* FORCADEL *Tortoſa Ciudad fidelis-*

delissima, Madrid 1641. 4. & FRANCISCO ORTIZ *de* VALDEZ *Gratulacion Politico-Catolica en la felix restauracion de Lerida, Madrid 1644. 4.* Turbarum per violationem priuilegiorum in *Catalonia* Principatu a. 1640. & seqq. excitatarum seriem enarrant; nimirum: LVCA ASSARINO *delle Revolutioni di Catalogna* L. II. *Genova 1644. 4.* EIVSDEM: *Delle Revolutioni di Catalogna* Lib. 3. & 4. *con le Annotationi dal Alberto Carozano, Genova 1647. 4.* Miserias *Catalanorum* sistunt: *Plainte des Catalans au Roi Philippe* IV. *traduite de l'Espagnol, Rouen 1642. 4.* quibus iungendæ: *Plainte catholique de la ville de Barcellone au Philippe le Grand, Amsterdam 1641. 4.* A Gallis, qui patrocinium *Catalanorum* susceperant edita: *Histoire de ce qui s'est passé en Catalogne en 1640. & 1641. Rouen 1642. 4.* & huc pertinent: *Defense des Catalans, avec les Droits du Roy sur la Catalogne & le Roussillon, Paris 1642. 8.* LVDOVICI MESPLEDE *Catalonia Galliæ vindicata, seu, Dissertatio historica, de legitimo Regum Francorum in eam Prouinciam imperio, Parisiis 1643. 8.* cui iungenda: IOA. NICOLAI *Galliæ dignitas contra Ludouicum Mesplede vindicata, Paris 1644. 4.* iure factam ad Gallos *Catalanorum* defectionem asseruit FRANC. MARTI & VILADAMOR scripto, cui index: *Præsidium inexpugnabile Principatus Cataloniæ pro iure eligendi Christianissimum Monarcham, Perpiniani 1644. f.* Ad hoc argumentum quoque pertinet: CASENEVE *la Catalogne Françoise, Toulouse 1644. 4.* Ad Ius publicum particulare harum prouinciarum facit: ANDREAS BOSCHO, de *titulis honorificis in Catalonia, Ruscinone,* &c. *Perpiniani 1628. f.*

Galliciæ & *Nauarræ*

Regnorum & ciuitatium historici sunt: *Description del Reyno de Gallicia* por al *Licenciado* MOLINA,

NA, *Valladolid, 1550. 4.* PRVDENCIO *de* SANDOVAL *y* ANTON. FREYRE dedit *Antiguedad de la Ciudad y Iglesia Catedral de* TVY, *Braga 1610.* *Nauarræ* res commemorantur in LVIS CORREA *la conquista del Reyno de Navarra, Toledo 1513. f.* Vtriusque *Nauarræ*, res consignauit: ANDRE FAVIN *Histoire de Navarre, l' origine, les Vies & conquestes de ses Rois, Paris 1612. f.* adiungendi: GARCIA *de* GONGORA *y* TORREBLANCA *Historia apologetica y descripcion del Reyno de Navarra, Pamplona 1628. f.* atque IOSEPH *de* MORETO *Investigaciones historicas de las Antiguedades del Reyno de Navarra, Pampelona, 1665. f.* Eiusdemque *de obsidione Fontisarabica, Fontisarabiæ 1655. 4.*

§. XII.

Regum, Reginarum Vitas bellorumque & rerum in pace gestarum commemorationes singulares plures magno condiderunt studio, præclaris adiuti præsidiis, quibus ex scriptionibus insignis rei historicæ Hispanæ lux accenditur. Dabimus horum scriptorum aliquam notitiam: *Gothicorum Regum* res enarrat IVLIAN *del* CASTILLO *Historia de los Reyes Godos, Burgos 1582. f.* Liber, qui inscribitur: *La Verdadera Historia del Rey Don* RODRIGO, *en la qual se trata la causa principal de la perdida de Espanna, y la conquista, que della hizzo Miramamolin Almançor: compuesta per el Sabio Alcayde* ABVLCACIM TARIF ABEN TARIQVE *de nation Arabe, y natural de la Arabia petria; traduida pour* MIGVEL *de* LVNA *vicino de Granada, interprete del Rey Don Phelippe, Saragoça 1603. 4.* & *Valenza 1606.* ficta maximam partem est historia nec ab Arabe vnquam scripta, vti ostendit *Nic. Antonius Bibl. Hisp. Vet. T. II. p. 237.* PRVDENTII *de* SANDOVAL historicæ expositiones de

de *Quinque Regibus Castellæ ac Legionis*, inter *historiæ vniuersalis Hispanæ* Scriptores §. præcedenti, mentionem fecimus. Iam de aliis Regum Castellæ & iunctorum *Vitæ* descriptionibus exponendum: Idem PRVDENCIO *de* SANDOVAL composuit *Cronica de Don Alonso setimo*, en *Madrid 1600. f.* *Sanctii IV.* R. res consignauit, auctor qui composuit: *Cronica del Rey Don Sancho el bravo, quarto deste nombre, en Valladolid 1554. f.* alterque *Ferdinandi III.* in: *Cronica del santo Rey, Don Fernando tercero,* en *Medina del Campo 1568. f.* eiusdem merita laudarunt: IUAN *de* PINEDA *Memorial de la excellente santidad del Don Fernando tercero,* en *Sevilla 1627. f.* nec non HIPOLITO *de* VERGRA *Vida y Hechos del santo Rey de Espanna, Don Fernando tercero,* en *Ossuna 1630. 8.* cumque laude dignus hic Rex an. 1671. in diuorum numerum a Sede Romana sit relatus DANIEL PAPEBROCHIVS S. I. doctissimus dedit: *Acta Vitæ S. Ferdinandi Regis Castellæ & Legionis, Antwerpiæ 1684. 8.* quæ & *Actis Sanctorum* ceteris *Maio* mense adiuncta. *Ferdinandi IV.* Regis memoriam seruat: *Cronica del Rey Don Fernando IV. de Castilla y de Leon*, en *Valladolid 1554. f.* Res gestas reliquorum Regum consignarunt: IUAN NUNEZ *Cronica del Rey Don* ALONSO *el onzeno*, en *Toledo 1595. f.* *Cronica del Don* PEDRO *de Castilla, del Rey Don* HENRIQUE; *del Rey Don* IUAN I. *Rey de Castilla y Leon*, en *Sevilla 1549. f.* IUAN ANTONIO *de* VERA *Vida del Rey Don* PEDRO *de Castilla*, en *Madrid 1648. 4.* GONZALEZ DAVILA *Historia de vida y hechos del Rey Don* HENRIQUE *tercero de Castilla*, en *Madrid 1638. f.* *Iohannis II.* Henrici III. F. atque Henrici IV. P. memoriam conseruat: *Cronica del Rey Don* IUAN *Segundo*, cuius auctor FERNAND

PEREZ *de* GVSMANN, in primis tamen XXV. Capitibus res *Henrici* III. exponuntur, scriptore ALVAREZ GARSIA *de* SANTA MARIA. Prima huius libri editio *latine Lucronii (Logronno) 1517. f.* altera *Pampelona 1591. f.* cura *D. Lorenzo Galindes de Caravojal.* & quæ eiusdem res in singularibus illustrat: *Centon Epistolario del* FERNANDE *de* GOMEZ *escrittas al muy poderoso Rey Don* IUAN *el segundo*, en *Burgos 1600 4.* Ex serie Regum *Arragoniæ* sequentes Reges singulares Scriptores acceperunt. RAMOR siquidem MVNTANER qui diuina voce se excitatum putauit ad scribendum: *Chronica o Descripcio del fets e hazanyes del inclyt Rey Don* IAUME *premier Rey Darago*, en *Valencia 1558. f. Barcelona 1562. f.* qua non huius solum sed & successorum *Petri III. Alphonsi III.* & *Iacobi II.* gestas res ab a. 1213. vsque 1327. annotauit, quibus ipse non modo interfuit, sed & si ipsi fides habenda, præfuit. BERNHARDINVS quoque GOMEZ de MIEDES *Vitam Iacobi* huius *I. Regis Arragonum Expugnatoris* nominati scripsit culto stilo, exemplum que virtutis ac prudentiæ dedicauit Iacobo principi iuuentutis *Philippi II.* Regis F. edita *Valentiæ 1572. f.* & Tomo III. *Hispaniæ illustratæ*, quam castiliano postea idiomate edidit indicemque præfixit: *La Historia del Rey Don* IAUME *Primero deste Nombre*, *Valentia 1584. f.* De *rebus a* FERDINANDO *Arragoniæ Rege gestis* Libros Tres scripsit LAVRENTIVS VALLA, celebris vir, *Parisiis 1521. 4.* editos, inde recusos *Vratislauiæ 1546. 8.* atque illatos & *Roberti Beli* Tom. II. & *Andreæ Schotti* T. I. p. 729. *Hispanicarum Rerum* Collectionibus, quibus duobus prioribus libris res ante *Ferdinandum*, tum sub eo gestas rege, qui sua virtute *Iusti* cognomen promeruit. Ex *Alphonsi I.* Arragoniæ & Neapolitanorum Regis, in-

insignis eruditionis & doctorum hominum patroni *dictis & factis* Libros IV. collegit ANTONIVS PANORMITA, quos DAVID CHYTRAEVS *Witteberga* 1585. 4. edidit, *Basilea* quoque excusos 1538. 4. atque cura MARQVARDI FREHERI ex sua Bibliotheca productos, & FELINI SANDEI JCti de *regibus Sicilia & Apulia in queis & nominatim de Alphonso Rege Arragonum* Libro, adiectos, sub titulo: *Parallela Alphonsina, siue Apophthegmata Cæsarum Principumque Germanorum & aliorum Alphonsi Regis dictis & factis memorabilibus per Antonium Panormitam descriptis, sigillatim opposita per* AENEAM SYLVIVM, *Hanouia* 1611. 4. Cultissimi sunt BARTHOLOMAEI FACII, Reipublicæ Genuensis a secretis, *de rebus gestis ab Alphonso I.* quos primum in lucem produxit *Ioannes Michael Brutus*, *Lugduni* 1560. 4. extant quoque Tom. IX. Parte Tertia *Thesauri Antiquitatum & Historiarum* Græuio - *Burmanniani*. ALONSO *de* CASTILLO dedit: *Epitome de la Vida y hechos del Rey Don Pedro de Aragon Tercero*, en *Zaragoça* 1639. 8. Regum *Ferdinandi* & *Isabella* Catholicorum, quorum auspicatissimis nuptiis in vnum corpus coaluerunt diuisa Castellæ & Arragoniæ Regna atque Prouinciæ, res summa nominis celebritate gestas plures æternitati commendarunt HERNANDO nimirum PVLGAR *Cronica de los Reyes Don* FERNANDO *y Donna Isabel*, formis impressa *en Zaragoça* 1557. *f.* quam in latinam versam AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS præfixo vulgauit indice: *Rerum a Ferdinando & Isabella Hispaniarum Regibus, gestarum* Decades duæ; necnon *Belli Navarensis* Libri duo *Granata* 1545. *f.* atque in Collectionibus *Beli* T. II. ac *Schotti* T. I. Felicis regiminis singularia multa præbent: LVCII MARINEI Siculi *Epistola*, cum doctissimi hominis

Orationibus & Carminibus *Pinciæ 1514. f.* editæ, inuentu difficilimæ. Sunt & egregiæ plane commemorationes ad historiam secretam vtriusque regis ac primordia regiminis *Caroli I.* inter Impp. *V.* in PETRI MARTYRIS *Epistolis*, quæ *Compluti 1530. f.* editæ cum rarissimæ essent in *Batauis* recusæ *Amstelodami* apud *Danielem Elzeuirium 1670. f.* accesserunt *Epistolæ* FERDINANDI *de* PVLGAR ex hispanica in latinam versæ, cum Tractatu hispanico idiomate exarato de Viris *Castellæ* illustribus s. *Los claros Varones de Espanna. Caroli I.* Hispaniarum Regis inter Imperatores V. vitæ rerumque immortalitate dignissimarum commentarios inter rerum Germanicarum scriptores, commemorabo. Habebit hic tamen merito locum *Historia de la Vida y Hechos del Emperador Carlos V.* por el Maestro Don Fray PRVDENTIO *de* SANDOVAL copiosissime ab a. 1500. ad 1558. exposita, ab exteris tamen partium studium in ea notatur. Edita *en Pincia P. I. 1604.* & *P. II. Pampelona 1606. f.* en *Pampelona 1634. 2. Voll. Amberes 1681. f. 2. Voll.* cum nitidis figuris æneis. ADAMVS EBERTI Professor quondam Francofurtensis qui vita & moribus hispanus erat, *latine* vertit principem hunc vitæ Carolinæ scriptorem, atque ea ex versione *Historiam Captiuitatis Francisci I. Galliarum Regis;* atque *Vitam Caroli V. Imp. in Monasterio, Mediolani* siue potius *Amstelodami* sigillatim *1715. 8.* edidit. IOHANNES porro STEVENS in compendium misit *Sandoualium anglice*que versum præfixo indice: *The History of Charles V. written in Spanish by Prud. Sandoval, Londini 1703. 8.* in lucem misit. *Philippi II.* potentissimi Hispaniarum & Indiarum Monarchæ gesta, non sine adulatione memoriæ commendarunt: IUAN

CHRI-

CHRISTO. CALVETE *el Viaje del Principe Don Phelippe, hijo del Emperador Don Carlos, Amberes* f. *Antwerpiæ* 1552. 4. atque LVIS CABRERA *Historia del Rey de Espanna Don Phelippe II.* en *Madrid* 1619. *f.* cuius verſionem latinam adornauit laudatus *Adamus Ebertus*, quæ, vt & *Sandoualii*, in Bibliotheca regia quæ Berolini eſt, adſeruatur. Laudes refert: LORENZO *van der Hammen y* LEON Don *Filipe el Prudente*, *ſegundo Rey de las Eſpannas Madrid* 1632. 4. Singularia multa, ſed non certa vbique fide conduxit, qui nec vitia & errores *Philippi* diſſimulauit GREGORIO LETI *Vita di Philippo II. Geneva* 1679. 4. 2. *Voll.* quæ & *germanica* lingua *Lipſiæ* 1716. 8. 2. *Voll.* prodiit. CESARE CAMPANA *la Vita di Philippo II. Re delle Spagne*, aliquot Partibus edita P. I. & II. *in Vicenza* 1608. 4. vsque ad a. 1580. La Parte III. & IV. *Venet.* 1608. 4. & *Supplemento all' hiſtoria di Philippo II. Venet.* 1609. 4. 2. *Voll.* Nec omittenda ANTONIO *de* HERRERA, *primera, ſegunda, tercera Parte de la Hiſtoria del mundo del tiempo del Rey Don* PHELIPPE, en *Valladolid* 1606. *f.* 3. *Voll.* *Bellum Granatenſe Philippi II.* deſcripſit DIDACVS MENDOZA, *Olyſipp.* 1627. 4. Curioſe compilata eſt *Recueil des Actions & Paroles memorables de Philippe II. à Cologne* 1671. 12. Dignæ quæ expendantur: *Inſtructions de l' Empereur Charles V. à Philippe II.* & *de Philippe II. à Philippe III.* par ANT. TEISSIER, quas non obſeruatas fuiſſe quod ad maximam partem euentus docuit. *Iuſtitiam Actionum Philippi II. Hiſpaniæ & Indiarum Regis*, adſeruit Diſſertatione, multo ingenii & lectionis adparatu ſcripta ADAMVS EBERTVS *Francofurti cis Viadrum* 1687. 4. actiones cum Pontifice Romano, Rege Franciæ, Regina Angliæ ac Luſitanis trutinans. CERVERAE TVRRIANI *de felici exceſſu*

Philippi II. Regis Hispaniarum, Libros Tres, latine versos exhibuit *Franciscus Guillimanus*, *Friburgi Brisgoviæ 1609. 4.* qua ipsius constantia, & pietas inter fatalis lecti summas miserias laudantur. Infelicis sed rerum omnium conscii quique *Philippo II.* a secretis erat ANTONIO PEREZ *las Obras y Relaciones*, sine loci mentione *1631. 8.* & por *Juan* de *Tornes 1644. 8.* & 1654. ad eund. 8. & en *Ginevra 1676. 8.* prodierunt, in quibus, quæ ad regimen Philippinum spectant reperiuntur, editæ & singillatim *Epistolæ Noribergæ 1682. 12.* Infelicissimi Infantis *Don Carlos* Philippi II. F. fata consignauit in opere suo historico LVDOVICVS CABRERA, ex quo decerpta: *Relatio vitæ mortisque Caroli Infantis Philippi II.* F. edita ab *Eberto* atque *Sandoualii Historiæ captiuitatis Francisci I.* adiecta, quam iam indicaui; atque CASPARIS HENRICI GRAVNII de *Carolo Hispaniarum principe Philippi II.* F. Dissertatio scripta eleganter & plena rerum singularium, *Wittebergæ 1687. 4.* Ad *Philippi III.* Regis memoriam pertinent: MATVTE PENNAFIEL *Genealogia del Rey Phelippo III. 1614. 4.* & GONSALEZ *de* CESPEDES *Historia del Rey Don Phelippe III.* en *Barcelona 1634. f.* In Comitis KHEVENHÜLLERI, qui legatus Cæsareus erat, in ipsius aula *Annalium Ferdinandi II.* Imp. Tomo IX. p. 1240. 1427. extant secretæ narrationes de Regis huius erroribus, atque pœnitentia commemorabili, dignæ quæ legantur. Ad Philippi IV. regimen cognoscendum faciunt singularia scripta, vtpote: IVLE CHIFFLET *Voyage du Prince Don Ferdinand, frere du Roy Philippe IV. depuis 1632. jusqu' en 1634. traduit de l' Espagnol*, de Don DIEGO *de* AEDO *& Gallart*, *Anvers 1635. 4.* in qua fortitudo & prudentia huius Infantis strenue pro Hispania & Austria rem vbique & in Germania &

nia & Belgica olim gerentis laudantur. Ad res vltimorum regiminis annorum huius *Philippi IV.* conditionemque rei publicæ minorenne Filio *Carolo II.* in maiore luce ponendas in primis autem negotium *Pacis* cum Lusitanis ineundæ singulariter facit elegantissimus liber, cui index: *Original Lettres of Sir Richard Fanshaw, during his Embassies in Spain and Portugal, London 1702. 8.* ab anno *1603.* & *1664.* & cum maxime Collectio Epistolarum ab illustribus Anglorum Legatis e Hispania missarum edita, hac inscriptione: *A secret Collection of the Affairs of Spain, during the Negotiations between the Courts of England and Madrid from 1667. to 1678. London 1720. 8. mai.* Ad *Caroli II.* historiam pertinent: *Memoires particulaires touchant le mariage de Charles II. avec la Princesse Marie Louise d'Orleans, Paris 1681. 12.* Aulæ minorenne imprimis rege arcana, simultates, artes ex parte indicant, sed cum iudicio legendæ scriptiones, vtpote: *Relation des differents arrivés d'Espagne entre Don Jean d'Austriche & le Cardinal Nitard, Cologne 1677. 2. Tom.* Adde: *Memoires curieux envoyez de Madrid, Paris 1670. 12.* & quæ sub nomine illustris feminæ gallicæ editæ, amorum secretiora mixta publicis referunt: *Memoires de la Cour d'Espagne* par Madame D' AUNOY, *Haye 1691. 2. Voll. 1698.* & *Paris 1698. 12. 2. Voll.* Belli cum *Francis a. 1673.* in Batauorum subsidium cœpti iustitiam deducit: *La Declaration juste, ou Discours sur la Guerre declarée à la France par Mr. le Comte de Monterey l'an. 1673. Villefranche 1678. 12. Caroli III.* legitimi *Hispaniarum regis* fata & res ob Successionem Hispanicam gestas, ex nouellis publicis actisque, quorum plura inseruit, compilauit IO. EHRENFR. ZTSACKWIZIVS, omisso tamen nomine, im *Leben Caroli des III. Kœnigs in Spanien, Leipzig 1708. 8. 4. Voll.*

& expoſitio V. C. IOH. IAC. SCHMAVSSENS *Entwurff einer Lebens-Beſchreibung Sr. ietzt regierenden Kayſerlich- und Catholiſchen Maieſtæt*, culte ſcripta, atque inſerta ipſius *Staats- und Helden-Cabinet, Erſten Eræffn. Halæ 1718. 8.* horumque partem dedit quoque cum deductione iurium Domus Auſtriacæ in Hiſpanias IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS im *Kæniglich-Spaniſchen Vermæhlungs-Saal, nebſt einer Beſchreibung der Spaniſchen Provinzen, Francofurti 1710. 8.* 3. Voll. Ad bellicas res in Hiſpania ſecunda & adverſa fortuna geſtas pertinent: *Relation de ce qui s'eſt paſſe en Eſpagne ſous la conduite de Mylord Peterborough depuis 1706. Amſterdam 1708. 12.* & *Hiſtoire des Combats d'Almenar & de Penalva, des Batailles de Saragoſſa & du Siege de Gironne, Paris 1712. 8.* De his æmulique quondam nunc Hiſpaniarum legitimi Monarchæ rebus exponunt: ANONYMI vulgariter ſcripta: *Gegeneinanderhaltung der Thaten Caroli III. Kænigs in Spanien, und Philippi Herzogs von Anjou, Francofurti & Lipſiæ 1710. 8.* atque *Annali delle guerre d'Europa par la Monarchia della Spagne, conſecrati alla Santità di noſtro Signore Clemente XI. &c. deſcritti dall'* Abbate CAMILLO CONTARINI Patrizio Veneto; *Parte Prima in Venezia 1720. 4.* & quæ prudenter ſcripta eſt ac ſingularia commemorat *Hiſtoria delle Guerre auvenute in Europa & particolarmente in Italia per la Succeſſione alla Monarchia delle Spagne ſcritta dal Conte e Marcheſe* FRANCESCO MARIA OTTIERI, Academico della Cruſca, *Tomo Primo* in *Roma 1728. 4.* liber in Germania perrarus & notabilis. Inſunt & curioſo libello, in *Gallia* facto galliceque primum ſcripto, cuius index: *Lettres de Filz Moriz*, harumque additionibus, *Pariſiis*, primum edito, licet titulus *Rotterdam, chez Heretiers*

de Leers mentiatur, recusoque *a Amsterdam 1718.12.* arcana quædam ad res Philippi V. quæ scite versæ in germanicum idioma, notisque vtilibus illustratæ, cura laudati *Schmaussii* comparent in ipsius *Staats- und Helden-Cabinets II. Eræffnung, Halæ 1718. 8.* vbi & *Vita* Cardinalis *Alberoni* extat, ex relationibus italicis conducta, qua rerum hispanicarum, quarum per tempus arbiter fuit, notitia particularis reperitur. His iungendæ *Histoire de la derniere Revolte des Catalans & du Siege de Barcellone Lyon 1714. 8.* a Gallis & Hispanis factæ, postquam deserti fuissent a fœderatis Catalauni; nec non: *Histoire publique & secrete de la Cour de Madrid de l' avenement de Philippe V. Cologne* siue potius *Amsterdam 1719. 8.*

§. XIII.

Sunt etiam *Scriptores*, qui *de illustribus* Hispaniæ viris egerunt. Tacemus iam ALFONSVM GARCIAM MATAMORVM, VALERIVM ANDREAM, DESSELIVM, ANDREAM SCHOTTVM, & NICOLAVM ANTONIVM, qui statum litterarium & viros eruditione claros laudarunt, de quibus iam supra §. VIII. & copiosius capite IV. §. VII. *Introductionis ad notitiam rei litterariæ* expositum fuit, hic autem non reticendi ii, qui de summis Viris in reipublicæ administratione illustribus, commentati. *Historia Vitæ* CHRISTOPHORI COLVMBI, a filio naturali *hispanice* scripta rarissima est, *italice* interprete *Vlloa* frequentior, prodiit, sub titulo: *Historia del Admirante Christoph. Colon, Venetiis 1561. 8. & 1614. 8. Cortesii*, qui magna in India occidentali gessit facinora, præconia, conseruata in *Historia di Ferdinando del* CORTES *Marchese della Vallee quando discoperse ed acquistot la nuova Hispagna* per FRANCISC. LOPEZ

LOPEZ *de* GOMARA *tradotta* per *Aug. de* CRAVALIZ *Roma 1556. 4.* IOANNES GENESIVS SEPVLVEDA *Res gestas* descripsit *Ægidii Albornotii Carilli Conchensis Hispani*, Purpurati magnæ auctoritatis, & simul dedit *Descriptionem Collegii ab* Ægidio *olim Bononiæ, fundati, Bononiæ 1521. f.* & *Basileæ 1542. 8.* adiecta *Pauli Iouii* Vitæ *Iacobi Mutii Attendulæ* Cottignolæ, *Sfortiæ nuncupati.* Addatur: BALTASAR PORRENO *Vida y hechos del gran Cardenal Don Gil de Albornoz*, en *Cueva 1616. 8.* Alterius magni purpurati memoria conseruata a PEDRO *de* SALAZAR *Cronica del gran Cardinal de Espanna Don Pedro Gonzalez de Mendoza en Toledo 1625. f.* Sic etiam extat *Chronicon magni Ducis militaris* GONSALVI HERMANDEZ *de Corduba y Aguilar cum vita celebris equitis Didaci Garciæ de Paredes, Alcalæ de Henares 1584. f.* Eiusdem Imperatoris clarissimi, qui bella *Ferdinandi Catholici*, si non iuste semper, feliciter tamen gessit concelebrauit: *Histoire de* GONSALVE *de* CORDVE *surnommé le Grand-Capitaine* par le *R. P. du* PONCET de la Compagnie de Jesus, *à Paris 1714. 8. 2. Voll.* *De Francisci Ximenii* archiepiscopi Toletani & administri summa auctoritate, prudentia, felicitate, *rebus* gestis, magna stili grauitate & elegantia, insertis enarrationibus rerum Hispanicarum huius æui magni momenti pragmatice conscriptis, exposuit ALVARVS GOMECIVS, qui nobilissimi lectuque dignissimi Commentarii Libris VIII. editi *Compluti*, vbi *Academiam* copiose dotatam erexerat *Ximenius 1569. f.* atque Beli Collectioni adiecti, comparent quoque in *Schotti Hispania illustrata* T. I. De eodem magno viro *hispanice* commentatus: EVGENIO *de* ROBLEZ *Compendio de la Vida y hazannos del Cardinal Francisco Ximenes de Cisneros, y del oficio de Missa Muza-*

Muzarabe, Toledo 1604. 4. Ex *Gallis* Cardinalis huius negotia & enarranda & obseruationibus politicis illustranda sibi sumserunt: ANONYMVS in: *Histoire du Cardinal de Ximenes, Paris 1631. 8.* atque MICHAEL BAVDIER *Histoire de l' Administration du Cardinal Ximenes, Paris 1635. 4.* Tanquam magnus adminifter descriptus est in: *Histoire du Ministere du Cardinal Ximenes*, par *de* MARSOLIER, *Thoulouse 1694. 12.* & *à Paris* 1704. *12.* 2. Voll. quæ editio auctior est & copiosior. Virtutes eius pietatem, sanctitatem morum atque instituta præclara ad promouendam rem ecclesiasticam compte laudauit: *Histoire du Cardinal Ximenes*, par Mr. ESPRIT FLECHIER, *Paris 1693. 4.* & *12.* & *Amsterdam 1693. 12.* quæ vtræque lectu iucundissimæ sunt. His iungi potest Abbatis RICHARDI *Parallele du Cardinal Ximenes Premier Ministre d' Espagne & du Cardinal de Richelieu Premier Ministre de France, Rotterdam 1705. 12.* qui in comparatione *Plutarchi* vestigiis insistere voluit. Præfecti morum *Caroli V.* Imp. sapientissimi Ducis de *Croy* merita atque simul rationem educationis magni principis iuuentutis exhibuit in *la Pratique de l' Education des Princes contenant l' Histoire de Guillaume de Croy Seigneur de Chievres, Amsterdam 1684. 12.* Prudentis sed feuerissimi Imperatoris *Albani* & censores & laudatores sunt: ANONYMVS cuius *Vita Ferdinandi Toletani Ducis Albani prodiit.* Salam. *1669. 8.* quæ & gallico idiornate: *Histoire de Ferdinand Alvarez de Tolede Duc d' Albe*, edita *à Paris 1699. 12. 2. Voll.* De Præfecturæ Belgicæ feuere gestæ periodo breuiter ornateque exponit IOANNIS MEVRSII *Ferdinandus Albanus, siue de rebus eius in Belgio per sexennium gestis* Libri Quatuor, *Amstelodami 1638. f.* cum eruditissimi Viri ceteris *Belgicis.* Filii naturalis *Caroli*

voli V. Iohannis ab *Austria* laudes legas in LORENZO *van der* HAMMEN *y* LEON *Historia del Don Juan de Austria*, en *Madrid 1627. 4.* curiosius vero & copiosius vitæ & res ipsius memorantur, in *L' Histoire de Don Juan d'Autriche fils de l' Empereur Charles V. Amsterdam 1690. 12.* Plena lepidarum narrationum est GREGORIO LETI *Vita, di Don Pietro Giron Duca d' Ossuna, Amsterdam 169. 8. 3. Voll.* Secundi *Ioannis* ab *Austria Philippi IV.* F. fata & mores habet: *La Vita di Don Giovanni d'Austria, Colon. 1686. 12.* De fortuna, auctoritate & erroribus celebris Ministri Philippi IV, *Olivarez* extat: *Histoire du Ministere du Comte Duc d' Olivares, avec des Reflexions politiques, Cologne 1673. 12.* ex hispanico interprete Comite *de la Rocca*, conjungenda: *Relation de ce qui s'est passe en Espagne à la disgrace du Comte Duc d' Olivares traduite de l'Italien Paris 1658. 8.* Hisce adiungendi qui de *illustribus ac nobilibus Hispaniæ familiis*, laboriosos conduxerunt Commentarios, quorum tamen plures generales ac particulares summa diligentiæ laude conduxit laudatus in fronte huius de Scriptoribus Hispanis expositionis, Dominus de FRANCKENAV. Generalia habet: BARNABE MORENO *de* VARGAS in *Discursos de la Nobleza de Espanna corregida e mui amplicada* por DIEGO PEREZ *de* MESSA *Alcala de Henares 1595. f.* & *Madrid 1659. 4.* Rarissimus in nostris Germaniæ cumprimis oris est: FERANTO MEXIA *Nobiliario perfetamente compislado Sevilla 1492. f.* cum figuris, atque IOANNIS ARCE *ab* OTALORA *Summa Nobilitatis Hispanicæ, Salmanticæ 1559. f.* atque ALONSO LOPEZ *de* HARO *Nobiliario Genealogico de los Reyos y titulos de Espanna, Madrid 1622. f.* atque ex nostris IACOBVS

WIL-

WILHELMVS IMHOFF *Genealogiis XX. illustrium in Hispania familiarum, Lipsiæ 1712. f.*

§. XIV.

Statum politicum siue *Notitiam Hispaniæ* varii describere apud se constituerunt. Hos inter ii, qui prærogatiuas & sublimia iura *Regum Hispaniæ* describunt, nobilissima huius *Notitiæ* argumenta attingunt. CAMILLVS enim BORELLVS *de Regis Catholici præstantia & iuribus* egit *Mediolani 1611. f.* GREGORIO LOPEZ MODERA *Excellencias de la Monarchia y Reino de España*, en *Valladolid 1597.* & en *Madrid* editione emendata *1625. f.* more Hispanico exhibuit; atque BENITO *de* PENALOSA *y* MONDRAGON *Libro de las cinquo Excellencias del Espagnol, que desplueban a Espanna, Pamplona 1629. 4.* IACOBVS MAINOLDVS GALERATVS perraro nunc libello, ex fontibus historiæ inprimis adquirendi occasiones & modos exponendo *de titulis Regis Hispaniæ* erudite scripsit *Bononiæ 1573. 4.* Insignis & doctus est tractatus IOANNIS VALDESII cui index: Prærogatiua Hispaniæ, hoc est, *de dignitate Regum, Regnorum Hispaniæ & honoratiori loco eis seu eorum legatis a conciliis ac Romana sede debito, Granatæ 1602. f.* atque *Francofurti 1626. 4.* cum Indice. *Notitiam* instruere voluit inter *Respublicas Elzeuirianas* IOANNES de LAET *in Hispania, Lugduni Batauorum 1624. 1629. 4.* edita, quæ præ aliis ob accuratam rerum, vti tunc erant enarrationem, laudatur. Multam in illustranda *Hispania* regnisque & prouinciis, quæ tum sub huius imperio erant, industriam consumsit IOA. ANDREAS BOSIVS, noster, sed quam cœperat egregie telam perficere haut potuit, dedit tamen ex eius schedis *Hispaniæ, Ducatus Mediolanensis & Regni Neapolitani*

Noti-

Notitiam, *Helmstadii 1702. 4. Ioannes Andreas Schmidius.* Optimus hodie, post tot mutationes ad *notitiam* liber: *Etat present de l'Espagne par* l'Abbé *de* VAYRAC, *à Paris 1718. 8. IV. Voll.* THOMAS CAMPANELLA in discursu suo de *Monarchia Hispanica*, qui primum *italice* ab auctore scriptus, paucisque cognitus, in Germanicam linguam versus & circa motus Bohemicos & Germanicos editus sub titulo: *Von der Spanischen Monarchy, oder ausführliches Bedencken, welcher maßen von dem Kœnig in Hispanien, zu nunmehr lang gesuchter Welt-Beherrschung, sowohl insgemein, als auf iedes Kœnigreich und Land besonders, allerhand Anstalten zu machen seyn dörfften*, sine loci mentione *1620. 4.* atque *latine*, interprete *Christophoro Besoldo Amstelodami 1640.* & *1653. 12.* media commendat, quibus conseruari & augeri possit Monarchia Hispanica varia, interque hæc prudentia aliqua, alia metaphysica, alia impia & iniusta. IOANNES LEONHARDVS WIEDNER, sub literis *I. L. W.* latens *Hispanicæ dominationis arcana*, ex historicis conquisiuit, eorumque regnandi cupiditatem, perfidiam &c. accusare voluit, *Lugduni Batauorum 1653. 12.* TRAIANVS BOCCALINVS *in lapide lydio politico*, qui diuersis vicibus & *linguis* editus est, conditionem Hispaniæ, superioris temporis, atque Monarchiam adfectatam stilo satirico ridendam exhibuit. GIO. PINTO RIBERO extat: *Anatomia delle Regni di Spagna, l'origine del Dominio, la dilatione delli Stati & la successione delle linee de suoi Rei, Lisboa 1646. 4.* IOANNES BOTERVS *in Commentario parallelo Hispaniarum Regis & Mahumedis Turcæ opes atque vires* confert, *Coloniæ 1597. 4.* Ad recentiores in Statu politico mutationes pernoscendas ex parte facit *Historia Pacis* ad Pyræneos

neos montes factæ celeberrimæ, quam ſcite compoſuit Comes GALEATIVS GVALDVS, cuius commentarii *italice* prodierunt, hoc indice præfixo: *Il trattato della Pace concluſa trà le due Corone nell' anno 1659. con quanto l'ha havueto conneſſione con la medeſima 1663. 12.* latinam huius verſionem fecit PETRVS AXEN, *Lipſiæ 1663. 8.* quam inſeruit *Corporis Iuris Publici* Tomo IV. *Cortreius. Gallus* quidam,eandem ex parte, cum acceſſione tamen vtilium Actorum publicorum in ſuum tranſtulit idioma, hac inſcriptione: *Hiſtoire de la Paix conclue ſur la frontiere de France & d'Eſpagne entres les deux Couronnes l' an 1659. à Cologne 1667. 12.* Prodierat quoque paucis ante annis: *Hiſtoire du Traite de Paix, conclu a Saint-Jean de Luz en 1659. entre les deux Couronnes, Cologne 1665. 12.* Præcipua capita controuerſiarum inter Reges Hiſpaniarum ac Galliarum, cumprimis prærogatiuas, ſummo ſtudio, pro Rege ſuo, hiſpaniſſimus ille, ſed ſimul doctiſſimus IOANNES IACOBVS CHIFFLETIVS excuſſit ac illuſtrauit, qui, *a Didaco Saavedra* ſummo Viro excitatus, *Iacobi de Caſſan* Galli *La Recherche des Droits du Roy & de la Couronne de France*, oppoſuit: *Vindicias Hiſpanicas*, in quibus arcana regia, politica, genealogica, publico Pacis bono luci donantur, *Antwerpiæ 1645. 4.* recuſæ *Antwerpiæ 1647. f.* & *1650. f.* acceſſerunt *Ejusdem: ad Vindicias Hiſpanicas lumina noua, Antwerpiæ 1647. f.* & *1650. f.* atque *Lampades Hiſtoricæ ad Vindicias Hiſpanicas, Antwerpiæ 1649. & 1650. f.* Ex Parte Gallorum, prodiit oppoſitus: M. ANTONII DOMINICY *Aſſertor Gallicus contra Vindicias Hiſpanicas Iobannis Iacobi Chiffletii, Pariſiis 1646. 4.* Secuta IACOBI ALEX. TENNEVRII *Veritas vindicata aduerſus Io. Iacobi Chiffletii Vindicias Hiſpanicas, Lumina noua & Lam-*

pades historicas, Parisiis 1651. f. cui aduersus: IOH. IACOBI CHIFLETII *Tenneurius expensus, eius calumniae palam expulsae Antwerpiae 1652. f.* Haec & alia huius argumenti Scripta inter viri exquisitissime docti *Opera Historico-Politica* comparent. Qui ad *Statum Ecclesiasticum* pernoscendum adhiberi possunt, paucis adiungendi, quorum autem magnus est numerus. Sed cunctos indicare nec huius loci; nec perfici potest ab homine Germano. *Expeditio Hispanica Apostoli S. Iacobi Maioris asserta, & ex S. Paulo Apostolo confirmata*, cum variis appendicibus hoc ad argumentum pertinentibus, illustrata auctore EMMANVELE CAIETANO SOVSA, *Vlyssippone Occident*, Tomus Primus *1727.* Tomus Secundus *1732. f.* GONZALEZ DAVILA aperuit *Theatro Ecclesiastico de las Iglesias Metropolitanas y Catedrales de los Reynos de las dos Castillas*, en *Madrid 1640. 1645. 1648. 1650 f. 4. Voll. Primatialis* Sedis memorabilia atque historiam dedit DIEGO *de* CASTRIONI *y* FONSECA *Primatia de la santa Iglesia de Toledo*, en *Madrid 1645. f. 2. Voll.* Cui in singularibus iungendi: ANTONIVS QVINTANADVENAS *Santos de la Imperial Ciudad de Toledo, y su Arcobispado*, en *Madrid 1651. f.* atque HIER. ROMAN. *de* HIGVERA S. I. *Dipticon Toletanum de Episcopis Toletanae Sedis, Antwerpiae 1650. f.* FRANCISCO VERMVDEZ scripsit *Historia Ecclesiastica de la Ciudad de Grenada*, en *Grenada 1638. f.* Celeberrimum est fanum Monasterii *Monserrat*, de quo extat: *Libro de la historia y milagros hechas a inuocation de nuestra Sennora de Monserrat, Barcelona 1556. 8.*

§. XV.

Tandem quoque considerandi veniunt isti, qui de *Iure Successionis Hispanicae*, defuncto Carolo II.

lo II. commentati, qui ſimul inſignes *Hiſtoriæ Hiſpanicæ Periodos*, illuſtrarunt. Hiſtoriam autem vltimorum vitæ annorum ac motuum & adhibitarum artium politicarum circa finem vitæ Caroli II. obtinendumque Teſtamentum, ſincere optimis ex monimentis exponunt: *Memoires & Negociations Secretes de Ferdinand Bonaventura Comte d'Harrach Ambaſſadeur Plenipotentiaire de ſa Majeſte Imperiale à la Cour de Madrid*, par *Mr.* de la Torre, *a la Haye 1720. 12. 2. Voll.* atque in *Memoires & Negociations ſecretes de diverſes Cours de l'Europe* par Mr. *de la* TORRE, *a la Haye 1721. 1725. 8. V. Voll.* Acta varia refert: *Recueil des Pieces authentiques pour la parfaite connoiſſance des dernieres revolutions d'Eſpagne &c. Amſterdam 1701. 4.* Ipſum *Teſtamentum Caroli II.* quod grauiſſimum bellum excitauit ſæpius editum prodiit quoque hoc indice: *Teſtament & Codicil de Charles II. Roy d'Eſpagne fait le 2. Octobr. 1700. en eſpagnol & en françois avec pluſieurs Pieces concernant le dit Teſtament, Paris 1700. 4.* Ex hoc Teſtamento *Auctor anonymus Gallorum ſuccedendi iura* defendere conatus in libello quem inſcripſit: *Lettre ecrite d'Anvers le 29. Dec. 1700. par Mr. P. a M. N. en Hollande, ſur le Teſtament de Charles II. Roy d'Eſpagne, Bruxelles 1700.* Huic tamen reſpondet auctor ſcripti: *Reflexions ſur une Lettre ecrite d'Anvers le 29. Dec. 1700. ſur les affaires preſentes de la Couronne d'Eſpagne avec quelques Pieces authentiques 1701.* Cum vero diſputaretur de Teſtamento, an ſit validum, fuerunt, qui ex ipſa ſucceſſionis natura vel antea iamdum; vel nouiter demum ſucceſſionem Gallis vindicarent. GEORGIVS *d'* ABVSSON quidem in adſertione iuris *Mariæ Thereſiæ*, reginæ Galliæ ad ſucceſſionem in regno Hiſpaniæ, quæ

gallice prodiit hoc titulo : *la defense du droit de Marie Therese d'Autriche, Reine de France à la succession de couronnes d' Espagne* in eo potissimum occupatus est, vt sanctionis Hispanicæ, quæ Gallos a succeßione regni excludit, vim infringat: Prodiit primum *Parisiis 1674. 8.* postea recusus fuit *1699. 8.* VLRICVS OBRECHTVS *excerpta Historica & Iuridica de natura succeßionis Hispanicæ in Monarchiam Hispaniæ* primum edere cœpit mense Decembri 1700. 4. eademque tribus vicibus continuauit vsque ad mensem Martium 1701. quibus ex Molina & Grotio operose contendit, in Hispania obtinere succeßionem linealem cognaticam, atque sub initium statim testatur, excerpta hæc nullam siue status, siue vtilitatis, commoditatisue aut conuenientiæ, sed solum iustitiæ rationem pro scopo sibi propositam habere. Hic succeßionis ordo licet facile concedatur, Mariæ Theresiæ tamen renuntiatio potissimum obiicitur. Hanc quidem minime obstare auctor libelli, cui titulus: *reponse d' un ecrivain Hollandois à un illustre Parisien* defendere conatus fuit. Hisce tamen singulis, qui iura Gallicana defendere conati fuerunt, solide respondit celeberrimus vir, IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, in eruditissima *Exercitatione Iuris naturalis de testamentis summorum Imperantium, speciatim Caroli II. Hispaniæ Regis, habita Halæ 1701. 4.* & in eiusdem *Selectis Iuris Naturæ & Gentium*, qua ex natura succeßionis in regna Hispaniæ, renuntiationis iure, testamento fideicommissario Philippi IV. & denique prouinciarum natura, comprobat, Gallos optimo iure excludi a succesfione Hispanica, ideoque non solum ad argumenta aduersariorum respondet, sed sua etiam solide confirmat. Cum vero auctores diarii eruditorum Treuoltiensium aliqua oppo-

opponerent *Buddeo*, ansam hoc dedit, vt *Vlteriorem disquisitionem de iure gentis Austriacae in regnum Hispaniae ederet, Halae 1702. 4*, quae itidem in *Selectis J. N. & G.* prostat. His priuatorum scriptis licet egregiis coniungenda, quae maioris sunt momenti publica auctoritate edita, utpote: *Literae Leopoldi Imp. ad Papam super inuestitura Regni Neapolitani 29. Ian. 1701.* his adiectae sunt Notae marginales seu Assertiones iuris succedendi in hoc regno pro filiis Delphini Franciae. Secutum *Ius Austriacum in Monarchiam Hispanicam assertum, Viennae 1701. 4.* & *gallice* sub titulo: *Le Droit de l'Auguste Maison d'Autriche sur la Monarchie d'Espagne*, cuius auctor illustrissimus L. B. de SEILERN Consiliarius Imperatoris intimus & Aulae Cancellarius, insertum post plures Editiones THVCELII *Actis Publicis Sec. XVIII.* Tomo I. *p. 421.* prodiit porro: *Iustitia Augustae Domus Austriacae in Regna & prouincias Hispanicas, veris rerum argumentis illustrata*, extat apud THVCELIVM *T. II. p. 134.* *Kurzer iedoch wahrhaffter Bericht, in welchem klaerlich bewiesen wird, daß das Herzogthum Mayland des H. Roem. Reichs unstreitbahres Mann-Lehn sey*, editum in 4. singillatim, & in THVCEL. *Actis* T. I. *p. 331.* Edita porro: *Caroli V. Aurea Bulla de Iure & ordine succedendi in Ducatum Mediolanensem, cum eiusdem Ducatus Inuestituris Caesareis, quae ab Augustissimo Imperatore Leopoldo I. Regibus Hispaniae Philippo IV. & Carolo II. concessae sunt.* Praeter ea: *Synopsis quorundam Iurium Austriacorum in Successionem Hispanicam*; atque: *Reflexion sur divers ecrits concernant la succession à la Monarchie d'Espagne*, & apud THVCEL. *Tom. II. Actor. publ. p. 96.* & *Defense du Droit*

de la Maison d' Autriche à la Succeſſion d'Eſpagne, & la verification du Partage du Lion de la fable dans les conſequences de l'intention du Duc d' Anjou, avec la Refutation des libelles repandus dans le public en faveur de cette invaſion, Cologne 1703. 8. & apud THVCEL. T. III. add. *Ius Auſtriacum in Succeſſione Regnorum Hiſpaniæ vindicatum*, quod aliqui Dn. de ANDLERN Conſiliario Imperiali aulico, tribuunt, apud eund. THVCEL. T. III. His coniungendus liber, cui titulus: *Aquila auguſta triſulco obarmata fulmine, ſeu, Carolus Tertius Auſtriacus Rex Hiſpaniarum aſſertus & tribus Libris propugnatus* authore IOANNE ALVARES *da* COSTA, Vlyſſiponenſi, *Amſtelædami 1705. f.* verus auctor huius libri quique ſub hoc Hiſpani nomine latet eſt *Adamus Ebertus* Profeſſor Francofurtenſis moribus & ſtudiis hiſpanus, vt adſcripſerat ſuo exemplo, quod iam penes me eſt, illuſtriſſimus Dominus de *Plotho*, Poruſſiæ Regis adminiſter, cui librum donauerat *Ebertus*, in quo, *Philippi* Borbonii Ducis Andegauenſis prætenſum ad Hiſpaniarum Regna ius eliditur: *Caroli III.* aperta iuſtitia confirmatur, Hiſpanis vera ſalus, & ſolidiora commoda propinantur, Luſitanorum Carolo fauentium iuſtum bellum, addito corollario exponitur. Pro *Philippo V.* extant: *Filippo Quinto, Monarcha legitimo della Spagna overo demonſtrazione de'i diretti di Filippo Quinto per la ſucceſſione della Monarchia di Spagna del Dottor* GIO. ANTONIO CASTAGNOLA, *Napoli 1704. 4.* & *Succeſſion de el Rey Philippe V. en la Corona de Eſpanna, diario de ſus Viages a Nepoles & Milan, &c.* per ANTONIO *de* VBILLA & MEDINA, *Madrid 1704. 4. Iniuſtitia Belli Auſtriaci contra Catholicum Hiſpaniarum Regem Philippum V. gliſcentis*

tis Syntagma Theologico-Juridicum a Fr. BENEDICTO *de* NORIEGA, Ordinis Minorum Reg. Obſeruantiæ quondam apud Salmanticenſes ſui inſtituti Sac. Theologiæ primario Anteceſſore & ſtudiorum Præfecto, nunc in Regno Neapolitano Epiſcopo Acerrarum Regioque Conſiliario *concinnatum & editum, Neapoli 1705. 4.* nec non: *El Sennor Philippe V. es el Rey de las Eſpannas verdadero, dado por la mano de Dios Torre incontractable de ſecundo David perſeguido y victorioſo &c. par* IACINTO *de* ARANAS *Commiſſario general del Orden de nueſtra Sennora del Carmen, Pampelona 1711. 4.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

DE SCRIPTORIBVS REGNI GALLIARVM ET NAVARRENI.

§. *I. II. Scriptores, qui de Hiſtoricis Gallicis Bibliothecas & expoſitiones ediderunt. Scriptores, qui Geographiam Galliæ antiquæ deſcribunt.*

§. *III. Scriptores, qui ad antiquitates Gallicanas faciunt.*

§. *IV. Scriptores de originibus Francorum.*

§. *V. Collectiones Scriptorum Rerum Francicarum nempe Corpus Hiſtoriæ Francicæ Marquardi Freheri & Petri Pithœi.*

§. *VI. Collectio Scriptorum R. Francicarum Andreæ & Franciſci du Cheſne.*

§. *VII. Generales hiſtoriæ Gallicæ Scriptores.*

§. *VIII. Scriptores hiſtoriæ Regum Gallorum lineæ Merouingicæ.*

§. *IX. Scriptores hiſtoriæ Regum Lineæ Carolingicæ.*

§. *X. Scriptores, qui origines Lineæ Capetingicæ ſcripſerunt.*

§. *XI. Scriptores hiſtoriæ*

§. I.

Quum amplissimus atque egregius Rerum *Gallo-Francicarum* Scriptorum & editorum typis & manu exaratorum plane sit numerus sane de potentissimi huius Regni & nobilissimæ literatissimæque Gentis Historia promeriti sunt præclare, qui horum scriptorum, erudita diligentia dederunt consignationes & Bibliothecas. Potiores huius commatis adducam, nimirum ANDREAE *du* CHESNE de Historia Francica cum vniuersali, tum particulari, singulariter meriti viri, *Bibliotheque des Auteurs, qui ont ecrit l' Histoire & Topographie de France, Paris 1618. 8.* & ex *Secunda* Editione, cui nomen adpositum, eademque insigniter aucta *Paris 1627. 8.* Cum postea edendi Corporis amplissimi Scriptorum Rerum

Rerum Francicarum vtile consilium cœpisset, edidit notitiæ caussa, libellum, cui index: *Series Auctorum omnium, qui de Francorum Historia & de rebus Francicis cum Ecclesiasticis, tum Secularibus ab exordio Regni ad nostra vsque tempora, scripserunt, quorum editionem* (XXIV. Voll.) *pollicetur*, ANDREAS *du* CHESNE, Geographus Regius, *Parisiis 1633. 1635. f.* in secunda editione, mutauit quædam editor. Eandem *Seriem* edidit rursus Filius FRANCISCVS *du* CHESNE, qui Patri in munere historici laboreque edendorum historicorum Francicorum successerat, *Parisiis 1663. 12.* Ad comparandam breuem notitiam facit, quæ prouida cura B. IOANNIS ALBERTI FABRICII iunctim edita est: *Isagoge in Historiam Scriptorum Historiæ Gallicæ, qua continentur:* I. ANDREAE *du* CHESNE laudata iam *Bibliotheca Chronologica Scriptorum ab originibus Regni Francici ad sua vsque tempora;* II. CHRISTIANI GRYPHII *Sylloge Scriptorum seculi decimi septimi de rebus Gallicis;* III. HERMANNI DIETERICI MEIBOMII *de Gallicæ Historiæ Periodis & Scriptoribus Disputatio*, (*Helmastadii* alias 4. edita) *Hamburgi 1708. 8. Iudicia* de Historicis Franciæ antiquioribus tulit LOUIS le GENDRE in *Jugemens sur plusieurs anciens Historiens de France, ou Auteurs contemporains*, quæ reperiuntur sub initio *Tom. I.* ipsius *Historiæ Francicæ* gallice scriptæ. Omnium vero horum curas superauit IACQVES *le* LONG Presbyter Oratorii & Bibliothecarius Domus dictæ Congregationis Parisiis, qui summa cura & diligentia conduxit digessitque apte eosdem in *Bibliotheque historique de la France, contenant le Catalogue de tous les Ouvrages tant imprimez que manuscrits, Paris 1719. f.* quo præstantissimo opere supra

pra 17487. monimenta Historiæ Gallicæ inseruientia indicantur, cum notis criticis, necessariisque supplementis atque indicibus. Additæ: *Memoires historiques sur quelques Historiens* (XII. numero) *modernes de France* §. 11. Ad *Galliæ antiquæ* Geographiam & notitiam faciunt C. IVLII CAESARIS *Commentarii de bello Gallico*, de quibus superius iam fuit dictum. ABRAHAMVS ORTELIVS ad eosdem & *Strabonem* fuit commentatus atque *Galliæ veteris Typum* iuxta *Strabonem* & alios antiquos auctores dedit ex conatibus suis Geographicis *Antwerpiæ* 1594. 1598. 1603. 1624. & sæpius. *Antonini* Imper. *Itinerarium nec non Itinerarium Burdegalense*, cum notis *Hieronymi Suritæ* edidit *Andreas Schottus*, *Coloniæ* 1600. 8. atque in recentiore editione splendidiore *Bataua*. IOSEPHI IVSTI SCALIGERI *Notitia Galliæ*, & *super appellationibus locorum aliquot & Gentium apud Cæsarem Notæ*, inter summi Viri *Opuscula varia Parisiis* 1610. 4. edita, & alibi extant. PHILIPPI LABBEI *S.I. Pharus Galliæ antiquæ*, ex *Cæsare*, *Hirtio*, *Strabone*, *Plinio*, *Ptolomæo*, *Itinerariis*, *Notitiis* &c. cum interpretatione latina, *Molinis* 1644. 12. in quem *Pharum*, *Disquisitiones Geographicas* conquisivit NICOLAVS SANSON, *Parisiis* 1647. 1648. 12. 2. *Voll.* in quibus ad singula Locorum nomina, aut furti, aut erroris arguere doctum *Labbeum* voluit. Eiusdem NICOLAI SANSON cura est compilata: *Gallia vetus in Partes II. Regiones IV. Prouincias XVII. aut Populos C. aut circiter distincta, & in iis Prouinciarum Metropoles primariaque Populorum vrbes descripta*, *Parisiis* 1658. *f.* De Portu *Iccio* eruditorum virorum amicæ concertationes Geographiæ Galliæ veteris particulæ lucem quandam attulerunt. IOANNES enim IACOBVS CHIFFLETIVS in libro erudito, *Portus Iccius demonstratus*,

tus, Madriti 1626. 4. & ex Editione secunda auctiore *Antwerpiæ 1627. 4.* putauit hunc Portum in loco Wissantbourg in agro *Bononiensi* inuestigandum esse; CAROLVS inde *du* FRESNE in Dissertatione XVIII. addita: *Histoire du Saint Louis du Sire de Joinville, Paris 1668. f.* egit: *du Port Iccius ou Itius;* secutum opusculum inscriptum: *Julii Cæsaris Portus Iccius illustratus*, siue GVILIELMI SOMNERI *ad Chiffletii librum de Portu Iccio Responsio, nunc primum edita;* CAROLI *du* FRESNE *Dissertatio de Portu Iccio*, tractatum vtrumque latine vertit & noua Dissertatione auxit *Edmundus Gibson, Oxonii 1694. 8.* *Historiam* vero *Galliarum sub præfectis prætorio Galliarum a Constantino M. vsque ad Iustinianum Imp.* optime descripsit AEGIDIVS LACARRY, *Claromonti 1672. 4.* Eiusdem habemus *historiam Coloniarum a Gallis in exteras nationes missarum, tum exterarum nationum Colonias in Galliam deductas, Claromontii 1677. 4.* Ad *Geographiam Galliarum æui medii* illustrandam, variæ *Notitiæ Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ* reperiuntur in *Iacobi Sirmondi* Tomo I. *Conciliorum Galliæ;* atque *Andreæ du Chesne Scriptorum Rer. Francic.* T. I. nec non *Caroli le Cointe Annalium Ecclesiasticor.* T. I. Notabilis & vtilis quoque est: *Breuis Notitia Galliarum & Belgii, ex Actis Sanctorum Ianuarii & Februarii, vulgatis a Iobanne Bollando & Godefrido Henschenio S. I. excerpta digestaque ab eodem* HENSCHENIO *Antwerpiæ 1658. 8.* Elegantissima vero HADRIANI VALESII *Notitia Galliarum, Parisiis 1675. f.* Hæc enim ad omnem fere Geographiæ mediæ statusque Franciæ sub primis duabus Regum familiis notitiam facit, præcipue vero situm, gentes, oppida, locorum antiquitates, varia eorum nomina, episcopatuum ac monasteriorum origines, multa industria explicat, at-

que scriptores antiquos egregie illustrat. Conferatur: *Notitiæ Galliarum defensio aduersus Germanium* Monachum Benedictinum, auctore HADRIANO VALESIO, quæ addita opusculo Valesii, cuius index: *Obseruationis de annis Dagoberti I. aduersus chifletii Dissertationem, Defensio, Parisiis 1684. 8.* Dignus quoque est qui addatur Domini MICHAELIS GERMANI, Monachi Benedictini, de *Palatiis Regum Francorum* commentarius, qui Librum Quartum facit nobilissimi operis *Mabilloniani*, de *Re Diplomatica*. Ex insigni plane numero eorum, qui *Geographiam recentiorem* tradere voluerunt, hosce præstantiores notamus. Eos autem heic omittimus, qui in Cosmographiis, aut Geographiis generalibus *Franciam occidentalem* descripserunt. *Breuis totius Galliæ Descriptio* per GILBERTVM COGNATVM edita *Basileæ 1552. 8.* Sic etiam *Galliæ & Italiæ descriptio* prodiit *Vltraiecti 1655. 12.* Maioris autem momenti est: MARTINI ZEILLERI *Topographia Galliæ, seu, Descriptio & Delineatio famosissimorum Locorum in potentissimo Regno Galliæ; partim ex vsu & optimis Scriptoribus, partim ex Relationibus fide dignis in ordinem redacta & in XIII. Partes diuisa, germanice, Francofurti ad Mœnum 1655. f. 4.* Voll. cum egregiis figuris æneis. Alia *Topographia Galliæ* belgico sermone edita *Amsterdam 1662. 12. 5.* Voll. Parum accuratæ habentur: *Les Delices de la France, ou description des ses Provinces, Villes &c. depuis de la Paix de Ryswick, Amsterdam 1699. 12. 2. Voll.* Curatior longe & copiosior: *Description historique & geographique de la France* par IEAN *de* PIGANIOLE *de la* FORCE, *à Paris 1715. 1716. 12. V. Voll.* & *ibid.* 1718. 12. 6. Voll. Tomo I. Notitiam Franciæ politicam tradit, in reliquis quinque Geographiam exponit solerter. Laudanda quoque & commendanda ob singu-

ſingulares obſeruationes, inſigniter: *Deſcription hiſtorique & Geographique de la France ancienne & moderne, par Mr. l' Abbe de* LONGERVE, *à Paris 1719. f. 2. Voll.* ex qua iuſſu Aulæ Ducisque Regentis folia quædam reciſa, aliaque ſubſtituta, quum cordatus Auctor, de Iuribus Imperii RGermanici in quasdam Regni Burgundici ſiue Arelatenſis prouincias liberius & candidius iudicaſſet. Magni itaque æſtimantur illa exempla, quæ nondum fuerunt caſtrata. Extat quoque breuis ſed accurata ſtatus Galliæ Geographici expoſitio *Deſcription de la France* in Tomo II. *de la Methode pour etudier la Geographie*, adornata par NICOLAS LENGLET *du* FRESNOY, *à Paris 1716. 12.* Vtilis eſt labor Auctoris *Anonymi*, qui dedit *Nouveau Denombrement du Royaume par Generalitez, Elections, Paroiſſes, & Feux, Paris 1720. 4.* quæ quidem ad redituum rationes potiſſimum eſt comparata, notitiæ tamen Regni Francici comparandæ ſimul inſeruit. Qui breui manu de locis Galliarum inſtrui cupiunt, iis ſubſidio eſſe poterit: *Dictionnaire univerſel de la France ancienne & moderne Paris 1726. f. mai.* tribus Tomis. Partem Geographicæ deſcriptionis ſingulari methodo facit, PAPIRII MASSONI *Deſcriptio fluminum Galliæ, qua Francia eſt, Pariſiis 1618. 8.* & cum notis *Antonii Michaelis Baudrand Pariſiis 1678.* & *1685. 12.* Aliquot flumina deſcripſit GABRIEL LVRBAEVS libro cui titulus: *Garumna, Aurigera, Tarnis, Oldus, Durannius, Aturus, & Carantonius,* cum *Onomaſtico Gallico* omnium *Aquitaniæ Vrbium, Burdigalæ 1593. 8.* Huc facit quoque quoad oras maritimas & portus: *Le Neptune François, ou Recueil de Cartes Maritimes levees & gravees par ordre du Roy*, editum eſt ſplendidum hoc

hoc opus in *typographia regia*, duobus in *folio maximo* Voluminibus.

§. II.

Pergimus ad eos, qui origines, instituta, antiquitates historiam, *Gallorum Veterum* descripserunt. Huc faciunt sequentes, nimirum: *Des Origines & des Affaires des Peuples Celtiques & des Belges, Livres vigint trois* par ADRIEN SCHRIECK, Flamand, *belgice, Ipres 1614. f.* cum quibus iungenda EIVSDEM: *Aduersaria de Originibus Celticis & Belgicis*, quae insunt ipsius libro, cui index: *Europa rediuiua, Ipris 1625. f.* in quibus de lingua Celtica multa singularia obseruauit. Idem tenet institutum MARCI ZVERII BOXHORNII, *Originum Gallicarum* Liber, *Amstelodami 1654. 4.* in quo veteris Gallorum Gentis origines, antiquitates, mores, lingua & alia eruuntur & illustrantur: cui accessit antiquae Linguae Britannicae Lexicon Britannico-Latinum, cum adiectis & insertis eiusdem Auctoris adagiis, sapientiae veterum Druidum reliquiis, & aliis Antiquitatis Britannicae Gallicaeque nonnullis monumentis: Coniecturas singulares legas in *Antiquitez de la Nation & de la Langue des Celtes, autrement appellez Gaulois*, par PAVL YVES PEZRON, de l'Ordre du Cîteaux, *Paris 1703. 12.* De moribus ac institutis Veterum Gallorum praeclarae prostant commentationes. Enimvero, de *Gallorum & Germanorum moribus* Fragmentum ex Commentariorum *C. Iulii Caesaris* Libro Sexto de Bello Gallico, annotationibus illustrauit IOANNES FILESACUS, quod editum *Parisiis 1585. 4.* PETRVS quoque RAMVS Librum condidit *de moribus veterum Gallorum, Parisiis 1559. 1562. Basileae 1574.* cum Praefatione *Thomae Freigii*, atque *Francofurti 1574. 8.* his coniungendus WOLFGANGI PRISBACHII

de

de moribus veterum Gallorum Liber, Parisiis & Francofurti 1584. 8. De cultura ingenii doctrinisque eorum exposuit IOANNES PICARDVS *de prisca Celtopaedia*, Libris quinque, quibus priscorum Gallorum doctrinam & eruditionem commemorat, *Parisiis 1556. 8.* De *Gallorum Imperio & Philosophia* Libros Octo inepte consarcinauit STEPHANVS FORCATVLVS, *Parisiis 1579. 4.* & *Geneuae 1595. 8.* Praeclarus eruditissimusque est commentarius *la Religion des Gaulois*, doctissimi Galli IACOBI MARTINI, *Lutetiae Parisiorum 1727. 4.* editus. De *Diis* seu *Theologia veterum Gallorum* praeclare quaedam annotauit PETRVS LESCALOPERIVS S. I. in libro suo, quem inscripsit: *Humanitas Theologica* p. 713. edito *Parisiis 1660. f.* Curiosus liber ad hoc argumentum est cuius index: *Histoire de l'Etat & Republique des Druides, Eubages, Sarronides, Bardes, Vacies, anciens François, Gouverneurs du Païs des Gaules, depuis de Deluge jusqu' à venue de Jesus Christ, avec leurs Loix, Police, ordonnances & Coûtumes* par NOEL TAILLEPIED *Paris, 1585. 8.* De *Druidibus* & connexis institutis exposuerunt docte: IANVS CAECILIVS FREY *de Philosophia Druidarum*, inter cetera viri opuscula latina, *Parisiis 1646. 8.* EZECHIEL PVFENDORFIVS Dissertatione de *Druidibus, Lipsiae 1650. 4.* & inter eiusdem *Opuscula*, cura *Joa.* PETRI LVDEWIGII iunctim edita, THOMAS SMITH in *Syntagmate de Druidum moribus & institutis, Londini 1664. 8.* *Notitiam* aliquam Reipublicae dat: *Discours touchant l'Etat des Gaules* par AYMAR *du* PERIER, *Lyon 1610. 8.* *Historiam Veterum Gallorum* congessit ANTONIVS GOSSELINVS, *Cadomi 1636. 8.* quae erudita est. Multa cura congessit ex scriptorbus CLAVDIVS FAVCHETVS librum quem inscripsit: *Les Antiquitez Gauloises*

loises depuis l' an du Monde 3350. jusqu' à Clovis en deux Livres à Paris 1579. & 1610. 4. qui varias origines rituum apud Gallos vsitatorum describit. Nec contemnendæ: *Memoires des Gaules depuis le Déluge jusqu' à l'etablissement de la Monarchie Françoise, avec l'Etat de l'Eglise & de l'Empire depuis la naissance de Jesus-Christ*, par SCIPION DVPLEIX, *Paris 1619.* 4. atque *Tomo Primo Historiæ* ipsius omnis *Franciæ.* Ii quoque, qui *Historias* generales scripserunt, in primordiis operum suorum hanc Periodum illustrant. Ex parte huc faciunt, ETIENNE PASQVIER siue STEPHANI PASCHASII *les recherches de la France, à Paris 1621. 1633. & 1643. f.* In his autem origines Gallorum, Parlamenti & reliquorum iudiciorum maiorum, Ducum, Comitum, nobilium, aliarumque dignitatum, res ecclesiasticas & libertatem ecclesiæ Gallicanæ, varias consuetudines, regum lineas, poëfin, litteras, academias & collegia variaque eius fata descripta videmus, licet nonnunquam auctor papizet. Editio 1643. est vltima, post mortem auctoris facta, integris tribus libris & hinc inde aucta.

§. III.

Qui de originibus, institutis, republica, Legibus *Francorum* commentati, præstantissimi sunt sequentes. Origines has inuestigare solent omnes qui vniuersales Franciæ Historias elaborarunt, singillatim vero tractant hoc argumentum IOANNES TRITHEMIVS, de *origine gentis & regum Francorum, Moguntiæ 1515. f.* atque inter *Opera* eius *Historica Francofurti 1606. f. Parisiis 1539. f.* atque interprete *Iacobo* Schenk I. V. D. *germanice, Spiræ 1522. f. Francofurti 1563. 8.* sed cum ex scriptoribus sublestæ fidei *Wastaldo* de introitu Sicambrorum & *Hunibaldo* de Francis pleraque hause-

hauſerit, ipſe quoque fidem haut adeo magnam meretur. Secuti hunc ſunt varii. HERMANNVS enim *Comes* NVENARIVS breuem *Narrationem* ſcite compoſuit *de origine & ſedibus priſcorum| Francorum*, quæ *Eginbardo* de Vita Caroli M. ab ipſo primum edito *Coloniæ 1521. 4.* eſt addita, aliisque huius libri Editionibus. Extat quoque in prima Collectione *Scriptorum Rerum Germanicarum*, quæ *Baſileæ 1532. f.* prodiit, atque Tomo Primo *S. R. F.* du *Cheſniano*. ANTONII SCHONHOVII *Commentatio epiſtolica de origine & ſedibus Francorum* producta eſt in lucem ab *Antonio Matthæo Analectorum V. Æ. T. I.* edito *Lugd. Batau. 1692. 8.* Multam laudem promeruit diligenter perſcriptus: *Traite de l' Etat & origine des anciens François* par NICOLAS VIGNIER, qui primum editus *Paris 1579. f.* auctusque inſigniter *Troyes 1592.* atque ex hac ſecunda editione *latine* verſus *Tomo Primo* Du *Cheſniano*. Ex iuſtis fontibus petitæ ſunt IOANNIS ISAACII PONTANI *Originum Francicarum* Libri Sex, *Hardervici 1616. 4.* in quibus præter Germaniæ & Rheni Chorographiam, Francorum Origines & primæ ſedes aliaque ad gentis in Galliam tranſitum, variasque victorias, inſtituta & mores pertinentia deducuntur. GABRIEL quoque TRIVORIVS *Obſervatione apologetica ad Inſcriptionem Orationis ad Anteceſſores Digeſti Iuſtinianei præpoſitæ, Pariſiis 1631. 4.* edita, de Francorum origine a Gallis deducta egit. In MARCI IRENAEI *Encomio Franciæ, Argentorati 1639. 8.* hæ origines quoque inueſtigantur. Nouam de Francorum originibus a litore *Balthici* Maris cis Oderam deducendis opinionem Geographum Rauennatem ſecutus expoſuit vir ſummus GOD. GVIL. LEIBNITIVS edito ſub nominis ſui primis literis G.G.L. libello inſcripto: de *Origine Francorum*

corum Disquisitio, Hanouera 1716. 8. opposuerunt huic sententiæ PIERRE TOURNEMINE S. I. *Reflexions sur la Dissertation de Mr. Leibnits touchant l'origine de François,* quæ extat in *Memoires de Trevoux, Article second du mois de Janvier 1716.* atque B. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS *Gedancken über des Herrn Baron von Leibniz Schrifft de Origine Francorum* Gundlingianorum *P. III. p. 234.* cumque *Leibnitius* ipse Responsionem parasset, quæ *Parti Sexta* Gundlingianorum inserta p. 62. *Gundlingius* P. IX. p. 295. dedit *Replic auf die von dem Herrn von Leibniz beschebene Antwort de orig. Francor.* Nec hic omittenda: *Dissertation sur l'origine des François où l'on examine s'ils descendent des Tectosages, où anciens Gaulois etablis dans la Germanie, à Paris 1722. 12.* atque in primis IOANNIS GEORGII ECCARDI eruditissimi Commentarii *de rebus Franciæ Orientalis, Wirceburgi 1729. 2. T. f.* editi, cuius T. I. diligenter de Origg. Francorum commentatus. Respondit quoque IOANNES GEORGIVS ECCARDVS, qui Leibnitianam de *Origine Francorum* Disquisitionem curis posterioribus auctam, suis annotatiunculis illustrauit, quæ cum ipsius *Leibnitii*, *Responsione* ad *Tourneminii* dubia, gallice scripta, adiecta, *Eccardina* Editioni *Legum Francorum Salicæ & Ripuariorum* p. 247. *seqq.* Ad hoc argumentum facit porro egregius tractatus AVDIGIERI *de l'origine des François & de leur Empire, à Paris 1676. 12.* in quo multa singularia contra communem opinionem deducit, origines Gallorum non ex aliis gentibus, sed in ipsa Gallia quærit, multa de tribus lineis regiis, imperio Carolingico, liliis Gallicis & similia erudite proponit. Maiori subsidiorum & eruditionis apparatu id præstitit BERNARDVS *de* MONTFAVCON, Ord. S. Benedicti ex Con-

Congreg. S. Mauri, vir celeberrimus, qui multo ſtudio conduxit: *Les Monumens de la Monarchie Françoiſe, qui comprennent l'hiſtoire de France.* Quo ſplendido opere ea commemorantur & exhibentur monimenta, quibus iniuria temporum pepercit, quæque ad Reges ſpectant, Reginas, Principes regiæ ſtirpis, Pares Franciæ, Duces, Comites, Miniſtrosque regios. *Tomus* autem *Primus, Lutetiæ 1729. f. mai.* editus, ea ſiſtit, quæ ad illuſtrandam Franciæ Hiſtoriam faciunt, vsque ad *Philippi I.* tempora. *Tomus Secundus, Pariſiis 1730. f.* ad *S. Ludouici* æuum vsque pertingit. *Tomus Tertius Lutetiæ 1731. f.* in quo monumenta comparent, quæ ad Regum *Caroli V. VI. VII. & Ludouici XI.* hiſtoriam faciunt. *Tomus Quartus, Lutetiæ, 1732. f.* quo, quæ de *Carolo VIII. Ludouico XII. & Franciſco I.* notatu ſunt digna, exponuntur. *Tomus* denique *Quintus* vniverſi Operis vltimus, *Pariſiis 1733. f.* habet monumenta, quæ illuſtrant res *Henrici II. Franciſci II. Caroli IX. Henrici III.* atque *Henrici IV.*

§. IV.

Iam vero ipſi Fontes *Scriptorum* coæuorum & domeſticorum, latino ſermone vel perſcriptorum vel in eundem translatorum, indicandi, qui in *Corpora* atque *Collectiones* a doctiſſimis Viris congeſti in communem vtilitatem. *Francicos* magni momenti *Scriptores*, primus e ſua Bibliotheca edidit PETRVS PITHOEVS de Iurisprudentiæ hiſtoriæque coniunctis ſtudiis egregie meritus, qui adornauit *Collectionem*, præfixo indice: *Annalium & Hiſtoriæ Francorum ab Anno Chriſti DCCVIII. ad An. DCCCXC. Scriptores coætanei XII.* primum *Pariſiis 1588. 8* editi, *Francofurti apud Andreæ Wecheli* heredes *1594. 8.* recuſi; qua continentur:

1) *Annales Francorum* ab anno incarnationis Domini 714. ad an. *883.* Maguntiæ, vt videtur, sub ditione Lotharii & Ludouici filii scripti temporibus *Rhabani Mauri* Archi-Episcopi, p. *1.*

2) *Frodoardi*, Presbyteri Ecclesiæ Remensis *Annales* siue Chronicon ætatis suæ, ab An. C. 919. ad annum 966. cum appendice annorum aliquot p. 109.

3) Continuatio ab Anno 977. ad annum 999. ex Chronicis *Willelmi Nangii* Monachi S. Dionysii p. 207.

4) *Odoranni* Monachi S. Petri Viui Senonensis Chronicon, quod ille iam sexagenarius collegit p. *214.*

5) Fragmentum gallici Scriptoris ex *Conrado* Abbate ad An. *922.* p. *216.*

6) *Genealogia* B. *Arnulfi*, Metensis Episcopi ex antiqua membrana eiusdem Ecclesiæ p. *219.*

7) Fragmentum veteris Scriptoris de *Maioribus Domus Regiæ* ex Codice Floriac. Cœnobii p. *226.*

8) *Vita Karoli M.* descripta, vt videtur, magna parte a *Monacho* S. Eparchii *Egolismensis* ex annalibus plebeio & rustico sermone compositis, quos & *Regino Prumiensis* sequutum se ait ad an. *814* nonnullis interpolatis, paucis etiam additis p. *230.*

9) *Charta Diuisionis Imperii*, quæ in quibusdam exemplaribus Karolo Magno adscribitur, non certa fide p. *283.*

10) *Fragmentum* ex historia *Pauli Warnefridi* Longobardi Filii, Diaconi Foroiuliensis de Episcopis Mediomatricum Ecclesiæ p. *288.*

11) *Constantini Manassis* de Karolo Imp. versus politici p. *290.*

12) *Thegani* Chorepiscopi *Treuirensis* de gestis *Ludouici Pii* Imp. cum Præfatione *Walafridi Strabonis* Abbatis Augiensis p. *295.*

13) Acta impiæ & nefandæ *Exauctorationis* eiusdem *Ludouici* Imp. apud *Compendium* Anno *822.* p. *322.*

14) Præceptum eiusdem *Imperatoris* de *Diuisione* inter *Filios* p. *330.*

15) Vita eiusdem *Ludouici* Pii, incerto Scriptore, sed tamen coætaneo p. *336.*

16) Chartæ Priuilegiorum ab *eodem Imp.* concessorum *Hispanis,*

Hispanis, qui ad ipsum Saracenorum metu confugerant, ex Tabulario Ecclesiæ Narbonensis p. *427*.

17) *Nithardi*, Angilberti F. Karoli M. Imp. ex Bertha F. nepotis de *Dissensionibus filiorum Ludouici Pii* Libri Quatuor, p. *433*.

18) Libellus Proclamationis *Karoli* Regis aduersus *Guenilonem* Archiepiscopum Senonum, Synodo oblatus Tullensi seu Saponariæ An. 859. cui subiuncta est Epistola eiusdem Synodi ad Episcopos Britanniæ siue Armoricanæ Prouinciæ p. *491*.

19) Acta Coronationis *Karoli* Imp. Ludouici Filii, p. *498*.

20) Sacramentum eidem Imp. præstitum ab Archi-Episcopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus ac reliquis Italiæ optimatibus p. *506*. item alia Fidelitatis Sacramenta eidem Regi a Francis præstita p. *508*.

21) Fragmentum Historiæ Francicæ a *Ludouico Balbo* ad *Hugonem* Regem, ex vetusta membrana Floriacensis Cœnobii p. *510*.

22) Aliud Fragmentum *Aquitanicæ* Historiæ ex perueusta scida Lemouicensi a morte *Caroli Calui* ad Hugonem Regem p. *517*.

23) *Epitaphia* quorundam *Regum* ex vetustis monumentis p. *427. 524. 525*.

24) *Abbonis* Leuitæ de obsidione vrbis *Parisiorum* a Normannis ad *Gozlinum* fratrem, Libri duo. p. *530*.

Qui inde eiusdem PETRI PITHOEI curis prodierunt *Historiæ Francorum ab A. DCCCC. ad MCCLXXXV. Scriptores veteres XI.* quique in Germania *Francofurti 1596. f.* excusi seriem indicatæ Collectionis continuant, & ad res Franciæ Occidentalis maximam partem spectant, extrema Stirpis Carolinæ & Capetiorum Regum res gestas vsque ad Philippum S. Ludouici filium explicantes; ita tamen sunt comparati, vt in iisdem & res Germanorum subinde reperias, sunt autem sequentes:

I. *Glabri Radulphi* Historia ab Anno *1000.* ad *1045*.

II. *Helgaldi* siue *Helgaudi* vita Roberti Regis. Fragmentum Historiæ Aquitanicæ.

III. *Sugerii* vita *Ludouici Crassi* R.
IV. *Anonymi* gesta *Ludouici* Minoris.
V. *Rigordi* gesta *Philippi Augusti*.
VI. *Guillermi Britonis* Philippidos Libri XI.
VII. Fragmentum de gestis *Ludouici VIII.*
VIII.) *Guilielmi* de *Nangis* gesta *S. Ludouici* R.
IX.) Anonymi gesta *Philippi Audacis* R.

Porro lucem vidit *Corpus Franciciæ Historiæ veteris, & sinceræ*, quod debemus prouidæ curæ MARQVARDI FREHERI Consiliarii Archi-Palatini, qui Dedicatoriæ Inscriptioni ad Ludouicum XIII. F. R. initiales saltim literas celeberrimi nominis: M. F. subscripsit, prodiit *Hanouiæ* typis *Wechelianis* apud hæredes *Ioannis Aubrii 1613. f.* eodemque Scriptores historiæ veteris Francicæ & Germanicæ Scriptores Merouingorum & Carolingorum Regum Acta continentes hactenus miris modis in omnibus editionibus deprauati & confusi, emendatiores & pro ordine temporum dispositi, Pseudepigrapha veris auctoribus suis restituta omnia denique Notis marginalibus perpetuis illustrata, exhibentur, nimirum:

Parte Voluminis huius *Prima:*

1) *Iuonis Carnotensis* Episcopi Excerpta Chronica de gestis quorundam Regum & *Imperatorum* vsque ad Ludouicum Pium, *f. 1.*
2) *Eiusdem* Chronicon de Regibus *Francorum*, *f. 51.*
3) S. *Gregorii Turonensis* Episcopi Gesta *Francorum* epitomata *f. 57.*
4) Annalium Fragmentum ex MSCto *Nazariano* p. *86.*
5) *Gregorii Turonensis* Excerpta Chronica per *Fredegarium* Scholasticum *f. 90.*
6) *Pauli Warnefridi* Chronicon de Episcopis Metensibus *f. 171.*
7) *Epistolæ* Francicæ *Regum* & *Episcoporum* variorum, tempore *Clodouæi* primi Regis scriptæ, *f. 182.*

Parti vero *Secundæ* illata;

I.) *Gregorii Turonensis* Episcopi Historiarum Libri X. e Pala-

e Palatino aliisque Codd. MSCtis passim] emendati *f. 1.*

II.) *Aimoini* Monachi Benedictini, Historiae Francorum Libri IV. antehac a *Ioanne Nicotio* libellorum supplicum in Regia magistro, recensiti & emendati & capitibus distincti *f. 247.*

III.) *Adelmi* s. *Ademari* Benedictini, Annales Francorum Regum, *Pipini*, *Caroli M.* & *Ludouici Pii* Impp. per annos continuos LXXXVII. *f. 381.*

IV.) *Einhardi* siue *Eginhardi* Notarii regii, de vita & gestis Caroli M. Commentarius, nunc primum ad fidem Codd. MSC. integritati suae restitutus *f. 433.*

V.) *Ludouici Pii* Imp. Vita per *Anonymum* quendam & incertum, sed tamen coaeuum fidumque scriptorem *f. 445.*

IV.) *Francorum Regum* sequentium Continuatio, vsque ad natiuitatem *Philippi Augusti*, e diuersis & incertis per *Compilatorem quendam* minime recentem coagmentata & pro parte *Aimoini* Historiae hactenus falso obtrusa *f. 477.*

His accesserunt:

VII.) *Michaelis Ritii* Neapolitani, de Regibus Francorum Libri Tres *f. 531.*

VIII.) *Donati Acciaioli* de vita *Caroli M.* Commentarius, *f. 549.*

Maiori autem apparatu Scriptorum *Rerum Francicarum* editionem aggressus erat dum viueret ANDREAS du CHESNE Regi Franciae a Consiliis & Historiographus, & post Patrem quoque persequutus est ac parauit Filius FRANCISCVS du CHESNE, Regis eiusdem Christianissimi Consiliarius & Historicus. Quo consilio laudatus *Andreas* du *Chesne* edidit repetitis vicibus Seriem & Conspectum Scriptorum Rerum Francicarum, quos collegerat, & tandem *Bibliothecam Chronologicam Scriptorum ab Originibus Regni Francici ad sua vsque tempora*, siue *Seriem Auctorum omnium, qui de Francorum Historia & rebus Francicis*, *cum*

ecclesiasticis tum secularibus scripserunt in XXIV. Tomos congesta, & in duas partes diuisa ab exordio Regni ad nostra vsque tempora, quæ ex tertia Editione auctiore ac copiosiore *Parisiis 1663. 12.* fuit edita & recusa in Germania, cura *Ioannis Alberti Fabricii*, *Isagoges* in *Notitiam Scriptorum Historiæ Gallicæ*, *Hamburgi 1708. 8.* editæ, partem primam facit. Quam editis his speciminibus fecerant spem & ciuibus suis & exteris, ex parte tamen satis impediti, expleuerunt optimi & industrii maxime Viri. Enimuero ANDREAS du CHESNE Geographus, vt titulus fert Regius, *Historiæ Francorum Scriptores coætaneos aliquot* Tomis, in lucem produxit. *Tomus Primus Lutetiæ Parisiorum*, sumptibus *Sebastiani Cramoisy* Typographi *Regii 1636. f.* editus, Scriptores ab ipsius gentis origine ad *Pipinum* vsque Regem, sistit; *Tomus Secundus*, *ibidem*, eodem 1636. anno prodiit Scriptores a *Pipino* Caroli M. Imp. Patre vsque ad *Hugonem Capetum* Regem, habet; *Tomus Tertius Lutetiæ Parisiorum 1641. f.* auctores a *Carolo Martello* Pipini R. Patre vsque ad *Hugonis* & *Roberti* Regum tempora exhibet editus post *Andreæ* funestum obitum opera & studio filii *Francisci* du *Chesne* in suprema Parisiensium Curia Patroni & Geographi Regii; *Tomus Quartus L. P. 1541. f. Tomus Quintus*, *L. P. 1649. f.*

Ipse primus Editor *Andreas* hanc breuem maximi Operis, quod laboriosissimis curis & vigiliis adornauerat & in Tomos *XXIV.* pro temporum & rerum ordine distribuerat, dedit descriptionem *Præfatione* Tomi Primi, his vsus verbis: *Quorum primis X. Auctores coætaneos comprehendi, qui de Regum Franciæ gestis sinceri aliquid scriptis mandarunt. In sequentes IV. illos reieci, qui generalem Francorum historiam ab ipsius Gentis initio ad suum*

suum quisque Seculum texuere. Reliquis vero X. complexus sum eos, qui praeclariorum Regni Ducum aut Comitum facinora, nec non insignium Ecclesiarum & Monasteriorum acta fideliter scripserunt.

Quum rarissima & sumtuosissima haec *Du Chesniana* Collectio, & monimenta seruet maximi in rebus & iuribus Franciae occidentalis cum primis vsus, operae pretium esse visum mihi fuit heic dare seriem horum Scriptorum.

Tomo itaque *Primo*, habes

Notitias & Descriptiones antiquas Galliarum.

1) Notitia Dignitatum Imperii tam ciuilium, quam militarium per *Gallias*, antequam eas *Franci*, Burgundiones & Gothi occuparunt. f. 1.

2) Notitia Prouinciarum & Ciuitatum *Galliae*, Honorii Aug. vt videtur, temporibus condita, cum *Gallias* & Septem Prouincias distingui mos erat f. 4.

3) Capitulatio de Nominibus *Galliae* f. 6.

4) Nomina Regionum & Ciuitatum *Galliae* f. 8.

5) Nomina Prouinciarum vel Ciuitatum Regionis *Galliae* f. 12.

6) Nomina Prouinciarum & Ciuitatum Galliae ex veteri membrana Alexandri *Petauii* f. 14.

7) *Galliae* Situs ex Libro III. Historiae Ecclesiasticae *Hugonis* de *S. Maria* Monachi Benedictini Floriacensis f. 16.

8) Diuisio *Galliae*, ex Chronico *Roberti Monachi S. Mariani* Autissiodorensis, quod desinit in anno 1210. f. 17.

9) Descriptio *Galliarum* ex *Geruasii Tilberiensis* Otiis Imperialibus f. 19.

10) Descriptio alia *Galliarum*, ex Chronico MScto *Bernardi Guidonis* Ordinis Praedicatorum, Episcopi Lodouensis f. 22.

11) Notitia Episcopatuum *Galliae*, ex Codice MScto Historiae Francorum Monasterii S. Dionysii f. 24.

12) Notitia alia Episcopatuum *Galliae* scripta paulo post Anno 1322. ex membrana veteri *Alexandri Petauii* f. 26.

13) *Iosephi Iusti Scaligeri* Notitia *Galliae* f. 28.

U 5 14) Quae-

14) Quædam loca in C. Iulii Cæſaris Commentariis ab eodem diſcuſſa f. 39.

15) Notitia Epiſcopatuum *Galliæ* quæ *Franciæ* eſt, auctore *Papirio* Maſſono f. 45.

De Galliis & de Francorum veterum in eas aduentu & origine.

16) *Papirii Maſſoni* Hiſtoria Calamitatum *Galliæ*, quas ſub aliquot Principibus Chriſtianis inuita pertulit, a Conſtantino Cæſare vsque ad Maiorianum, qui vicit in Atrebatibus Clodionem Regem Francorum Pharamundi ſucceſſorem f. 71.

17) *Iohannis Pariſienſis* de *Gallica* regione & origine Regnorum & Gentium regionis eiusdem, f. 128.

18) *Nicolai Vignerii* Tractatus de ſtatu & origine veterum *Francorum* f. 134.

19) *Hermanni* Comitis *Nuenarii* breuis Narratio de origine & ſedibus priſcorum *Francorum* f. 172.

20) *Philippi Cluuerii* Diſquiſitio de Francis & Francia

Scriptores Coætanei

ab aduentu Francorum in Gallias vsque ad Pippini Regis tempora.

21) *Idatii* Epiſcopi Lemouicenſis Chronicon ex Edit. Sirmondi f. 183.

22) *Proſperi* Aquitani Chronicon, longe aliud ab eo, quod hactenus beati *Hieronymi* Chronico ſubiunctum fuit, editore Pithœo f. 196.

23) *Proſperi* Aquitani Chronicorum ab Orbe Condito *Pars Poſterior* Euſebii & Hieronymi Chronicis adiungi ſolita, multo quam in vulgatis exemplaribus emendatior & auctior f. 201.

24) *Marii* Auenticenſis ſeu Lauſanenſis Epiſcopi Chronicon, a tempore quo *Proſper* Aquitanus deſinit vsque ad Annum vulgaris æræ 581. f. 210.

25) Appendix ad *Marii* Chronicon, Auctore incerto, ſed perantiquo f. 216.

26) Excerpta ex Appendice ad *Marcellini* Comitis Chronicon f. 217.

27) Excerpta ex Chronico *Iohannis Biclarienſis* f. 218.

28) Fragmenta de veterum Francorum moribus & geſtis a

stis a Constantino M. vsqve ad Regem Clodoueum I. eiusque liberos, ex Constantini ipsius Constitutione, Libanio Sophista, Prisco Rhetore, Jornande, Procopio, Agathia, Menandro Protectore, & aliis f. 219.

30) Laus *Francorum* ex antiquo Codice MSC. Bibliothecæ Thuanæ f. 250.

31) *Gregorii Turonensis* Episcopi Historiæ *Francorum* Libri X. f. 251.

32) Venantii Honorii Clementiani *Fortunati*, Episcopi Pictauiensis Carmina historica de Regibus *Francorum*, Reginis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, & aliis illustribus sui Seculi viris f. 460.

33) Epitaphia vetera Reginarum, Pontificum, Patriciorum & aliquot aliorum, ex Petauii Codice f. 513.

34) Fragmenta de Regum *Francorum* rebus pie gestis a *Clodouæo* vsque ad *Dagobertum* M. Clotharii II. F. f. 520.

35) Gesta Domni *Dagoberti* Regis *Francorum*, filii Chlotharii II. scripta a Monacho Cœnobii S. Dionysii anonymo quidem sed contemporaneo f. 572.

36) Epitaphium *Dagoberti* Regis, & Versus alii de eodem f. 590.

37) Vita *Sigeberti* III. Regis *Austrasiæ* Filii Dagoberti I. cuius Auctor etsi coætaneus non fuit, eam tamen ex veteribus Historiis & Sanctorum vitis se collegisse testatur f. 591.

38) Vita Beati Pippini Ducis, qui fuit Maior Domus *Austriæ* sub Chlothario, Dagoberto & Sigeberto Regibus f. 594.

39) Vita S. *Leodegarii* Augustidunensis Episcopi & Maioris Domus *Franciæ*, in qua plurimæ res sub *Childerico* & *Theodorico* Regibus Clodouei II. Filiis fideliter describuntur f. 600.

40) Vita alia S. *Leodegarii* Episcopi Augustidunensis, auctore *Vrsino*, qui eam iubente *Ansoaldo* Pictauorum Pontifice scripsit f. 617.

41) Passio S. *Ragneberti* Martyris Filii *Radeberti* Ducis, quem *Ebroinus* Maior Domus Theodorici Regis interfici iussit f. 625.

42) Fragmenta de rebus pie gestis *Dagoberti* Regis, Filiorum eius ac Nepotum f. 627.

43) Epitaphium *Theoderici I.* Regis Francorum f. 687.

44) Ge-

44) Gesta Regum *Francorum* partim e *Gregorii* Turonensis Historia, cuius & nomen in vetustissimis Codicibus praeferunt, partim aliunde desumta & vsque ad Regem Theodoricum II. perducta, *Auctore incerto*, sed qui eiusdem Theodorici tempore vixit. f. 690.

45) *Gregorii* Episcopi Turonensis Excerpta Chronica siue Historia Francorum Epitomata ex Fredegarii Scholastici Historia Miscella f. 722.

46) *Fredegarii* Scholastici Chronicon, quod ille procurante *Childebrando* Comite Pippini Regis patruo scripsit, & a fine Historiae *Gregorii* Turonensis vsque ad *Pippini* ipsius Consecrationem perduxit, hactenusque nomine *Appendicis* ad eundem Gregorium additae vulgatum est. Subiungitur & Appendix altera a *Pippini* Consecratione ad annum vsque DCCLXVIII. auctoritate Viri illustris *Nibelungi* itidem Comitis Childebrandi filii scripta, f. 740.

47) *Erchamberti* Fragmentum, ex Breuiario Regum Francorum & Maiorum Domus f. 780.

48) Chronicon breuissimum a *Theodorico* I. vsque ad *Hildericum*, cui *Pippinus* successit f. 781.

49) Chronicon aliud item breuissimum a *Chlotario II.* vsque ad obitum *Pippini* f. 781.

50) Fragmentum historicum Auctoris incerti a *Dagoberto* I. vsqve ad Pippinum Regem f. 782.

51) Fragmenta alia, de rebus *Eudonis* Aquitanorum, & *Caroli Martelli* Francorum Principum, ac de ficta eiusdem Caroli Martelli damnatione f. 785.

52) Genealogia Regum *Francorum* a *Faramundo* vsque ad *Pippinum* f. 793.

53) Genealogia posterorum *Clodionis* Regis, qui hactenus ignoti fuerunt f. 793.

54) Genealogia altera Regum *Francorum* a *Merouaeo* vsque ad vnctionem *Pippini* & filiorum eius f. 794.

55) Chronica Regum *Francorum* breuiter digesta, a primo Francorum eorundem ortu vsque ad *Ludouici* Pii Imp. filios, f. 797.

Appendix I. ad Tomum I.

56) Gesta *Francorum*, ab ipsius Gentis origine ad obitum vsque *Clodouei I.* Regis, auctore *Roricone* quodam Monacho, f. 799.

in

57) Chronologia & series *Gothicorum* Regum, qui tam in *Gothia Gallica*, quam in Hispaniis vsque ad *Caroli Martelli* tempora regnarunt f. 818.

58) Historia *Wambæ* Regis Toletani, edita a Domino *Iuliano* Toletanæ Sedis Archi-Episcopo, de expeditione & victoria, qua rebellantem contra se Galliæ prouinciam celebri triumpho perdomuit, f. 821.

59) Iudicium in perfidos ac rebelles promulgatum eodem *Iuliano* auctore, f. 831.

60) Diuisio terminorum Episcopatuum Prouinciæ *Narbonensis* dum Gothis parebat, ex Diuisione Dioecesium & Parochiarum Hispaniæ a Wamba Rege facta, f. 834.

Appendix II. ad Tomum I.

continens Epistolas, quæ ad Historiam primæ Stirpis Regiæ pertinent.

61) *Auiti* Episcopi Viennensis Epistola ad *Chlodoueum* Regem Francorum, de suscepta ab eo Christi fide, atque baptismo f. 835.

62) *Clodouei* Regis Epistola ad Episcopos post bellum scripta, de captivis ipsorum arbitrio relaxandis f. 836.

63) *Theodorici* Regis Italiæ Epistolæ ad Chlodoueum Regem *Francorum*, *Gundobaldum* Regem Burgundionum & alios f. 837.

64) Epistolæ *Remigii* Episcopi Remensis ad *Chlodoueum* Regem & alios. Item aliorum Regum, Reginarum, Episcoporum, Abbatum, Ducum, & variarum illius æui personarum illustrium, f. 847.

65) *Desiderii* Episcopi Cadurceni, Epistolæ ad diuersos, Reges, Principes ac Episcopos. Item Regum, Episcoporum, & Abbatum ad eundem, f. 875.

66) *Gregorii M.* Papæ I. Epistolæ ad Reges Francorum, Reginas, Patricios, Episcopos, & alios illustres in Gallia viros, f. 889.

Tomo *Secundo*:

1) De *Maioribus Domus* Regiæ libellus vetusti Scriptoris, f. 1.

2) Annales *Francici* breues ab Anno Christi 707. vsque ad annum 790. in Monasterio S. *Nazarii* iuxta Rhenum scripti f. 3.

3) Annales alii *Francorum* ab Anno 708. vsque ad An. 800. f. 6.

4) Anna-

4) Annales *Francorum* auctiores, ab Anno Chr. 708. ad Ann. vsque 808. quo Auctor se vixisse testatur, f. 11.

5) Fragmentum Annalium ab Anno 769. vsque ad Annum 806. f. 21.

6) Annales Rerum *Francorum*, quæ a *Pippino* & *Carolo M.* Regibus gestæ sunt ab Anno post Christum natum 712. vsque ad Annum 814. ex vetusto Exemplari MS. *Antonii Loiselii*, f. 24.

7) *Karoli M.* Regis Francorum & Imp. Vita. Ex Annalibus illis plebeiis, qui præcedunt, ab incerto quidem Scriptore, sed coætaneo, vt videtur, composita, f. 50.

8) *Karoli Magni* Vita alia, descripta, vt videtur, magna ex parte a Monacho Cœnobii *Egolismensis* S. Eparchii, ex Vita & Annalibus superioribus, nonnullis tamen interpolatis, quibusdam etiam additis, & a Petro Pithœo primum in lucem emissa, f. 68.

9) Charta *Diuisionis* Imperii Francorum, quam *Karolus Magnus* fecit pro pace inter Filios suos conseruanda, f. 88.

10) De *Eginhardo* Caroli M. Notario, & eius scriptis f. 91. 232.

11) *Vita* & conuersatio gloriosissimi Imperatoris *Karoli* Regis Magni atque inuictissimi Augusti edita ab *Eginhardo* sui temporis impense doctissimo, nec non liberalium experientissimo artium Viro, educato a præfato Principe propagatore & defensore Religionis Christianæ f. 93.

12) De gestis *Caroli M.* Regis Francorum & Imperatoris Libri Duo ad *Carolum Crassum* Imp. eiusdem Caroli pronepotem. Scripti a quodam *S. Gall* Monacho, quem nonnulli *Notkerum Balbulum* fuisse putant, ex relationibus *Werinberti* Sacerdotis & Adelberti militis patris eius. f. 107.

13) Annalium de gestis *Caroli M.* Imperatoris Libri V. opus Auctoris quidem incerti, sed Saxonis, & Historici, ac Poetæ antiquissimi, id est Arnulfo Imperatori æqualis f. 136.

14) Fragmenta veterum Scriptorum de *Pippino* & *Carolo*

rolo Magno Francorum Regibus, & primo de rebus *Pippini* Regis in Aquitania f. 185.

15) Capitula *Caroli M.* Imp. Anno II. f. 186.

16) Versus de *Carolo M.* Rege Francorum, ex Libro Euangeliorum, quem iussu ipsius Caroli scripsit Godescalcus anno 788.

17) Epistola *Caroli M.* Regis ad Fastradam coniugem de victoria Auarica Anni 791. f. 187

18) De *Carolo M.* Versus Domini Magistri in Aula f. 645.

19) Versus alii de Carolo M. & eius liberis, ex Poemate MSCto *Theodulphi* Aurelianensis Episcopi f. 647.

20) Versus de Legibus seu Capitulis institutis a *Pippino*, *Carolo Magno* & aliis Francorum Regibus, f. 653.

21) Versus eiusdem *Theodulphi* Episcopi de *Fulrado* Abbate S. Quintini f. 648.

22) Epitaphia *Fastradæ* Reginæ *Caroli M.* coniugis, ex Broweri Antiquitatibus Treuirensibus, f. 648.

23) Versus de *Geroldo* Comite, fratre *Hildigardis* Reginæ Caroli M. coniugis, qui in certamine contra Hunos cæsus est Anno 799. ex Poemate *Walafridi Strabi* Abbatis Augiensis f. 649.

24) Epitaphium eiusdem *Geroldi* Comitis, auctore eodem *Walafrido* f. 649.

25) De *Carolo Magno* Rege & *Leonis* Papæ ad eundem aduentu, Poëma, quod videtur esse maioris operis fragmentum, & forsitan ipsius Caroli M. vitæ, quam ab *Alcuino* scriptam, nonnulli veterum annotarunt, f. 188.

26) De rebus *Caroli M.* cum Imperatore Constantinopolitano ex Chronographia Theophanis, f. 198.

27) Versus de *Carolo M.* Imperatore ex Constantini Manassis Chronica Synopsi ad Irenem f. 199.

28) Fragmentum de *Caroli M.* Regis *Maioribus*, ac eiusdem liberis, ex Libro Pauli Warnefridi, de Episcopis Metensis Ecclesiæ, f. 201.

29) Epitaphia Filiarum *Pippini* & *Caroli M.* nec non *Hildegardis* Reginæ, f. 202. 203.

30) De rebus *Pippini* & *Caroli M.* in Italia, ex Lib. VI. Historiæ Langobardorum eiusdem *Pauli Diaconi*, cum appendice ab An. 776. ad annum vsque 825. f. 205. 206.

31) Frag-

31) Fragmenta alia de rebus Pippini & Caroli M. in Italia, ex Historia Pontificia *Anastasii* Bibliothecarii f. 208.

32) De rebus *Caroli M.* Regis cum *Hunis* & *Slauis*, seu *Boiariis* Fragmentum, ex Historia conuersionis Boiorum & Carentanorum ad fidem Christianam, quæ circa annum 858. scripta fuit f. 220.

33) De rebus *Caroli M.* Imp. cum *Anglorum* Regibus, ex Vita Aelfredi Anglorum Saxonum R. quam Asser Meneuensis scripsit & Lib. I. de gestis Regum Anglorum Willelmi Malmesburiensis f. 221. 222.

34) Chronici *Noualiciensis* Excerptum, de expeditione *Caroli Magni* aduersus *Langobardos*, & aliis eiusdem in Italia gestis, f. 223.

35) De Statura *Caroli M.* φιλοπόνημα Marquardi Freheri f. 239.

36) Annales Regum Francorum *Pippini*, *Caroli Magni*, *Ludouici Pii*, ab Anno C. 741. ad Annum vsque 829. auctore *Eginhardo* ipsius *Caroli M.* Notario, postea Abbate, f. 233. Emendationes ex MSCto in fine Tomi II. extant.

37) Fragmentum de *Ludouico Pio* Imp. & *Einardo* Abbate, f. 650.

38) Fragmenta alia ex Libris de translatione SS. Martyrum *Marcellini* & *Petri* in Franciam, auctore eodem *Einhardo* Abbate f. 651.

39) *Thegani* Chorepiscopi Treuirensis de gestis Ludouici Pii Imp. cum Præfatione *Walafridi Strabonis* Abbatis Augiensis f. 274.

40) Vita & actus *Ludouici Pii* Imp. Karoli M. F. incerto Auctore, sed qui se professione Astronomum & in Palatio ipsius Imp. versatum declarat f. 286.

41) Epitaphium *Ludouici* Regis & Imp. F. Karoli M. f. 320.

42) Epitaphium *Drogonis* Episcopi Metensis Filii eiusdem Karoli f. 320.

43) Chartæ Priuilegiorum a *Ludouico Pio* concessorum *Hispanis*, qui ad ipsum Sarracenorum metu confugerant, f. 321.

44) Constitutum de *Monasteriis* Regni Francorum, quæ regi

regi militiam, dona, vel ſolas orationes debent, a *Ludouico Pio* Imp. ſancitum Anno 817. f. 323.

45) Fragmentum de expeditione *Ludouici Pii* in Britanniam & de Fundatione Monaſterii Rothonenſis f. 324.

46) Fragmentum aliud de *Miſſis* a *Ludouico Imp.* per Epiſcopatus & Comitatus Regni ſui ordinatis, f. 325.

47) De translatione diuinorum Librorum in *Theudiſcam* linguam iuſſu *Ludouici Pii* facta, f. 326.

48) Verſus *Theodulphi* Epiſcopi Aurelianenſis de *Ludouico Pio* Imp. f. 326.

49) Præceptum *Ludouici Pii* de Diuiſione Regni ſui inter Filios f. 327.

50) De Diuiſione Imperii Francorum inter heredes *Ludouici* Imp. *Agobardi* Archi-Epiſcopi Lugdunenſis flebilis Epiſtola f. 329.

51) Acta impiæ & nefandæ Exauctorationis *Ludouici Pii* f. 331.

52) Deuotio & munificentia, quam *Ludouicus Pius*, erga S. Sebaſtianum martyrem exhibuit, cum in Monaſterio S. Medardi Sueſſionenſis a Lothario Filio ſuo detineretur, Auctore incerto Monacho S. Medardi ſed contemporaneo f. 334.

53) Conqueſtio Domni *Ludouici* Imp. de crudelitate & defectione & fidei ruptione Militum ſuorum, & horrendo ſcelere filiorum ſuorum, in ſui deiectione & depoſitione patrato f. 336.

54) Verſus *Walafridi Strabonis* Abbatis Augienſis; de exilio *Iudith* Imperatoris Ludouici Pii coniugis ad Ruadbernum laicum f. 338.

55) Narratio Clericorum Remenſium, qualiter Ebbo Remorum Archi-Epiſcopus, quod in Ludouicum Pium Imp. conſpirauerat, ab Epiſcopis depoſitus an. 835. & poſt ipſius Ludouici mortem Sedi ſuæ reſtitutus & deinde iterum deiectus eſt f. 340.

56) De Conſtructione Monaſterii *nouæ Corbeiæ* in Saxonia, quæ cum imperio & voluntate *Ludouici* Pii Imp. facta eſt: & de Translatione *S. Viti* ad idem Monaſterium, Libellus antiqui Scriptoris f. 344.

57) Verſus antiqui de Translatione *S. Viti* in Saxoniam per *VVarinum* Abbatem Corbeienſem f. 350.

58) De *Adelhardo* Abbate Corbeienſi & de eius fratribus ac ſororibus Caroli M propinquis Narratio auctore *Paſchaſio Radberto* p. 652.

59) De *Nithardo Caroli M.* nepote ac tota eiusdem *Nithardi* proſapia, breue Syntagma e *Pauli Petauii* bimeſtri rerum prolatarum Otio f 351.

60) *Nithardi* Angilberti Filii Caroli M. ex Bertha F. nepotis de Diſſenſionibus filiorum *Ludouici Pii* ad An. vsque 843. Libri IV. ad Caluum Francorum Regem f. 359.

61) Formulæ Fœderis *Ludouici* Germaniæ & *Karoli* Galliæ Regum, Pii Filiorum, Magni Nepotum, quod apud Argentoratum An. 842. percuſſum eſt, cum Notis *Marquardi Freheri*, cuius acceſſit Reſolutio Quæſtionis: *Qua pot ſſimum Lingua Francorum Reges vſi?* f. 381. 385.

62) Fragmentum de Bello *Britannico* inter *Rainaldum Caroli Calui* Ducem & *Lambertum* Comitem, & de direptione Vrbis *Namnetica* per Normannos, ex veteri Regiſtro Monaſterii S. Sergii Andegauenſis f. 386.

63) Fragmentum de *Normannorum* geſtis circa *Pariſiacam* vrbem & de diuina in eos vltione tempore *Caroli Calui* Regis ex *Aimoini* Libris Miraculorum S. Germani f. 655.

64) Fragmentum *Chronici Fontanellenſis* f. S. *VVandregiſilii* ab Anno Chriſti 841. vsque ad An. 856. f. 387.

65) Excerpta Libri Reuelationum, quas *Audradus Modicus* ſcripſit Anno C. 853. f. 390.

66) Fragmenta de rebus *Lotharii* & *Ludouici II.* Impp. in Italia ex Hiſtoria *Anaſtaſii* Bibliothecarii f. 394.

67) Epitaphia *Lotharii* Imp. & *Irmingardis* Auguſtæ, auctore *Rhabano Mauro* f. 398.

68) Epitaphium *Ludouici II.* Lotharii Imp. F. Ludouici Imp. N. quod in Eccleſia *S. Ambroſii* Mediolani extare dicitur, f. 399.

69) Fragmentum de factionibus *VVilhelmi M.* & Comitis Sancii Sancionis aduerſus Carolum Caluum ex Epiſtola Eulogii Presbyteri Cordubenſis f. 399.

70) Fragmentum aliud de incurſu *Normannorum* in Waſconiam & de Prouinciæ eiusdem Ducibus tempore *Caroli Calui* ex Libello MSCto f. 400.

71) Quali-

71) Qualiter *Normanni* ciuitatem Andegauensem ceperunt, & ab ea per *Carolum Caluum* expulsi sunt, ex Chronico Monasterii S. Sergii Andegauensis f. 400.

72) Fragmentum Historiæ Francicæ a morte *Ludouici Pii* vsque ad Regem Ludouicum II. Caroli Calui filium, ex MSC. Codice Bibliothecæ Thuanæ f. 401.

73) *Caroli Calui* Francorum Regis & Imperatoris Capitula in diuersis Synodis ac Placitis generalibus edita. Non omnia quidem nec integra, sed ea duntaxat, quæ ad eiusdem Regis historiam pertinere visa sunt, aliquibus etiam aliunde adiectis, f. 406.

74) Quomodo *Nomenoius* Tyrannus Brittonum de quatuor Episcopatibus fecit septem tempore *Karoli Calui* Regis Francorum, f. 407.

75) Consilium *Hincmari* Archi-Episcopi Remensis, de pœnitentia *Pippini* iunioris, olim Regis *Aquitaniæ* f. 414.

76) Coronatio *Iudith*, *Caroli* filiæ, cum Regi Anglorum desponsata est f. 423.

77) Libellus proclamationis *Caroli R.* aduersus Wenilonem Archi-Episcopum Senensem f. 436.

78) Epistola Synodalis ad *VVenilonem* Archi-Episcopum f. 437.

79) Epistola Synodi eiusdem ad Episcopos Brittonum qui a Metropolitano suo desciuerant f. 439.

80) Consecratio *Hirmintrudis* Reginæ Caroli Calui coniugis f. 446.

81) Consecratio *Caroli Calui* Regis quando in Regno Lotharii coronatus est f. 449.

82) Diuisio Regni Lotharii facta An. 880. inter Reges *Carolum* & *Ludouicum* fratres, f. 453.

83) Excerptum Epistolæ *Hincmari* Remensis ad Diœcesis Remensis Episcopos & Regni Primores, qua cum *Carolus Caluus* in Italiam Coronæ Imperialis obtinendæ caussa concessit & *Ludouicus* Rex Germaniæ frater eius tentaret, eo absente Regnum Franciæ inuadere, quid in tanto discrimine facto opus esset, rescribit f. 456.

84) Electio *Caroli Calui* Imperatoris ab Italici Regni Episcopis, & ceteris optimatibus confirmata f. 458.

85) Exactio Normannis constituta tempore *Caroli* Regis, vt ab ipsius Regno recederent f. 460.

86) Gesta qualiter Electio *Caroli Calui* Imp. confirmata fuit *Romæ* mense Februario An. 877. f. 467.

87) *Herici* Monachi S. Germani Autissiodorensis ad *Carolum Caluum* Epistola, qua præcipue multiplex eiusdem Caroli erga quæque optimarum artium ac disciplinarum studia, tum beneficiorum, tum auctoritatis fomentum commendat, f. 470.

88) Inscriptiones de *Carolo Caluo* Imp. ex veteri Codice Euangeliorum S. Dionysii, f. 659.

89) Epitaphium Caroli Calui Regis Francorum & Imp. quod in Nantuacensi Monasterio illi positum fuit ex Nomenclatura Abbatiarum Gall. *Roberti*, f. 660.

90) Epitaphium aliud eidem Carolo Caluo positum in Ecclesia *S. Dionysii* Martyris f. 472.

91) Consecratio *Ludouici II.* Francorum Regis Caroli Calui F. quando Compendii coronatus est f. 473.

92) *Hincmari* Remorum Archi-Episcopi Epistola ad *Ludouicum II.* Francorum Regem dictum *Balbum*, qua suum illi de adeunda pacifica Regni administratione consilium suppeditat f. 475.

93) Conuentio inter Reges *Ludouicum* filium *Caroli Calui* Imp. itemque *Ludouicum* F. *Ludouici* Regis Germaniæ, in loco qui vocatur *Furonis*, ipsis & communibus fidelibus ipsorum fauentibus & consentientibus, facta est anno 879. f. 478.

94) Conuentus *Mantalensis*, in quo Regis nomen *Bosoni* ab Arelatensis Regni Episcopis Proceribusque delatum est An. C. 879. f. 480.

95) Fragmentum de rebus *Ludouici III.* & *Carolomanni* Regum f. 483.

96) *Hincmari* Remensis Archi-Episcopi ad *Carolum III.* Crassum Imp. Epistola, qua illi inter alia commendat, vt Ecclesiam Gallicanam pene collapsam restituat, Regni dissidia tollat ac *Ludouici Balbi* liberis e Regni Primoribus idoneos institutores & consiliarios attribuat f. 484.

97) *Eiusdem* ad Episcopos Franciæ Epistola, quam pro recta noui ac iuuenis Regis Carolomanni institutione scripsit, ac ex *Adalhardi* Abbatis Corbeiensis, Libello accurate

accurate exposuit, quis ordo & modus non in *Palatio* solum *Regio*, sed toto etiam Regno pacifice administrando, deberet obseruari, f. 487.

98) De Regno *Caroli Crassi* Imp. in *Francia*, & de diuisione Imperii Francici post eius obitum, Fragmentum ex vita Aelfredi Anglorum Regis f. 497.

99) *Abbonis* Monachi S. Germani Parisiensis Libri Duo, de Bellis Parisiacæ Vrbis & *Odonis* Comitis post Regis aduersus Nortmannos vrbem ipsam obsidentes sub Carolo Crasso Imp. & Rege Francorum, f. 499

100) Chronicon de gestis *Normannorum* in Francia ab An. 833. vsque ad An. 896. f. 524.

101) Conuentus *Valentinus* in quo Regis nomen *Ludouico* Bosonis Regis Filio ab *Arelatensis* Regni Episcopis & Proceribus delatum est Anno C. 890. Ottonis Regis Anno III. f. 530.

102) Annales Francorum *Fuldenses* ab Incarnatione Domini 714. ad An. 900. in cœnobio Fuldensi sub ditione *Ludouici* Fratris Caroli Calui Regis incœpti & vsque ad excessum *Arnulphi* Imp. continuati, ab incertis, sed illius æui Auctoribus f. 531.

103) Epitaphia *Arnulphi* & *Ludouici III.* Impp. quæ extant *Ratispona* in Choro Ecclesiæ *S. Emmerammi*, f. 585.

104) Excommunicatio hominum *Balduini* Comitis *Flandriæ*, propter occisionem Fulconis Remensis Archi-Episcopi ab illis perpetratam f. 585.

105) Fragmentum Gallici Scriptoris de Rege *Carolo* dicto Simplice f. 586.

106) Pactum *Karoli* & *Henrici* Regum, ex Libro Capitularium Caroli Calui, f. 587.

107) Pœnitentia iniuncta his, qui Bello Suessionico inter *Karolum* & Robertum Reges interfuerunt f. 588.

108) Fragmentum historicum, de Destructionibus Ecclesiæ *Corbeiensis* f. 588.

109) *Frodoardi* Presbyteri Ecclesiæ Remensis Chronicon ab Anno 919. ad An. 966. cum Appendice aliquot annorum f. 590.

110) Somnia siue Visiones *Flotildæ* f 624.

111) Continuatio ex alio Chronico, quod *VVillelmi Nangii* Monachi S. Dionysii videtur, f. 626.

112) Epitaphia *Lotharii* Francorum Regis, *Gerberga* Reginæ matris eius & aliquot aliorum f. 628. 629.

113) Fragmentum Historiæ Francorum a *Ludouico II.* Caroli Calui F. vsque ad Hugonem cognomento Capetum f. 630.

114) Aquitanicæ Historiæ Fragmentum f. 632.

115) *Odoranni* Monachi S. Petri viui Senonensis Chronicon, quod ille iam Sexagenarius cum aliis Opusculis suis in vnum Corpus collegit a. 1045. f. 636.

116) Genealogia *B. Arnulphi* Metensis Episcopi quæ ex Regibus Francorum sumpsit originem & Reges, Imperatores & Principes viros multos dedit f. 642.

Appendix ad Tomum II.

continens Epistolas, quæ ad Historiam secundæ Stirpis Regiæ pertinent.

117) *Bonifacii* Archi-Episcopi Moguntini Epistolæ Historicæ f. 651. 854.

118) *incertorum* & *Cathwulphi III.* Epistolæ ad Pipinum & Carolum M. Reges f. 664.

119) *Albini Flacci* Alcwini Abbatis Epistolæ Historicæ f. 668.

120) Eiusd. *Alcuini* Epitaphia *Fulradi* & *Maginarii* Abbatum S. Dionysii & alii versus historici, f. 690. 691.

121) Epistola *Caroli M.* ad *Pipinum* F. in Italia regnantem, f. 694.

122) *Eginhardi* Abbatis Epistolæ, nunc primum editæ f. 695.

123) *Frotharii* Episcopi Tullensis Epistolæ, recens in lucem emissæ f. 712.

124) *Lupi Abbatis* Ferrariensis Epistolæ ex editione *Papyrii Massoni* f. 726.

125) *Gerberti*, siue *Syluestri II.* Epistolæ, f. 789.

126) *Eiusdem* Epistolæ aliæ ex MSCto in lucem editæ f. 828.

Tomo Tertio habes Lector:

a) *Aimoini* Monachi Floriacensis Historiæ Francorum Libros IV. f. 2.

b) Chronicon breue a Mundi exordio vsque ad annum C. 810. f. 125.

c) Excerpta Chronici veteris, (Moissiacense a Codice MSC.

MSC. dicti) ab initio regni Francorum vsque ad An. Christi 819. f. 130.

d) Fragmentum Chronici, quod a *Guillelmo Catel* Senatore Tolosano refertur in Commentariis rerum Gothiæ seu Septimaniæ f. 538. & videtur esse ex iis, quæ desunt in præcedenti Chronico *Moissiacensi* f. 148.

e) Inscriptio vetus de capta *Arelate*, & Sarracenis ab ea expulsis, & de instauratione Monasterii Montis Maioris per *Carolum M.* f. 149.

f) Annales Regum *Francorum*, a tempore quo *Carolo Martello* defuncto *Carolomannus* & *Pipinus* Fratres regnum adepti sunt, vsque ad Annum C. 882. *Bertiniani* dicti a Codice qui Monasterii S. Bertini fuit f. 150.

g) Annales *(Metenses)* rerum Francicarum ab Anno C. 687. vsque ad Annum 904. in Monasterio S. *Arnulfi* Metensis scripti f. 262.

h) Fragmentum Historiæ Francicæ a *Ludouico Pio* Imp. vsque ad Regem *Robertum* Hugonis Capeti F. ex Codice *Guidonis Loiselii*, *F.* f. 334.

i) Fragmentum Chronici fratris *Hugonis* Monachi Floriacensis Coenobii a *Carolo* Rege dicto Simplice, vsque ad *Hugonem Capetum* f. 347.

k) Chronicon *Auctoris incerti* ab Anno C. 688. vsque ad An. 1015. f. 348.

l) Chronicon *Floriacense* f. 354.

m) Chronicon breue ex Codice veteri Bibliothecæ *Tiliana* f. 356.

n) Chronicon aliud breue ab initio Regni *Francorum* vsque ad Annum 1137. f. 357.

o) Fragmentum de regibus *Francorum* & *Anglorum* ex *Geruasii Tilberiensis* Otiis Imperialibus f. 363

p) Fragmentum de Regibus *Francorum* & eorum circa Sanctos & Ecclesias, & cultum Dei gestis a *Carolo Martello* Regis *Pippini* Patre vsque ad *Robertum* Hugonis Capeti filium f. 374.

q) Excerpta Historica ex libris *Miraculorum S. Benedicti* quos Adreualdus, Adelerius & Aimonius Floriacenses Monachi scripserunt a Carolo Martello patre *Pippini* Regis, vsque ad *Hugonem* & *Robertum*

Reges ex Bibliotheca Floriacensi Ioannis a Bosco f. 439.

r) Excerpta alia Historica ex Libro III. S. *Genulfi* Confessoris, cuius Auctor anonymus, sed vetustus & eruditus, ab initio Regni Francorum vsque ad Regem *Hugonem Capetum*, ex eadem Bibliotheca. f. 455.

Chronica Scriptorum aliquot Germanorum, in quibus de Francorum & Alamannorum rebus promiscue agitur.

s) Chronicon breue in Monasterio *S. Galli* scriptum ab Anno C. 748 vsque ad An. 926. f. 466.

t) *Hepidanni* Monachi S. Galli, Annales breues ab An. C. 709. vsque ad an. 1044 f. 471.

u) Excerpta librorum de origine & diuersis Casibus Monasterii *S. Galli* in Heluetia, auctoribus *Ratperto* & *Ekkehardo* iuniore S. Galli Monachis f. 481.

x) Fragmentum Chronici *Laureshamensis* Monasterii, a prima ipsius loci fundatione per *Cancronem* Comitem Rhenensem sub *Pipino* vsque ad An. 920. f. 490.

y) Chronicon *Hildensheimense* ab Anno Incarnationis Domini 714. ad An. vsque 1138. f. 504.

Scriptores Italici, qui de rebus ad Francorum Historiam pertinentibus tractarunt.

z) *Petri Bibliothecarii* Historia Francorum abbreuiata, ab Anno C. 715. vsque ad An. 898. f. 540.

aa) Historia de Fundatione Monasterii *Casauriensis*, quod *Ludouicus II.* Imperator Augustus in Italia condidit, f. 544.

bb) Epistola Apologetica *Ludouici II.* Imp. Lotharii F. Ludouici Pii N. ad Basilium orientalem Imperatorem missa Anno C. 871. f. 555.

cc) *Luithprandi* Ticinensis ecclesiæ Leuitæ Rerum ab Europæ Imperatoribus & Regibus, ipsius præsertim tempore gestarum, Libri Sex, f. 512.

dd) Fragmenta Chronici *Noualiciensis* Monasterii, a tempore potissimum *Hugonis* & *Lotharii* Regum Italiæ, in quibus *Luithprandus* desinit vsque ad Imperatorem *Conradum* cognomento *Salicum* f. 635.

ee) Fragmenta de gestis Regum & Principum Francorum in Italia ex *Leonis Marsicani* Libro I. Chronici Monasterii Cassinensis f. 644.

ff) Ixi-

ff) Excerpta Chronici Monasterii *Acutiani*, siue *Farrensis* in Ducatu Spoletano f. 650.

gg) Excerpta alia Chronici Monasterii *S. Vincentii* prope *Vulturnum* fluv. in Prouincia Capuana f. 672.

Appendix ad Tomum III.

hh) Epistolæ summorum Pontificum *Gregorii III. Stephani III. Zachariæ I. Pauli I. Stephani IV. Adriani I.* & Pseudopapæ *Constantini* ad Principes & Reges Francorum Carolum Martellum, Pippinum & Carolum Magnum, a *Carolo M.* Imp. collectæ, & a *Iacobo Gretsero* publici iuris factæ f. 703.

ii) Epistolæ *Nicolai I. Adriani II.* & *Ioannis VIII.* f. 828.

TOMO QVARTO, illati *Scriptores* qui ad res Franciæ Occidentalis Regumque vitas & acta maxime spectant, iisque Regni Ecclesiarumque vicissitudines ac conversiones multa cura sunt annotatæ, sunt autem sequentes:

1) *Glabri Rudolphi* Cluniacensis Monachi historiarum sui temporis Libri Quinque, ab electione potissimum *Hugonis Capeti* in Regem ad Annum vsque 1046. f. 1.

2) *Helgaldi* siue *Helgaudi* Floriacensis Monachi Epitome Vitæ *Roberti* Regis f. 59.

3) Epitaphium *Hugonis* Magni *Roberti* Regis Filii, quod fecit *Girardus* Aurelianensis f. 79.

4) *Aquitanicæ* Historiæ Fragmentum ex peruetusta Scheda f. 80.

5) Historiæ Francicæ Fragmentum a *Roberto* ad mortem Philippi I. Regis, ex veteri exemplari Floriacensi a f. 640. vsque 633.

6) Chronici veteris Excerptum ab Anno Christi 986. vsque ad annum 1109. f. 96.

7) Fragmenta diuersorum Scriptorum de gestis *Hugonis Capeti*, *Roberti*, *Henrici*, & *Philippi I.* Regum; de pietate *Hugonis* Ducis, postea Regis Francorum, ex Libro IV. Miraculorum S. Richarii, f. 99.

8) Historia Depositionis *Arnulphi* Remensis Archi-Episcopi, ob ipsius a fidelitate Regum *Hugonis* & *Roberti* defectum f. 101.

9) *Hugonis* Regis Epistola ad Ioannem Papam, f. 107.

10) Item Epistola *eiusdem* Regis ad eundem Papam, f. 113.

11) Vita Domni *Burchardi* venerabilis Comitis, qui sub Regibus *Hugone* Capeto & eius filio *Roberto* floruit, auctore *Odone* Monacho *Fossatensi*, qui eam scripsit Anno incarnati verbi 1058. f. 115.

12) Pars Vitæ *S. Abbonis* Floriacensis Abbatis & Martyris, in qua res aliquot *Hugonis* & *Roberti* Regum exponuntur, auctore *Aimoino* Floriacensi Monacho, f. 125.

13) Excerpta historica de gestis sub *Hugone* & *Roberto* Regibus ex Libro Tertio Miraculorum S. Benedicti *Aimoini* Floriacensis f. 135.

14) Fragmentum Chronici fratris *Hugonis* Monachi Floriacensis ab Anno C. 987. vsque ad Annum 1034. f. 142.

15) Fragmenta alia de Roberto Rege *Hugonis Capeti* Filio, ex textu inuentionis Corporis *B. Iudoci*, f. 144.

16) De *Henrico I. Rege* Filio *Roberti*, fragmentum Historiæ MS. f. 148.

17) De detectione Corporum Sanctorum *Dionysii*, *Rustici* & *Eleutherii*, quæ iussu *Henrici I.* Regis facta est, anno 1050. ad confutandam Germanorum de *S. Dionysii* corpore assertionem f. 157.

18) De rege *Philippo I.* Henrici I. filio. Ordo qualiter Philippus I. in Regem consecratus est, f. 161.

19) Epitaphia *Philippi I.* Francorum Regis f. 167.

20) Epistolæ *Historicæ* summorum Pontificum, Episcoporum, Ducum, Comitum & aliorum, quæ ad res Francicas pertinent, a *Roberto* rege vsque ad *Ludouicum IV.* cognomento *Grossum* f. 169.

21) Fulberti Episcopi Carnotensis Epistolæ Historicæ f. 172.

22) Epistolæ *Stephani X. Nicolai II.* & *Alexandri II.* Pontificum Romanorum ad *Geruasium* Remensem Archi-Episcopum f. 198.

23) *Gregorii VII.* Papæ Epistolæ Historicæ f. 207.

24) *Iuonis Episcopi Carnotensis* Epistolæ Historicæ f. 217.

25) *Hildeberti* Episcopi *Cenomanensis* Epistolæ Historicæ f. 248.

26) *Bal-*

26) *Baldrici Andegauensis* Abbatis Burguliensis Carmina historica f. 251.

27) Vita *Ludouici VI.* Regis Philippi F. qui *Grossus* dictus, auctore *Sugerio* Abbate B. Dionysii Areopagitæ f. 281.

28) Veterum Scriptorum Fragmenta de rebus *Ludouici Grossi* Regis f. 322.

29) Versus de Ludouico VI. Rege cognomine *Grosso*, f. 327.

30) *Hugonis* de *Cleriis* militis Andegauensis; *Fulconis* Comitis ad *Ludouicum VI.* Regem, legati, commentarius de *Maioratu* & *Senescalcia* Franciæ Andegauorum olim Comitibus hereditaria f. 328.

31) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii Liber de rebus in administratione sua gestis, in quo multa ad Historiam *Ludouici Grossi* & *Ludouici* iunioris pertinentia, annotantur, f. 331.

32) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii libellus alter de consecratione Ecclesiæ a se ædificatæ, & translatione Corporum *S. Dionysii* & Sociorum eius facta Anno 1140. f. 350.

33) Chronicon *Morigniacensis* Monasterii ab Anno C. 1108. vsque ad An. 1147. quo Rex *Ludouicus VII.* in terram sanctam profectus est, auctoribus *Teulfo* & aliis eiusdem loci Monachis f. 359.

34) Gesta *Ludouici VII.* Regis filii *Ludouici Grossi* f. 390.

35) Historia gloriosi Regis *Ludouici*, filii *Ludouici Grossi* ab Anno C. 1137. ad an. vsque 1145. f. 412.

36) Veterum Scriptorum Fragmenta de rebus *Ludovici VII.* Regis cognomento Iunioris ex Libro IV. vitæ Beati Bernardi Clareuallensis Abbatis, f. 420.

37) Fragmenta alia ex Historia MSCta *Vizeliacensis* Monasterii, quam *Hugo Pictauinus* scribere aggressus est f. 424.

38) Fragmentum ex Libro III. Chronicorum Anonymi Scriptoris f. 443.

39) Epitaphia *Ludouici VII.* Regis, f. 443. 444.

40) Epistolæ Historicæ, quæ ad res *Ludouici Grossi* & filii eius Ludouici Iunioris Regum illustrandas pertinent, ex Codice MSto Epistolarum *Petri*, Prioris S. Iohannis Euangelistæ *Senonensis* f. 445.

41) *S.*

41) *S. Bernhardi* Abbatis Clareuallensis Epistolæ Historicæ f. 448.

42) *Petri* Venerabilis Abbatis *Cluniacensis* Epistolæ Historicæ f. 458.

43) *Petri* Abbatis *Cellensis* Epistolæ, f. 462.

44) *Petri Blesensis* Bathoniensis in Anglia Archi-Diaconi Epistolæ Tres, f. 462.

45) *Iohannis Saresberiensis*, Episcopi Carnotensis Epistolæ Historicæ f. 453.

46) *Traimundi* Monachi *Clareuallensis* Epistolæ Historicæ, quas nomine *Ludouici VII* Regis, *Petri* & *Henrici* Abbatum *Clareuallensium* & aliorum conscripsit, f. 477.

47) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii Epistolæ ad *Eugenium III.* Papam, *Ludouicum VII.* Regem, & alios Franciæ Maiores ipsorumque ad eundem, dum regnum administraret de grauioribus negotiis conscriptæ f. 491.

48) Abbatis *Clareuallensis* ad Papam *Eugenium*, de laude Domini *Sugerii* Abbatis Epistola f. 493.

49) *Sugerii* Abbatis S. Dionysii Constitutiones & Testamentum f. 546.

50) *Epistolarum* Volumen, quas *Pontifices* Romani, Imperatores, Reges, Cardinales, Episcopi, Abbates, Duces, Comites, & alii Orbis Christiani illustres viri ad *Ludouicum VII.* Franciæ Regem, & alios, de rebus præcipue statum Regni Francorum concernentibus, scripserunt f. 557.

51) *Epistolæ* aliæ Historicæ ex Codice veteri Bibliothecæ S. Victoris Parisiensis, f. 762.

52) *Gestorum Dei* per Francos Scriptores Quatuor, f. 770.

53) Ad *Petri Tudebodi* Sacerdotis Siuracensis Historiam de Hierosolymitano itinere f. 773.

54) *Petri Tudebodi* Sacerdotis Siuracensis historia de Hierosolymitano itinere f. 777.

55) *Fulcherii* Carnotensis Historia *Hierosolymitana* ab An. 1095. ad an. vsque 1127. f. 816.

56) Historia gestorum viæ nostri temporis *Hierosolymitana*, cuius Libri tres priores a *Fulcone* quondam, reliqui a Domno *Gilone* Parisiensi editi sunt, f. 890.

Tomo

Tomo demum *Quinto*, quo Scriptores a *Philippo Augusto* Rege vsque ad *Philippi IV.* dicti Pulchri tempora, extant, hi continentur:

a) Gesta *Philippi Augusti* Francorum Regis, *Ludouici* Iunioris F. descripta a *Rigordo*, seu *Rigoto* ipsius Regis Chronographo ab anno primo inunctionis eiusdem, vsque ad vigesimum octauum Regni annum f. 1.

b) *Guillelmi Armorici* Regii Capellani Historia, de vita & gestis *Philippi Augusti* Francorum Regis post *Rigordum*, f. 68.

c) *Willelmi Britonis* Armorici, *Philippidos* Libri XII. siue Gesta *Philippi Augusti* Regis Franciæ, versibus heroicis descripta f. 93.

d) Epitaphium *Philippi Augusti* Francorum Regis f. 257.

e) Gesta alia *Philippi Augusti* Francorum Regis, f. 257.

f) Testamentum *Philippi Augusti* Francorum Regis, f. 261.

g) Epitaphium *Ingeburgidis* seu *Isenburgis* Reginæ Francorum f. 262.

h) Epitaphium *Petri Carloti* Episcopi Nouiomensis *Philippi Augusti* Filii f. 262.

i) Nomina militum Franciæ ferentium *Banerias* tempore *Philippi Augusti* f. 262.

k) Nomina prisionum qui in Bello *Bouinensi* capti An. 1214. traditi sunt Præpositis Parisiensibus, per manum magistri *Guarini* & *Ioannis* Paalee f. 268.

l) Nomina militum & armigerorum, qui pro aliquibus dictorum prisionum se plegios & hostagios erga *Philippum* Regem constituerunt, f. 270.

m) *Guidonis* de *Basainuilla* Domorum militiæ Templi Hierosolymitani præceptoris Epistola de rumoribus partium transmarinarum Regis *Philippi Augusti* tempore f. 272.

n) *Hugonis* Comitis *S. Pauli* Epistola ad *Henricum* Ducem *Brabantiæ* de Constantinopolitanæ Vrbis expugnatione per Latinos facta An. 1202. f. 272.

o) *Eiusdem* Epistola altera ad *Coloniensem* Archi-Episcopum, de capta eadem Ciuitate, & de *Balduini* Comitis Flandriæ in Imperatorem Constantinopolitanum electione f. 275.

p) *Balduini* Imperatoris Epistola ad omnes Christianos de eiusdem Vrbis Constantinopolitanæ expugnatione f. 278.

q) Epi-

q) Epiſtola reſponſiua ſummi Pontificis ad *Balduinum* Imp. f. 283.

r) Auctoris incerti geſta *Ludouici VIII.* Regis Franciæ *Philippi Auguſti* F. f. 284.

s) Fragmentum de vita eiusdem *Ludouici VIII.* f. 288.

t) *Nicaloii* de *Braia* geſta alia *Ludouici VIII.* heroico carmine f. 290.

u) Fragmenta de *Ludouico VIII.* Rege & de Pariſienſibus litteratis ex Karolino Aegidii Pariſienſis ſcripto ad inſtructionem eiusdem *Ludouici* f. 233.

x) Teſtamentum *Ludouici VIII.* Regis Francorum, f. 324.

y) *Guillelmi* de *Nangiaco* Monachi S. Dionyſii Geſta S. *Ludouici IX.* Francorum Regis f. 395.

z) Fragmentum de matrimonio *Ludouici Regis* cum *Margaretha*, *Berengarii* Comitis Prouinciæ Filia f. 406.

aa) *Galteri Cornuti* Hiſtoria ſuſceptionis Coronæ ſpineæ *IEſu Chriſti*, quam *Ludouicus Rex* a *Balduino* Imperii Conſtantinopolitani hærede obtinuit ac Pariſiis reportauit a. 1239. f. 407.

bb) Epiſtolæ *Innocentii IV.* Papæ ſuper profectione *Ludouici IX.* Regis in ſubſidium Terræ ſanctæ & ſuper eius captione per Saracenos. f. 412.

cc) Indulgentiæ variæ conceſſæ a ſummo Pontifice *Vrbano* huius nominis IV. in fauorem *Ludouici IX.* Francorum Regis & *Philippi* eiusdem Ludouici primogeniti f. 418.

dd) Conſtitutiones *S. Ludouici* Francorum Regis de Hæreticis, excommunicatis & decimis Eccleſiarum f. 420.

ee) Statutum eiusdem *Ludouici Sancti* Francorum Regis de Iudæis f. 421.

ff) Litteræ *S. Ludouici* Francorum Regis de Eleemoſyna Quadrageſimæ f. 422.

gg) Litteræ eiusdem *S. Ludouici* Francorum Regis, quibus dat poteſtatem *Stephano* Epiſcopo Pariſienſi Eccleſiaſtica conferendi beneficia tam ratione Regalium, quam alio quocumque iure Regi pertinentia, quamdiu ipſe *Ludouicus* extra Regnum commorabitur f. 423.

hh) Epiſtola *Balduini* Imp. ad *S. Ludouicum* Francorum

rum Regem super donatione a se facta de terra de *Curtiniaco* Principi Achaiæ & super Dotalitio vxoris suæ *Mariæ* Imperatricis f. 423.

ii) Epistola eiusdem *Balduini* Imperatoris ad *Blancham* Reginam Franciæ super matrimonio Soldani de Iconio cum eiusdem Balduini Imp. nepte f. 424.

kk) *Eiusd. Blanchæ* Reginæ ad Comitissam Campaniæ de Bello inter Christianos Epistola f. 426.

ll) Fragmentum de Bello inter Christianos f. 427.

mm) Epistola *S. Ludouici* Regis de captione & liberatione sua f. 428.

nn) Fragmentum ex libro de Statu *Saracenorum*, post *Ludouici* Regis de Syria reditum, quem frater *Guillelmus* Tripolitanus scripsit ac *Theodoldo* Leodiensis Ecclesiæ Archi-Diacono nuncupauit, f. 432.

oo) Contractus nauigii Domini Regis cum Venetis factus An. 1268. postquam idem Rex secundo ad acquisitionem Terræ Sanctæ proficisci statuit, f. 435.

pp) Testamentum *Ludouici IX.* Regis, quod in Terram Sanctam secundo profecturus condidit An 1269. f. 438.

qq) Epistola publicata super obitu *Ludouici IX.* Regis f. 440.

rr) Epitaphia Fratrum & Liberorum Sancti *Ludouici* Regis f. 442.

ss) *Gaufridi* de *Belloloco* Vita & sancta conuersatio piæ memoriæ *Ludouici IX.* Regis Francorum, f. 444.

tt) *Guillelmi Carnotensis* Ordinis Prædicatorum eiusdem Regis Capellani, de vita & actibus inclytæ recordationis Regis Francorum *Ludouici IX.* & de miraculis, quæ ad eius sanctitatis declarationem contigerunt. f. 466.

uu) Miracula facta in Domo Fratrum Prædicatorum *Ebroicensium* præsidio Beati *Ludouici* Confessoris, quæ fuit prima Ecclesia in Regno *Franciæ* dedicata in nomine Sancti Regis f. 477.

xx) *Bonifacii VIII.* Papæ Sermones duo, de Canonizatione Regis Ludouici S. f. 481.

yy) Bulla Canonizationis *B. Ludouici* Regis Francorum f. 486.

zz) Indulgentia pro *S. Ludouico* in translatione corporis

ris eius vnius anni & quadraginta dierum, concessa a *Bonifacio VIII.* P. R. f. 492.

aaa) *Ioannis Raulin* Oratio ad laudem diui *Ludouici* Francorum Regis f. 493.

bbb) *Christophori Longolii* Oratio de laudibus diui *Ludouici* Francorum Regis f. 500.

ccc) *Guilielmi* de *Nangiaco* Monachi S. Dionysii Gesta *Philippi III.* Audacis Regis Franciæ F. Ludouici IX. f. 516.

ddd) Fragmentum de vita eiusdem *Philippi Audacis Fr. R.* f. 549.

eee) Nomina militum & Armigerorum, qui venerunt in exercitum *Philippi III.* Regis apud *Apamiam*, cum aduersus Comitem *Fuxi* profectus est An. 1271. f. 550.

fff) Taxatio Expensarum & emendarum contra Nobiles qui submoniti non venerunt in exercitum Fuxensem f. 553.

Appendix Primus ad Tomum V. continens Rerum Albigensium Scriptores

ggg) *Petri*, Monachi Cœnobii Vallium Cernai, Ordinis Cisterciensis Historia *Albigensium* & Sacri belli in eos suscepti An. 1209. f. 554.

hhh) Magistri *Guillelmi* de *Podio* Laurentii Chronica super Historia negotii Francorum apud *Albigenses*, quod actum est in Prouinciis Narbonensi, Albiensi, Ruthenensi, Cadurcensi, Agennensi Diœcesibus pro tuenda fide Catholica f. 666.

iii) *Innocentii III.* P. R. Epistolæ ad Regem & Principes Galliæ & Rescripta eiusdem Papæ super negotio *Albigensium* f. 706.

kkk) *Eiusd.* Ordinatio Expeditionis pro recuperanda Terra sancta f. 749.

lll) De Subuentione Terræ Sanctæ, f. 756.

mmm) Præclara Francorum facinora variaque ipsorum certamina pluribus in locis, tam contra orthodoxæ fidei, quam ipsius Franciæ gentes non impigre gesta ab Anno Domini 1201. vsque ad An. 1311. quæ vulgo Chronici *Simonis* Comitis *Montisfortis* nomine designatur, f. 764.

nnn) *Innocentii III.* P. R. & aliorum Epistolæ, super negotio Terræ Sanctæ, f. 792.

Appen-

Appendix secunda ad Tomum V. continens Rerum Sicularum Scriptores.

ooo) Ordinationes, Tractatus & Statuta *Ludouici* Noni Francorum Regis, *Raymundi* Comitis Tholosæ & Legati Papæ, pro extirpatione Hæresis *Albigensium*, f. 810.

ppp) Descriptio victoriæ, quam habuit *Ecclesia Romana* An. 1266. 4. Martii sub Clemente Papa IV. per brachium *Caroli* Regis *Siciliæ* Ducis Apuliæ, Principis Capuæ, almæ Vrbis Senatoris, Andegauiæ, Prouinciæ & Forcalquerii Comitis, qui fuit frater *S. Ludouici* f. 826.

qqq) Epistolæ summorum Pontificum *Honorii III. Gregorii IX. Innocentii IV. Alexandri IV. Vrbani IV.* & *Martini IV.* ad Principes & Reges Francorum, & super negotio Regni *Siciliæ*, f. 851.

rrr) Excerpta ex Chronicis Fratris *Ptolemæi* de *Luca* Ordinis Fratrum Prædicatorum, super Genealogia & posteritate *Caroli* Regis Siciliæ fratris *Ludouici IX.* Francorum Regis ad an. 1370. f. 893.

Ad hanc classem *Collectionum* variorum *Scriptorum*, res Francicas illustrantium referri possunt: AIMOINI Monachi, de *gestis Francorum* Libri Quinque, ex editione IACOBI DVBREVL, *Parisiis 1603. f.* cui accesserunt: ABBO *de obsessa a Normannis Lutetia*; LEONIS *Chronica Casinensis*. PHILIPPI quoque LABBE S. I. *Bibliotheca noua MSCtorum*, *Parisiis 1657. f. 2. Voll.* hic referri meretur. *Tomo* equidem *Primo* varios Libellos chronicos ad vniuersalem historiam pertinentes ex MSCtis correctos edidit, *Fastos* nempe *Idatianos* Consulares; TIRONIS PROSPERI Aquitan. *Chronicon*; ISIDORI *Hispalensis Historias Regum Gothorum, Vandalorum*; HVGONIS *Flauiniacensis Chronicon Virdunense*; *Chronica* alia varia, nempe *Audegauense*; *Aquitanicum*; *Dolense*; *Egolismense*; *Leodiense*; *Antissiodurense*, ea quidem non integra, sed omissis vulgaribus, vtiliora sal-

 tum

tim edidit, adiectis *Epistolis* diuersorum; *Vitis Sanctorum* aliisque monimentis Historiæ cum vniversæ tum Gallo-Francicæ collustrandæ inseruituris. *Tomo* autem *Secundo*, ADEMARI & GAVFREDI *Chronica*, BERNARDI GVIDONIS *Gesta Episcoporum Lemouicensium* cum multis iisdemque præclaris edidit monumentis. Insunt & LVCAE DACHERII *Spicilegio veterum Scriptorum*; STEPHANI BALVZII *Miscellaneis*; P.P. EDMVNDI MARTENE & VRSINI DVRAND *Thesauro Anecdotorum*; atque *eorundem Veterum Scriptorum* & Monumentorum historicorum *Collectioni* varia ad hoc argumentum subsidia, quæ suo quæque loco singillatim indicabimus.

§. V.

His ex fontibus, quandoque tamen riuulos saltim secuti, scriptores sua deduxerunt, qui *generales* Rerum *Gallo-Francicarum* composuerunt expositiones, quorum agmen insigne, a Presbytero Oratorii le *Long* copiose commemoratum *L. III. Art. II. p. 303.* ducant: *Les Chroniques de France vulgairement de S. Denys Paris 1493. f.* in antiquioribus fabulosi quidem hi chronici libri, in recentioribus autem, nam ad tempora Caroli VI. sunt perducti, singularia quædam commemorant. ROBERTVS GAGVINVS Bibliothecæ regiæ præfectus, qui *Annales rerum Gallicarum* ab origine vsque ad annum 1497. deduxit, Libris X. editos *Parisiis 1497. f.* quos cum supplemento edidit *Hubertus Velleius, Francofurti 1577. 1580. f.* quibus, ipsi Gallorum doctissimi non multum tribuunt laudis, credulitatemque auctoris accusant, alii vero auctorem in rebus patriis suorum inprimis temporum affectui nimis indulsisse adfirmant. PAVLVS AEMILIVS a Ludouico XII. ad scribendam historiam Francicam ex Italia in Gallias adductus cum

cum continuatore ARNOLDO FERRONO *de rebus Gallicis* ſcripſit *a Pharamundo vsque ad Henricum IV. Pariſiis 1550. f.* & 1566. nitide formis excuſus. Prodiit quoque *Aemilius* cum *Ferrono* & continuatione *Henric Petri* ad a. 1601. addito *Chronico* IOAN. TILII *Baſileæ 1601. f.* atque cultiſſime expreſſi hi tres ſcriptores *Pariſiis 1555. 8.* Æmilius quidem fide, iudicio & ſermonis venuſtate eſt inſignis, qui in adornanda hac hiſtoria per triginta annos adlaboraſſe dicitur, multa etiam adlegat monumenta veriſſima, ita vt Gallorum Liuius vulgo audiat, licet tanti non ſit continuatio. IO. TILII quoque *Chronicon de Regibus Francorum*, a Pharamundo vsque ad Henricum II. *Pariſiis 1548. 8. & 4. 1551. 8.* non minimæ eſt auctoritatis, quod poſtea *gallice* quoque fuit verſum, *editum Paris 1549. 1550. 1553. 1570. 8.* Idem argumentum ſed maiori apparatu & eruditione, tractauit prioris frater, eiusdem nominis IOANNES TILIVS, qui dedit: *Memoires & Recherches touchant pluſieurs choſes memorables pour l' intelligence de l'Etat & des Affaires de France* par IEAN *du* TILLET Greffier au Parlement, *Roüen 1577. f. Troyes 1578.* & ex ſecunda gallica editione, reuiſa, emendata, aucta, ſub indice: *Recueil des Rois de France, Paris 1580. 1586. f.* & *ibid. 1607. 1618. 4.* prodierunt quoque latine verſi, ſub titulo: IOANNIS TILII *Commentariorum & Diſquiſitionum de rebus Gallicis* Libri duo *Francofurti 1579. f.* Nec contemnenda eſt: *Hiſtoire & Recueil des Geſtes & Regnes des Rois de France* par PIERRE AVBERT, *Paris 1622. 4.* Multum quoque æſtimata olim BERNARD GIRARD *du* HAILLAN *Hiſtoire generale des Rois de France*, *Paris 1576. f. ibid. 1615.* 2. Voll. & *1627. f.* a Pharamundo ad Carolum VII. vsque exponens, quem laborem alii vlterius proſecuti. Eam commendatio-

nem non habent FRANÇOIS BELLEFOREST *les grands Annales & Histoire generale de France, Paris 1579. f. 2. Voll.* quod ad Ludouicum XIII. continuauit GABRIEL CHAPPVIS, *Paris 1617. f.* Multa in scribendo libertate vsus, sacrisque quibus addictus erat reformatis, vt vocant, fauens JEAN *de* SERRES *(Ioannes Serranus)* commentariis inscriptis: *Inventaire general de l' Histoire generale de France, a S. Gervais 1606. 8. Paris 1608. 8. 4. Voll. Paris 1640. f. 2. Voll. ibid. 1648. Rouen 1660. f.* 2. Voll. & latine hoc indice: *Ioannis Serrani Inventarium Historiæ Francicæ in latinum sermonem translatum* a MARCO CASSIODORO REINIO, *Ftancofurti 1625. f. Serranus* ipse seriem expositionis ad *Carolum VII.* vsque perduxit, *Mouliardus* vero ad *Henricum IV.* cetera vsque ad an. 1660. alii addiderunt. In recentioribus librorum horum editionibus indicio quorundam omissa quædam liberius scripta esse asseritur, qui ea de caussa *Geneuensem* primam & alias antiquiores consulendas putant. Ceteras Editiones vide ap. Le *Long* L. III. p. 435. n. 482. Magno quidem copiosoque apparatu, sed stilo parum cultu, & non adhibito quod requiritur iudicio scripta: SCIPION DVPLEIX *Histoire generale de France depuis Pharamond jusqu' a present* edita *Paris 1621. seqq. f.* V. Tomis. *Tomus Primus* Reges primæ & secundæ Lineæ habet; *alter* ad mortem vsque Ludouici XI. pertingit; *Tertius* ad Henricum III. perductus; *Quartus* & *Quintus* res *Henrici IV.* & *Ludouici XIII.* seruant & *Quintus* continuationem vsque ad 1643. sistit. Singuli diuersis vicibus recusi. Ipse auctor continuatam Editionem vsque ad annum 1646. edidit *Paris 1648. f. V. Voll. Sexta* vero Editio prodiit *1650. 1654. 1663.* Compendium ampli huius Operis prodiit inscriptum: *Abrege de l'Histoire de*

re de France de SCIPION DUPLEIX *continué jusqu' en 1662. Paris 1662. 12. 4. Voll.* Omnes hosce suos antecessores & diligenti commentandi ratione & scribendi libertate, diligentia & accuratione vicit FRANÇOIS EUDES DE MEZERAY *Histoire de France depuis Faramond jusqu' à la Paix de Vervins, Paris 1643 1646. & 1651. f. 3. Voll.* Cuius *Tomo Primo* res Francorum a Pharamundo vsque ad Regnum Caroli VI. exhibentur; *Secundo*, ab hoc *Carolo* ad huius nominis *IX.* & *Tertio* ab Regno *Henrici III.* ad Pacem *Vervinensem* a. 1598. enarrantur copiose, qui ordo mutatus in Editione *secunda* reuisa, correcta, aucta, *Paris 1685. f. 3. Voll.* qua tres Libri de Origine Francorum, ac de Statu Ecclesiastico ad regnum vsque Clodouæi additi, Historia porro Reginarum inserta, variæque & vtiles obseruationes illatæ, sed tamen & plura cordatius de libertate Francica scripta in hac iussu superiorum omissa. Ex maiori hoc opere decerpta, quæ multis pergrata est: *Abregé Chronologique de l' Histoire de France, Paris 1668. 4. 3.* Voll. *Paris 1668. 12. 8. Voll. Amsterdam 1673. 12. 6. Voll. ibid. 1682. 12. 7. Voll. ibid. 1688. 12. 7. Voll.* & rursus *ibid. 1696. 12. 7. Voll.* Hasce inter Editiones *Parisiensis* in 4. perrara; *Amstelodamensis* a. 1673. ipsius auctoris continuatione edita, quæ Amstelodamenses & antiquiorem Clodouæo Historiam Francicam ex maiori opere desumtam exhibent. Continuatio noua vtilissimi huius Compendii prodiit hoc indice: *Abrege Chronologique de l' Histoire de France sous les Regnes de Louis XIII. & Louis XIV.* Tom. I. & II. *ou Abrege Chronologique de l'Histoire de France pour servir de Suite à celui de François de* MEZERAI *Historiographe de France* Tom. VII. & VIII. par *Mr. de* LIMIERS, *à Amsterdam 1720. 12.* Conferenda de hisce commentariis *la Vie de*

FRANÇOIS EVDES *de* MEZERAY *Amsterdam 1726. 8.* libere exarata. Regis iussu eleganter scripta ac edita GIRALD *de* CORDEMOY *Histoire de France*, cuius *Tomus Primus Paris 1685. f.* prodiit, qui continet Historiam Francorum ab origine vsque ad mortem Caroli M. *Alter Parisiis 1686. f.* historiam Regum secundæ Lineæ refert, varia dubia Historica huius Periodi resoluens. Elegantissime ad regulas artis historicæ potiores, excepto odio religionis in Protestantes, stilo nitidissimo, ingeniose & distincte ordinateque composita est: *Histoire de France depuis l'Etablissement de la Monarchie Françoise dans les Gaules* par *le P.* G. DANIEL *de la Compagnie de Jesus*, *Paris 1713. f. 3. Voll.* quæ a *Clodouæo* incipit, cum *Henrico IV.* finit, nam reliqua exponere prudenti viro periculosum forte visum. Recusa hæc lectu amœnissima historia in *Batauis*, eodem quem iam adduximus, titulo *à Amsterdam 1720. 4. VI. Voll.* accessit huic Editioni Volumen *septimum*, qua *Ludouicorum XIII.* & *XIV.* res, alterius Auctoris stilo consignatæ, exponuntur, quod editum, *à Amsterdam 1725. 4.* Noua *Parisiensis* editio vidit lucem *1728. 4. X. Voll.* figurisque quibusdam ornata est. Nudam historiam culto amœnoque tamen scribendi genere complexam sine amplis digressionibus dedit LOVIS *le* GENDRE, Chanoine de l'Eglise de Paris, inscriptam: *Nouvelle Histoire de France depuis le commencement de la Monarchie jusqu' à la de Louis XIII. Paris 1718. f. 3. Voll.* Apparatus varius ad illustrandam Historiam Francicam conductus digestusque est in *Annales de la Monarchie Françoise, depuis son Etablissement jusqu' à present*, par Mr. *de* LIMIERS, *Docteur en Droit & Membre de l' Academie des Sciences & des Arts de Bologne, à Amsterdam 1724. f.* qui ad initia Regiminis

giminis Ludouici XV. perducti. Breuius his, res Francicas exposuerunt in vsum eorum, qui ampla volumina inspicere non possunt, IOANNES nimirum *de* BVSSIERES S. I. *Historia Francica*, *Lugduni* 1661. 12. 4. Voll. *ibid. 1671. 4.* ingenioso cultoque vsus stilo, quique animi corporisque effigies illustrium personarum scite exhibuit facta. Leuioris momenti sunt iisque sufficere possunt, qui tantum breuitatem amant, DAVID CHAMBRE *Histoire de tous les Roys de France*, *d'Angleterre & d'Ecosse*, *Paris 1579. 8.* *Mr. de* PRADE *sommaire Royale de l'Histoire de France depuis Faramond jusqu' à Henry III. continué par Mr. de* BONAIR, *Paris 1670. 12. 3. Voll.* porro *Abregé methodique de l'Histoire de France par l' Abbé de* BRIANVILLE, *Paris 1667. 12. & 1677.* iusta methodo conscripta. RIENCOVRT *Abregé de l' Histoire de France*, *Paris 1667. 12. 2. Voll.* CHAVLMER *Abregé de l'Histoire de France*, *Paris 1665. 12. 2. Voll.* GVIL. MARCEL *Histoire de l'Origine & des progrés de la Monarchie Françoise*, *Paris 1686. 8.* 4. Voll. qui expositiones suas rite probat. CHALON *Histoire de France, à Paris 1720. 12. mai.* Latino idiomate scriptæ breues enarrationes & prosa & ligata oratione magno numero prostant, quales sunt: IVLIANI TABOETII *historica Franciæ Regum genesis in Epitomen contracta & versibus exposita*, *Lugduni 1660. 4.* IOANNIS RIVII *Rerum Francicarum* Decades Quatuor, *Bruxellis*, *1651. 4.* quibus continetur breuis historia a prima origine ad an. 1500. IOANNES PAPIRIVS MASSONVS *Annales quibus res Francorum explicantur* scripsit, editos *Parisiis 1577. 4.* & *Parisiis 1578. 8.*

§. VI.

Sed cum *Franciæ* Reges secundum Lineas distinguantur, Scriptores selectiores indicabimus,

 qui

qui certæ tantum Lineæ fata vel certorum Regum Vitas singulatim descripserunt. Ad *primum* quidem *Regum Francorum Lineam* faciunt Scriptores illi, quos in corporibus suis Historiæ Francicæ congesserunt recensiti. Pertinent huc ex Scriptoribus *Historiæ Vniuersalis* Cap. *VII. §.III. seq.* indicatis, PROSPERI *Aquitanici Chronicon*; PROSPERI *Tironis Chronicon*; IDACII *Lemicensis Chronicon*, aliique. Sed hi paucis tantum verbis de Regibus Francorum indicant. Fabulis scatent, & inficete scripta, nec tamen hic omittenda *Gesta Francorum ab ipsius gentis origine, ad obitum vsque Clodovæi Regis*, auctore RORICONE quodam Monacho, quæ in *Du Chesniana* Collectione Tomo I. extant. Præcipuus inter domesticos huius temporis Scriptores est, S. FLORENTIVS GREGORIVS TVRONENSIS Episcopus, cuius *Historiæ Francorum* Libri Decem ab orbe condito ad an. 595. vel potius 591. cum ceteris huius Viri Operibus, editi *Parisiis 1512. 1521. f.* & cura *Guil. Morelli Parisiis 1561. 8.* iuxta Codicem S. Nazarii Laurishem. studio *Matthiæ Flacii Illyrici*, *Basileæ 1568.* vbi accessit Liber Vndecimus, siue Appendix ab alio quopiam adiectus, idem Liber adparet in Editione *Parisina* edita ex Bibliotheca *Laurentii Bochelli*, *Parisiis 1610. 8.* Extat quoque *Gregorius* in *Bibliothecis Patrum* & quidem *Lugdunensi* Tomo XI. p. 1707. in Collectione *Freheriana* Tom. II. *Du Chesniana* Tom. I. p. 251. Omnium vero optima & elegantissima est editio, cui adiecta FREDEGARII Scholastici *Epitome* & *Chronicon*, quæ cura *Theodorici Ruinarti*, *Parisiis 1699. f.* cum aliis Gregorii Continuatoribus, antiquisque monumentis, collata ad Codices manuscriptos & veteres editiones, emendata & aucta atque notis & obseruationibus illustrata. Quibus
addi

addi possunt ANTONII DADINI ALTESERRAE *Notæ & Obseruationes in Decem Libros Historiæ Francorum beati Gregorii Turonensis Episcopi & Supplementum Fredegarii*, *Tolosæ 1679. 4.* in primis notanda præter recensitos supra in Collectionibus, *Gesta Domni Dagoberti Regis Francorum* Filii Clotarii II. scripta a Monacho S. Dionysii, anonymo quidem, sed contemporaneo, quæ primus edidit *Du Chesnius* Tom. I. p. 572. & ex Codice MSC. Bibliothecæ Academiæ Ienensis cum obseruationibus Historicis *Burcardus Gotthelfius Struuius*, in *Actis literariis ex MSC. erutis P. I.* Insignem lucem Historiæ Francorum huius æui adfundunt cum *Vitæ* variæ *Sanctorum* huius æui, in *Actis Antwerpiensibus* & ex parte apud *Surium* extantes; sed etiam magnorum Virorum inprimis Episcoporum *Epistolæ*, quales sunt: ALCIMI AVITI Archi-Episcopi Rhemensis *Epistolæ*, ex Editione & cum notis *Iacobi Sirmondi* S. I. *Parisiis 1643. 8.* atque in Collectione Operum doctissimi Viri *Parisiensi* & *Veneta*. S. REMIGII Rhemensis Epistolæ ad *Clodouæum* extant in *Freheri* & *Du Chesnii* Collectionibus. DESIDERII Episcopi Cadurceni ad *Sigebertum* & *Dagobertum* Reges *Epistolæ* in eadem *Du Chesniana* Collectione reperiuntur. VENANTII FORTVNATI Episcopi Pictauiensis *Epistolæ* cum aliis *Venantii* Scriptis, cura *Christophori Broweri*, *Moguntiæ 1603. 1616. 4.* editæ. Ex his aliisque pluribus recentiores Syntagma Historiæ huius æui conduxerunt, in quibus certe eminent magno iudicio, grauitate elegantique concinnitate insertis elegantissimis illustrium hominum characteribus scripta viri rerum Francicarum peritissimi HADRIANI VALESII *Gesta Veterum Francorum, vsque ad Chlotharii Senioris mortem*, *Libris VIII. Parisiis 1646. f. 3. Voll.*

ANDREAS SYLVIVS Marcianensis *Historiæ Merouingicæ Synopsis* cum continuatione variorum, edita a *Raphaele de Beauchamps* cum notis, *Duaci 1633. 2. Voll.* *Anastasin Childerici* I. *Francorum Regis siue*; Thesaurum sepulcralem *Tornaci effossum & commentario illustratum* exhibuit eruditissime IOA. IACOBVS CHIFFLETIVS, *Antwerpiæ 1655. 4.* *Dagobertorum* Regum Chronologiam, multis dubiis inuolutam illustrare conati GOTHOFREDVS HENSCHENIVS dissertatione *de tribus Dagobertis, Antwerpiæ 1655. 4.* qua eosdem bene distinguit, eorundemque gesta exponit. IODOCVS vero COCCIVS collegit quædam *de Dagoberto Rege, Argentoratensis ecclesiæ fundatore Molsheimi 1625. 4.* IEAN SAVARON scripsit *de la sainteté du Roy Louis, dit Clovis, à Lion 1622. 4.* Singularia Genealogiarum Regiarum, simul vero Selecta Historiæ huius æui capita, tractant: Le FEVRE CHANTEREAV *Discours historique concernant le mariage d'Ansbert & de Blitilde pretendue fille du Roy Clotaire I. ou II. à Paris 1647. 4.* cui opposita MARCI ANTONII DOMINICI *Ansberti Familia rediuiua, Paris 1648. 4.* qua hoc coniugium asserit. Eandem primorum Regum Genealogiam deducere voluit, sed initio a fabulosis Originibus Troianis ducto, qui simul varias digressiones sæpe parum apte inseruit in *Histoire de France & origine de la Maison Royale* par ADRIEN IOVRDAN Iesuite, *Paris 1679. 4.* 3. Voll. splendide excusa, ille ab antiquissimis Francorum incipit & ad an. 752. suas narrationes perduxit. Magna commentandi accuratione stiloque cultissimo, dubia vexata Historiæ Francicæ huius Periodi complexus, variisque obseruationibus obscura illustrauit P. G. DANIEL *Histoire de France* Tom. I. *Paris 1696. 4.* & *ibid. 1697. 8.* quem commenta-

mentarium veluti Prodromum Operis ſui præſtantiſſimi de omni hiſtoria Galliarum præmiſit, quamuis huic libro quædam ſint inſerta, quæ in amplioribus illis expoſitionibus non legantur. Pertinent huc *Memoires concernant ce qui s'eſt paſſé de plus memorable en France depuis le commencement de la Monarchie juſqu' à preſent*, Tome Premier, *qui comprend les Memoires de la premiere Race, à la Haye 1701. 12.*

§. VII.

Carolingicæ Stirpis res pace belloque in cœtu ſanctiore & re publica geſtas ex antiquioribus & recentioribus auctoribus plures conſignarunt. *Veteres Scriptores* euoluas in *Pithoei* & *Freberi* Syntagmatibus & in *Tomo II. Du Cheſniano*, quorum ſyllabum dedi heic non repetendum ſupra *p. 318.* Auctores autem vitæ geſtorumque *Caroli M.* qui ſimul Imperator fuit, *Ludouici* quoque *Pii* A. infra Cap. XVI. copioſe commemorabimus. Ad *Caroli* vero *Calui* Regis Franciæ Occidentalis ac ſimul per tempus Imp. Rom. regnum illuſtrandum faciunt: FLORI Diaconi *Lugdunenſis Querela de diuiſione Imperii poſt mortem Ludouici Pii Imp.* quæ in *Io. Mabillonii Analectorum* Tomo I. p. 388. extat. Ceteros ex antiquis Tomo II. *Du Cheſniano* requiras ſupra *p. 318.* recenſitos. Quibus coniungendum ADONIS *Viennenſis* Archi-Epiſcopi *Breuiarium Chronicorum de ſex Mundi ætatibus* ab orbe condito ad an. C. 879. ſingulatim *Pariſiis 1522. 4.* editum & quibusdam *Gregorii Turonenſis* editionibus adiectum. *Hiſtoire de Charles le Chauve*, compoſita par FRANÇOIS *de* BELLEFOREST impreſſa in Hiſtoria ipſius nouem Carolorum Galliæ Regum, edita *Paris 1568. f.* Sequentium Regum, horumque temporum Annales & monimenta habes

Tomo

Tomo III. Du Chesniano, in primis vero *Annales Bertinianos*. Ex recentioribus adnotabimus: *Les Rois de France* par CHARLES *de* FLAVIGNY *Sieur de Iuilly, Paris 1592. 8. & ibid. 1594. Geneve 1593.* deducti a Pharamundo vſque ad Hugonem Capetum. Ad hæc quoque tempora adhibenda exarata cum iudicio elegantique ſcribendi genere ornata *Hiſtoire de France*, par GERAVD *de* CORDEMOY *Lecteur ordinaire de Monſeigneur le Dauphin* Tome Premier, *juſqu' en 814. Paris 1685. f. Tome ſecond, juſqu' an 987. Paris 1689. f.*

§. VIII.

Eſt quoque inſignis numerus Hiſtoricorum, qui *Tertiam* Capetingorum Lineam in plures ſpeciales inde diuiſam, ornandam ſibi ſumſerunt. Antiqua *Chronica* huc pertinentia habet *Tomus III.* & *IV. Du Chesnianus*, quæ vide ſupra *p. 326.* quædam etiam in *Philippi Labbei Bibliotheca MSCtorum* Tom. I. & II. proſtant. Eruditam *Diſſertationem de primo & vltimo anno Regis Hugonis Capeti, atque de anno mortis Roberti eius filii conſcripſit* AEGIDIVS LACARRI e Societate Ieſu, editam *Claromonti 1680. 4.* Genealogiæ huius ſtirpis inueſtigationes per doctiſſimos illuſtresque Viros ſuſceptæ plures pepererunt libellos, alia ſimul huius temporis hiſtoriæ argumenta, complexos. MATTHAEVS enim ZAMPINVS *de origine & Atauis Hugonis* Capeti commentatus, *Pariſiis 1581. 8.* Quumque ADRIANVS IORDANVS *(Iourdan)* Commentariis, iam §. VI. excitatis inſcriptisque *Hiſtoire de France* &c. probare ſuſtinuiſſet Carolingicam Lineam ex Merouingica, Capetingicam autem ex Carolingica origines ducere, oppoſuit multa doctrinæ & induſtriæ laude, adductisque pluribus ex chartis, diplomatibus ſcriptoribusque

busque coæuis testimoniis, elegantem librum Dux d' ESPERNON, cuius index est: *de la veritable origine de la troisieme Race des Rois de France, Paris 1680. 12.* qua Capetingos ab Arnulpho Episcopo Metensi, originibusque Carolingicis deducit. Ad hoc argumentum faciunt, licet non sint concordis sententiæ, NICOLAVS VIGNIER, cuius est libellus: *de la Noblesse, Ancienneté & Merites d'Honneur de la troisieme Maison de France, Paris 1587. 8.* Alium huius commatis libellum: *Extrait de la Genealogie de Hugues surnomme Capet, Paris 1594. 8.* formis expressum, PONTO *de* THIARD, Episcopo Catalaunensi tribuunt. Nec omittendi: R. *de* S. IVLIEN *Discours & Paradoxe de l'Origine de Hugues Capet, extrait du different d'entre Louis XI. & Marguerite de Bourgogne, Paris 1585. 8.* ALPHONSI *del* BENE *Episcopi Albiensis, de gentis & familiæ Hugonis Capeti origine, iustoque progressu ad dignitatem Regiam, Lugduni 1595. 8.* & CLAVDE *de* RVBIS *Histoire de l'ancienne extraction, source & origine de la Maison Royale de France, Lyon 1613. 8.* quorum aliqui oppositi *Guisiorum* stirpis Lotharingicæ Principum ausibus, qui tanquam descendentes Carolingici, Principes Capetingo-Valesio Burbonios a regno huiusque successione deturbare & excludere, eo tempore, variis artibus, contendebant. Ad res *Henrici I.* faciunt HEPIDANNI Monachi S. Galli *Annales breues* ab an. 709. ad an. 1044. qui extant *Tomo III. Du Chesniano p. 471.* & apud *Goldastum* scriptorum *Rerum Alamannicarum* Tomo; & GLABRI RODVLPHI *Cluniacensis* Monachi Historiarum Libri IV. ab an. 1000. ad 1045. qui extat in *Pithœana* Collectione, quæ in f. prodiit, & apud *Du Chesnium* Tom. IV. p. 1. harum *Historiarum Libri Quinque*, siue ad an. 1048. De *Philippo* I. Rege æqua-

æquales historicos *Tomo IV.* Collectionis *Du Chesnii*, & in *Martene Thes. Nov. Anecd.* Tom. III. & de *Expeditione Cruciata* varios auctores in *Bongarsiana* de *Gestis Dei per Francos* Compilatione. Singularia multa inprimis habet & de effectibus Excommunicationis, qua percussus Philippus Rex, disseruit DAVID BLONDELLUS doctissima *Diatribe de formula: regnante Christo, in veterum monumentis usu, iustas pro Regibus Francorum Philippo I. & II. vindicias complexa; Amstelodami 1646. 4.* De Gestis *Ludouici VI.* Crassi præcipuus testis SUGERIUS in *Vita Ludouici Crassi Regis*, quæ in Collectione *Pithœana* in f. p. *95.* & ab infinitis mendis repurgata in *Francisci Du Chesne Historiæ Francorum Scriptoribus Tomo IV. p. 181.* vbi & alii Annales huc facientes, nec non in *Labbei Bibliotheca MSCtorum* Tom. I. cum aliis monimentis huc pertinentibus requirenda. Ad *Ludouicum VII.* pertinent: *Gesta Ludouici VII. Regis Filii Ludouici Crassi* apud eundem *Chesnium* T. c. *p. 390.* & in Collectione *Pithœana* p. 136. De *Ludouici VII. Francorum Regis profectione in Orientem opus septem libellis distinctum*, conditum auctore ODONE *de* DEOGILO Monacho Dionysiano Regi Comiti itineris à sacris & a secretis, quod adiecit PETRUS FRANCISCUS CHIFFLETIUS Commentariis suis inscriptis: *Sancti Bernhardi genus illustre assertum*, editis *Diuione 1660. 4. p. 1.* Fata connubialia huius Regis simul magni momenti negotia scite prudenterque complexa legas in pereleganti libro: *L'Heritiere de Guienne, où l'Histoire d'Eleonore fille de Guilliaume dernier Duc de Guienne femme Louis VII. de Roy de France par Mr.* LARREY *1691. 8.* Subsidium quoque egregium præbent: *Vita Sugerii Abbatis S. Dionysii, summi Franciæ Ministri regnantibus Ludouico VI. & VII. anno 1150. mortui*, ex veteri

Codice

Codice edita, à Francisco du Chesne, Paris 1648. 8. Huius summi administri simulque Regis gesta quoque scripsit MICHEL BAVDIER *Histoire de l'Administration de Suger, sous Louis VI. & Louis VII. Paris 1645. 4.* Eodem idiomate prodiit *Anonymi* auctoris *Histoire de Suger Paris 1721. 12. mai.* adeo accurate perscripta, vt, quemadmodum in Praefatione profitetur, omnia vel ex ipsius *Sugerii*, vel ex coaeuorum scriptis sumserit, veritatis adeo studiosum se exhibuerit, vt ne vitia Sugerii, aut praeterierit, aut excusarit.

§. IX.

Ad *Philippi II. Augusti* memorabile regnum faciunt: Varia Chronica nempe *S. Petri Viui Senonensis*, & GAVFREDI Prioris Vosiensis *Tomo II. Labbeano* Bibliothecae MSCC. qualia & in *Martene Tomo III. Thesauri Noui Anecdotorum* reperiuntur, atque in Tomis *Bongarsianis* de Expeditione Cruciata. In primis autem heic notanda: *Gesta Philippi Augusti descripta a Magistro* RIGORDO *seu* RIGOTO *ipsius Regis Chronographo* ab anno primo huius vnctionis vsque ad XXVIII. Regni annum, quae in *Pithoei Collectione* p. 158. & apud *Franciscum Du Chesnium* Tomo V. extant, quaeque ab an. 1179. ad an. 1207. pertingunt, atque: *Historia de vita & gestis Philippi Augusti post Rigordum* auctore GVILIELMO *Aremorico* ipsius Regis Capellano, quam itidem edidit *Du Chesnius* l. c. *p. 68.* & ab an. 1207. ad an. 1223. mortemque Regis annotationes exhibet. Idem WILLHELMVS BRITO Aremoricus, elegans pro temporum ratione poema historicum fecit, inscriptum: *Philippidos Libri Duodecim* siue Gesta Philippi Augusti versibus heroicis descripta, quod mendose satis suae Collectioni p. 226. inseruit *Pithoeus*:

a men-

a mendis vero innumeris repurgatum iterum exhibuit *Tom. V. p. 93. Du Chesnius.* Illud commentatione multæ lectionis illustrauit CASPAR BARTHIVS, *Cygneæ 1657. 4.*. Gallice gesta Regis comte exposita sunt in *Histoire de Philippe Auguste*, cuius Scriptor FILLEAV *de la* CHAIZE, eaque adiecta est expositioni vitæ *Ludouici* S. eodem auctore edita *Paris 1689. 4.* Elegans quoque est, sed ex libris recentioribus composita *Histoire de Philippe Auguste*, cuius conditor NICOLAS BAVDOT *de* IVILLY, *à Paris 1702. 12.* *Gesta Ludouici VIII.* bina extant apud *Franciscum du Chesne Histor. Franc. Script.* Tom. V. p. 284. *Ludouicus* IX. Sanctus cum Ecclesiæ Ecclesiasticisque sua omnia vitamque ipsam impenderit, plures ex iisdem memoriæ rerumque non semper prudenter gestarum præcones accepit. Ex veteribus aliquot a *Du Chesnio* in Tomum V. collectionis suæ relati, quos iam indicatos legas *p. 333.* Ex præcipuis GVILIELMVS *de* NANGIACO, Monachus S. Dionysii in Francia, qui conscripsit *Gesta S. Ludouici Francorum Regis*, quæ laudati Tomi V. p. 326. atque inter *XI. Scriptores*, a *Pithœo* conductos *p. 400* leguntur; atque *Sancti Ludouici Vita, conuersatio & miracula,* per GAVFRIDVM *de* BELLOLOCO Ordinis Prædicatorum, eius Confessarium & GVILLELMVM *Carnotensem* eiusdem Capellanum, quæ adiecta est Histoire de S. Louis de IOINVILLE editionis *Menardi*, *Paris 1617. 4.* & *Tomo V. Du Chesniano p. 444. & 466.* Plures huiusmodi laudatores indicat recensetque *Raynaldus*, *Annalium Ecclesiasticorum Tom. XIV. n. 59. 60. p. 203.* Rudi quidem stilo & simplici gallico scripta *Histoire & Chronique de saint Louis Roy de France*, par IEAN *Sire de* IOINVILLE *Senechal de Champagne contemporain du dit Roy*, quam primus produxit

sub

ſub titulo: *l'Hiſtoire & Chronique du tres-chretien Roy S. Louis par feu Meſſire Jean Seigneur de Joinville & Senechal de Champagne familier & contemporain du dit Roy, miſe en lumiere* par *Antoine Pierre de Rieux, Poitiers 1547. 4.* Sed ordinem ſæpe mutauit, & ex aliorum narrationibus varia inſeruit. Melior eſt hac prima & aliis quoque ſecutis editionibus ea, quam CLAVDIVS MENARDVS ex Codice MSCto curauit ediditque *Paris 1617. 4.* adiectis variis ad Regis vitam resque pertinentibus monimentis latine ſcriptis, notasque diligentes addidit. Optima vero omnium ea eſt, quam eruditiſſimis Obſeruationibus & ſingularibus Diſſertationibus, in quibus ſtupendum variæ eruditionis apparatum deprehendas, de argumentis medii æui vtilibus & curioſis ornauit, veteraque varia monumenta addidit, CHARLES DV FRESNE DV CANGE, quæ *Pariſiis 1668. f.* prodiit hodieque apud nos rarioribus merito annumeranda eſt libris. Ex MSCto edita ſingularia quædam refert: *La Sainte Vie & les hauts faits de Monſeigneur ſaint Louis Roy de France diviſe en quatre Parties, Paris 1666. 8.* PETRVS MATTHAEVS Hiſtoriographus Franciæ quoque dedit: *Hiſtoire de S. Louis, Paris 1618. 8.* ANTOINE VARILLAS exhibuit: *La Minorite de S. Louis avec l'Hiſtoire de Louis XI. & de Henry II.* ab an. 1226. ad an. 1229. *à la Haye 1682. Amſterdam 1687. 8. & Paris 1689. 4.* quæ decerpta eſt ex ipſius pleniore quæ in MSCto latet: *Hiſtoire de Regne de Saint Louis*, in qua, vti & in aliis huius viri commentariis occurrunt, quæ curatiorem probationem deſiderant ex ingenio, vt viſum fuit multis, prolata. Ad inſtructionem moralem Delphini Franciæ Ludouici XIV. F. comparata, ſtiloque puro ſcripta: *Hiſtoire de la Vie de Saint Louis en quinze Livres*, par FILLEAV de LA CHAIZE, *Paris 1688. 4. 2. Voll.* & *Bruxel-*

 les

les 1688. 12. breuior est eiusdem tamen expositionis: *Vie de saint Louis*, par FRANÇOIS TIMOLEON *de* CHOISY, *Prieur de saint Lo, de l'Academie Françoise, Paris 1689. 4.* Matris *Ludouici S.* res commemorauit: *Histoire de Blanche Infante de Castille mere de S. Louis, Reine de France, Paris 1644. 4.* eiusdem *Blancæ* historiam exhibuit in suo *de Minorennitate S. Ludouici* Commentario *Mr.* de *Varillas.* Merito quoque heic commemorandæ variæ summorum Virorum *Epistolarum* Collectiones, quæ Regum iam memoratorum ex gente *Capetingica* historiam mirifice illustrant, quales sunt GERBERTI *Remensis Epistolæ, Parisiis 1611. 4.* editæ & variorum Tom.IV. Duchesniano reperiuntur. ABBONIS *Floriacensis Epistolæ*, Codici Canonum Ecclesiæ latinæ a *Pithoeo* splendide *Parisiis 1687. f.* edito, adiectæ. FVLBERTI *Carnotensis* Episcopi *Epistolæ* & *Opera* varia cum notis & indice *Caroli de Villiers* Doctor. Theol. Parisiensis promulgatæ *Parisiis 1608. 8.* *Iuonis Carnotensis* Episcopi *Epistolæ* quæ cum eruditissimis *Francisci Jureti* notis editæ *Parisiis 1584. 4. ibid. 8. 1610.* in qua notæ auctiores, atque inter *Iuonis Opera*, quæ cura *F. I. Frontonis* prodiere *Parisiis 1647. f.* qua *Jureti* Obseruationibus *Soucheti* quædam notæ hasce in *Epistolas* accesserunt. GOTTFRIDI Abbatis *Vindocinensis Epistolas* curate produxit cum notis suis exquisitis, doctissimus inter Socios Iesu Vir *Iacobus Sirmondus, Parisiis 1610. 8.* quæ & inter *Opera* eius, *Parisiis* & *Venetiis V. Voll.* iunctim edita, comparent. S. *Bernbardi* Epistolæ in Editione Operum huius celebratissimi Abbatis, *bis* a *Joanne Mabillonio* procurata, comparent. *Hildeberti Cenomanensis Epistolæ* pars sunt *Operum* eius *Parisiis 1706. f.* formis impressorum. *Sugerii* Abbatis S. Dionysii *Epistolas* T.IV. *p. 546. Duchesniano* legas *Petri* autem

autem Mauritii Abbatis *Cluniacensis*, *Epistolæ*, in *Bibliotheca Cluniacensi*, *Parisiis 1614. f.* edita comparent. PETRI *Cellensis Epistolæ Parisiis 1613. 4.* IOANNIS SARISBERIENSIS Episcopi *Carnotensis*, *Epistolæ*, *ibid. 1611. 4.* & STEPHANI *Tornacensis Epistolæ*, editore *Claudio du Molinet* itidem *Parisiis 1678. 8.* omnes in lucem productæ, prudentibus lectoribus singulares præbent obseruationes, quibus historia æui huius, quo Epistolas suas scripserunt, siue ciuilem, siue ecclesiasticum statum respicias, illustrari possunt praeclare. *Gesta Philippi III.* quem Audacem cognominant, *descripta per Fratrem* WILHELMVM *de* NANGIACO *Monachum S. Dionysii in Francia*, extant inter *XI.* Scriptores *Pithoeanos p. 471.* & emendatiora in *Francisci* du *Chesne* Script. Hist. Franc. *Tomo V. p. 516.* adhærent *p. 549. Fragmenta de vita Philippi III. Philippi IV. Pulchri* dicti, regimen, grauissimæ illæ concertationes cum Curia Romana reddunt memorabile. Ad res regiminis ex æqualibus scriptoribus extant aliquot in *Tom. III. noui Thesauri* Anecdotorum, *p. 1385.* quem *Martene* atque *Durand* procurarunt, vt & in *Bongarsiana* Collectione *Gestorum Dei per Francos*, *Tomo II.* Inter alia notari merentur: *Acta inter Bonifacium VIII. Benedictum XI. Clementem V. summos Pontifices, & Philippum Pulchrum Regem Francorum*, *Parisiis 1613. 4.* & auctiora atque emendatiora, cum eorundem Historia ex variis Scriptoribus *Coloniæ f. Parisiis 1614. 4.* quorum compilator SIMON fuit VIGOR, Theologus Parisiensis, eadem historia latine & gallice iterum edita, sub indice: *Histoire du different de Philippe le Bel & de Boniface VIII. produite par les Actes & Memoires originaux*, *Paris 1655. f.* quæ Collectio præstantissima & ad declaranda summorum imperantium iura circa Sacra, resque

& perſonas eccleſiaſticas utiliſſima iudicioſæ debetur induſtriæ PETRI PVTEANI *(du Puy)* ac publicata demum per fratrem collectoris IACOBVM PVTEANVM. Breuiter aſt eleganter de hac concertatione exponit: *Hiſtoire des Demelez du Pape Boniface VIII. avec Philippe le Bel, Roi de France par* ADRIEN BAILLET, *à Paris 1718. 12.* adiectæ ſunt quædam Probationes, quæ in maiori opere *Puteaneo* deſiderantur. *Elogia Philippi Pulchri Francorum Regis, eiusque Filiorum Ludouici Hutini & Philippi Longi excerpta ex Chronico* LANDVLPHI *de* COLVMNA Canonici *Carnotenſis* inſeruit *Philippus Labbe Bibliothecæ MSCtor. p. 659.* quæ deſumta ſunt ex Opuſculo inſcripto: *Breuiarium hiſtoriale ab orbe condito ad ſua tempora*, edito *Pariſiis 1479. 8.* cuius auctor circa an. 1320. vixit.

§. XII.

Ad ſequentium Regum *Valeſiorum* regimen adhibendi veniunt *Hiſtoire de Philippe de Valois & du Roy Jean* par *Mr. l'Abbé de* CHOISY *Paris, 1688. 4. Amſterdam 1688. 12.* *Hiſtoriam Philippi Valeſii & Ioannis* eiusdem ſucceſſoris deſcripſit l'Abbé de CHOISY, *Pariſiis 1688. 4.* gallice, quam iuſte expoſuit, ipſis ſæpe retentis veterum ſcriptorum verbis, multa quoque ex MSCtis codicibus referens. Animus erat auctori omnem hiſtoriam Galliæ Regum ex *Valeſiorum* familia edere, ſed non omnes abſoluit, de reliquis autem infra dicemus pluribus. Facit ad eadem tempora JEAN FROISSART *de Valencienne, Threſorier & Chanoine de Chimay Hiſtoire & Chronique*, qua bella Francos inter & Anglos ſociosque ab anno 1326. ad annum 1400. deſcribuntur, quæ narratio deinde a ſcripto Anonymo ad an. 1498. continuata. Prodiit celebre hoc opus *Pariſiis 1503. 1505. f.* tribus Volum.

lum. *Alia Editio*, quæ ad annum *1513.* producta, *ibid. 1513. f. 3. Voll.* , Et reuisa atque ad Codices emendata, cura DENIS SAUVAGE, *Lyon 1559-1561. IV. Voll.* & *Paris 1574.* quæ *Salvagii* editiones optimæ habentur, alii autem antiquiores tanquam sinceras magis & in quibus plura extent, æstimant. In epitomen relati, omissis tamen multis quæ maxime commemoranda haut erant, atque latine redditi hi libri chronici per *Ioannem Sleidanum, Parisiis 1537. 1562. 8. Francofurti 1578.* & *Heidelbergæ 1587. f.* & *Francofurti 1584. Amstelodami 1640. & 1656. 12.* Id in Froissardo Galli obseruant, eum fauoris plurimum in Anglos ostendisse, quum bene fuerit a principibus Angliæ viris habitus. Hunc autem *Froissardum* continuauit CHRONIQVE *d'* ENGVERRANT *de* MONSTRELET Gouverneur de Cambray, qua res Franciæ ab anno 1400. annotantur vsque ad annum 1467. Describuntur in hac historia potissimum bella, quæ Gallos inter atque Anglos de successione fuerunt gesta, grauissimæque illæ & sanguinariæ inter Aurelianensem & Burgundiæ Duces concertationes. Edita cum Chronicis *Ludouici XI.* & *Caroli VIII.* additis vsque ad an. 1498. supplementis, *Paris 1512. f. 3. Voll.* atque reuisa, correcta, aucta ad exemplum regium *Paris 1572. 1595. 1603. f. 2. Voll.* hunc scriptorem Burgundicæ Domui addictum variæ docent enarrationes, inseruit autem vtiliter varia Acta, Historiæ inseruientia. Ad varias Aulæ Franciæ huius æui cæremonias illustrandas facit: *La Cour de Roy Charles V. surnommé le Sage & celle de la Reine Jeanne de Bourbon son Epouse, Paris 1683. 12.* cuius Auctor CLAVDE FRANÇOIS MENETRIER, Iesuite, qua duas tabulas cæremonias Homagii cuiusdam, & conuentus illustrium feminarum explicat. Ad hocce argumentum rituum pertinet aliud scri-

ptum insigne, cui titulus: *Entrevüe de Charles* IV. Empereur, *de son fils Wenceslas Roy des Romaines & de Charles V. Roy de France, faite à Paris l'an 1378. publiée par* THEODORE GODEFROY, *Paris 1613. 4.* quæ narratio ex Codice MSCto decerpta. Add. *Histoire de Charles VI. Roy de France par Mr. l'Abbé de* CHOISY, *à Paris 1695. 4.* Res bellicas sub hoc Rege ex parte illustrat: *Histoire de Bertrand du Guesclin Connestable de France sous les Rois Jean & Charles V. mise en lumiere* par CL. MENARD, *Paris 1618. 4.* & *Histoire de Bertrand du Guesclin, Connetable de France, & des Royaumes de Leon, de Castille, de Cordue & de Seville &c.* par *Messire* PAVL HAY *Seigneur du Chatelet, Paris 1666. f.* quæ plena est curiosarum narrationum. *Historiam Caroli VI.* scripsit JEAN JUVENAL des VRSINS Archi-Episcopus Rhemensis *in histoire de Charles VI. mise en lumiere par* THEODORE GODEFROY, *avec annotations, à Paris 1614. 4.* & locupletior, cui DENYS GODEFROY notas plures & probationes addidit *1653. f.* ex Typogr. regia. Insignis quoque est *Histoire de Charles VI. ecrite par les Ordres & sur les memoires & les avis de Guy de Monceaux, & de Philippe de Vilette Abbez de S. Denys par un Auteur contemporain, Religieux de leur Abbaye, traduite sur le Manuscrit Latin par* JEAN *le* LABOVREVR, *Paris 1663. f.* 2. Tomis, adiecta est circa finem: *Histoire de Charles VI. par* JEAN *le* FEVRE *dit de S. Remy.* Huc facit omnino: *Recueil des diverses Pieces servant à l'Histoire du Roy Charles VI.* par *le Sr.* BESSE, quæ varia subsidia ad supplendas ceteras commemorationes præbet. Huc facit etiam *Harangue faite au nom de l'université de Paris devant le Roy Charles VI. contenant les remontrances touchant le gouvernement du Roy & du Royaume, à Paris 1561. 8.* ALAIN CHAR-

CHARTIER *Oeuvres, qui contiennent L'Histoire de Charles VI. & VII. corrigees par* ANDRE *du* CHESNE *à Paris 1617. 4.* qui editor tamen Historiam hanc primo Caduceatori Carolorum VI. & VII. *Berry* adscripsit, sed *Thaumas de Thaumassiere Histoire de Berry L. I. c. 97. p. 79.* docuit, verum scriptorem fuisse *Gilles de Bouvier.* Vtilissima & insignis est Scriptorum Collectio, cui index: *Histoire du Roy Charles VII. par* JEAN CHARTIER *Sous-Chantre de S. Denys;* JACQVES *le* BOUVIER *dit Berry, Roy d'Armes;* MATTHIEV *de* COUCY *& autres Auteurs du Temps mise en lumiere par* DENIS GODEFROY, *a Paris 1661. f.* Vtriusque Regis *Caroli VI. & VII.* res quasdam illustrant: *Memoires pour servir à l'histoire de France* & *de Bourgogne, à Paris 1729. 4.* quarum Anonymus Editor cum primis *Diarium Parisiense* inseruit, gesta ab an. 1408. ad 1449. commemorans; Editor vero de *Iohannis* Intrepidi *Burgundiae* Ducis caede, & Aula *Philippi Intrepidi* itidem *Burgundiae* Ducis curiosa Acta adiecit. Bellica addisci possunt ex *Histoire de Messire Jean de Boucicaut Marechal de France sous les Rois Charles V. & VI. mise en lumiere par* THEODORE GODEFROY, *Paris 1620. 4.* in qua expositio rerum ad annum *1408.* perducta. Alia vero *Histoire du Marechal de Boucicaut Haye 1699. 12.* ad *an. 1415.* est continuata. Nec hos inter scriptores particulares omittenda: *Histoire de la Vie de Louis III. Duc de Bourbon sous les Rois Jean, Charles V. & Charles VI. mise en lumiere par* JEAN MASSON, *Paris 1612. 8.* Addatur scripta pulcre *Histoire de Charles VII. Paris 1697. 12.* quam adscribunt *Abbati Genest*, verus autem eius scriptor *Mr.* NICOLAS BAVDOT *de* IVILLY. Sub eodem Rege contigit notabilis illa rerum conuersio, quae per *puellam Aurelianensem* coepit, quae Anglorum in Gal-

lia fortunæ prima restitit. Ipsam quidem *Aurelianensis* obsidionis historiam primum descriptam videmus in opusculo, ex libro quodam MSCto veteri Archiui Curiæ Ciuitatis Aurelianensis desumto, cui titulus: *Histoire & Discôurs du siege mis par les Anglois devant d' Orleans 1428. & de sa delivrance par Jeanne d' Arc, dite la Pucelle* &c. *mise en lumiere par la diligence de* LEON TRIPPAVLT *Orleans & Paris 1576. 8.* & continuata vsque ad mortem Puellæ *Orleans 1606. 1620.* & *Troyes 1621. 8.* & IOA. LVDOVICI MIQVELLI *Aureliæ Vrbis mirabilis Obsidio an. 1428. & Ioannæ Virginis Lotharingæ res gestæ, Aureliæ 1560. 8.* & *Parisiis 1631. 12.* in qua editione accessit, Supplementum, seu innocentia & fortitudo Puellæ comprobata, contra hostiles calumnias *Petri Cauchonii* Episcopi; & Ducis Bedfordiensis; cum adiuncta sententia delegatorum a Calixto II. P. R. de Ioannæ puellæ innocentia Rothomagi an. 1456. data. MELCHIOR GOLDASTVS *de Sibylla Francica; seu, de admirabili Puella Lotharingica, ductrice exercitus Francorum sub Carolo VII. Dissertationes aliquot* coæuorum Scriptorum historicæ & philologicæ edidit *Vrsellis 1606. 4.* Sunt istæ: LAVDAYANI cuiusdam anonymi Clerici *de Sibylla Franciæ Rotuli II.* quos *Goldasto* communicauit R. P. *Ioannes Myntzenbergius*, Prior monasterii Carmelitarum apud Francofurdianos. M. HEINRICI de GORCKHEIM *propositionum de puella militari in Francia libri II.* IOHANNIS de GERSON *apologia pro eadem*, quam tamen spuriam censet *Goldastus*. PETRI CAMERACENSIS Canonici S. Autperti in patria, *dialogi II. de querelis Franciæ & Angliæ, & iure successionis vtrorumque Regum in regno Franciæ.* In operibus *Gersoni*, Editionis *Parisinæ 1606. p. 870.* & Editionis *Antwerpiensis 1706. p. 854.* extat; *opus colla-*

collatiuum de quadam Puella, quæ olim in Francia equitauit, cuius editio Mag. *Ioanni de Gerson* adscribitur, sed magis apparet stilus M. *Henrici de Gorickbem.* Separatim prodiit IOANNIS HORDALII *Historia heroinæ nobilissimæ Ioannæ d' Arc, Lotharingicæ, vulgo puellæ Aurelianensis, Mussiponti 1612. 4.* qui eandem historiam prolixius exposuit, atque *Histoire memorable de Jeanne d' Arc, appellee la Pucelle, extraite du Proces de sa condemnation & des depositions des Temoins ouis pour sa iustification en 1455. publiee par* JEAN MASSON, *Paris 1612. 8. Histoire de la Pucelle d' Orleans* par JEAN *le* MAIRE, extat in Viri huius *Histoire de la ville d' Orleans*, edita *Orleans 1646. p. 283.* Pacem cum Burgundiæ Duce initam tanquam principem caussam memorabilis huius conuersionis quæ Puellæ adscribitur illustrat: ANTOINE *de la* TAVERNE *Journal de la Paix d' Arras entre Charles VII. & Philippe le Bon Duc de Bourgogne, avec les Annotations du Sieur* JEAN COLLART, *Paris 1651. 8.* Ad speciales Historiæ huius regis euentus illustrandos faciunt sequentes libri: *Histoire d' Artus III. Duc de Bretagne & Connetable de France, contenant ses memorables faits, depuis 1413. jusqu' en 1457. mise en lumiere* par THEODORE GODEFROY, *Paris 1622. & ibid. 1662. 4.* & *Le Sieur du* PLESSIS *Vies de Messire Jacques & Antoine de Chabanes tous deux grands Maitres de France, Paris 1617. 8.* atque *Abregé de la vie & des actions memorables de Guillaume Cousinot Chambellan du Roy Charles VII. & du Roy Louis XI. employé dans les affaires les plus difficiles*, par JACQVES CVSINOT *Paris 4.* Vtilia mixta ludicris & incertis in *Memoires secrets de la Cour de Charles VII. Roy de France par Madame* D* (DVRAND) *Paris 1700. 12. 2. Voll.* & MARTIAL *de* PARIS *Vigiles de la Mort du feu*

Roy Charles VII. contenant la Chronique & les faits advenus durant la vie du dit feu Roy, Paris. f. Ad historiam *Ludouici XI.* & sequentium Regum faciunt FRANCISCI BELCARII Metensis Episcopi *rerum Gallicarum commentarii ab anno 1461. ad 1580.* siue vere ad annum 1567. morte præuentus tantum perduxit *Lugduni 1625. f.* magna libertate sunt scripti hi commentarii, singulares rerum momentosarum exhibent commemorationes, characteresque personarum huius æui illustrium. Eadem libertate variæ *Ludouici XI.* annotatæ actiones in singulari opere, quod vulgo: *La Chronique scandaleuse* appellatur & edita primum hoc indice: *La Chronique de Loys de Valois, feu Roy de France XI. de ce nom, avec plusieurs autres advenües tant dans ce Royaume comme es voisins, depuis l'an 1461. jusqu' en 1483.* sine loci mentione, typisque quos vocant *Gothicis f.* postea variis *Chronicis* Historiæ Francicæ generalibus addita. Tribuitur ea a *Naudæo* & *Dionysio Gothofredo* IOANNI *de Troyes, Greffier de l'Hotel de Ville*, ab aliis autem vocatur DENIS HESSELIN *Prevot des Marchands de Paris.* Aliæ Editiones prodierunt: *Paris f.* sine anni notatione, *ib. 1558. 8.* & *1611. 8. 1620. 4.* & in: *Supplement* aux *Memoires de Philippe Comines, Bruxelles 1713. 8.* Regis huius negotia belli & pacis, quibus ipse fuit adhibitus, libere, cordate & addito sæpe graui iudicio, annotauit arcanorum ipsius particeps PHILIPPE de COMINES Seigneur d' Argenton, cuius *Chronique & Histoire*, ou *Memoires contenant les choses advenües durant le Regne de Louis XI. tant en France, Bourgogne, Flandres, Artois, Angleterre, qu' Espagne & autres lieux* primum editæ, cura *Jean de Selve, Paris 1523. f.* sed tantum sex Libros continet resque *Ludouici* XI. ab anno 1464. vsque 1483. Recusæ hæ Memoriæ *Paris 1525. f. Lyon 1526. f.* Postmo-

Poſtmodum editæ ab anno 1464. vſque ad 1498. Octo Libris res memorantes, *Paris 1528.* & *1529. f.* quas emendauit ad exemplum ſcriptoris originale *Denis Sauvage Paris 1552. 1561. 1580. f. Lyon 1559. f. Paris 1572. 1576. in 16. Antwerpen 1597. Roüen 1605. Paris 1613. 12. Paris 1615. f. Roüen 1634. Leide 1648. Paris 1661. 12.* Reuiſæ, correctæ ad veteres Codices auctæque additis Tractatibus, Contractibus, Teſtamentis, Actisque ceteris huius æui publicis variisque obſeruationibus *par* DENIS GODEFROY *Hiſtoriographe de France, Paris 1649. f.* ex typographia regia, & *la Haye* 1682. 8. 2. Voll. demum vero hæc optima Editio recuſa a *Bruxelles* 1706-1713. 8. *4. Voll. cura Ioa. Godofredi, Dionyſii* F. quæ repetita *Roüen 1714. 8. 4. Voll.* cui editioni acceſſit: *Supplement aux Memoires de* PHILIPPE *de* COMINES, *Bruxelles 1713. 8.* quo continentur: GABR. NAUDE *Addition à l' Hiſtoire de Louis XI.* cum *Godofredi* acceſſionibus; *Le Cabinet du Roy Louis XI.* par *Mr.* T. L' HERMITE *de* SOLIERS; *Eloge du Roy Charles VIII. par* BRANTOME; Decerptæ ex variis Chronicis narrationes, ad hæc tempora facientes, cum IOA. GODOFREDI notis, cuius & *Remarques ſur l'Hiſtoire du Roy Louis XI. par* VARILLAS acceſſerunt. Has elegantisſimas memorias IOANNES SLEIDANVS latine vertit atque edidit *Argentorati 1545. 1548. 4. Pariſiis 1545. 8.* ibid. *1560. 1568. in 16. Francofurti 1518. f. ibid. 1584. 12. Baſilea 1599. 8. & Amſtelodami 1648. 1656. 12.* facta eſt hæc verſio eleganti ſtilo ſed non ad verbum, quod præſtitit in alia quæ quod ad verum auctoris ſenſum Sleidani præfertur, interpretatione CASPARVS BARTHIVS *Francofurti 1619. 8.* Alias verſiones italicam, hiſpanicam, belgicam, germanicam, anglicam vide ap. *le Long p. 383.* Laudatur a multis *Hiſtoire de Louis XI. & des choſes memorables*

morables advenües en Europe durant vingt deux annees de son Regne, enrichie de plusieurs Observations & Commentaires par PIERRE MATTHIEV *Historiographe de France, Paris 1610. f.* & *ibid. 1628. 4. italice* versa per *Girolamo Canini, in Venetia 1628. 4.* & *anglice* per *Edouard Grimpson.* Ad eam additionem fecit iam indicatam GABRIEL NAVDAEVS, *Parisiis 1630. 8.* quæ rarissima olim, in qua ea saltim tractat, quæ aliis non fuerunt obseruata, maxime vero multis inquirit in statum rei litterariæ, originem typographiæ, aliaque quæ singularia. *Histoire de Louis XI.* par ANTOINE VARILLAS iuncta *Histoire de la Minorité de saint Louis, Haye 1685. 12.* & *Amsterdam 1687. 12.* ad quam obseruationes criticas composuit JEAN GODEFROY, iam indicatas. Res Caroli VIII. in pace & bello gestas annotarunt varii Scriptores, quorum collectio quædam edita hoc indice: *Histoire de Charles VIII. par* GVILLAVME *de* JALIGNY; ANDRE *de la* VIGNE *& autres Historiens de ce tems la, où sont decouvertes les Choses les plus memorables arrivées pendant ce Regne, depuis l' an 1483. jusqu' en 1498. mise en lumiere par* THEODORE GODEFROY *1617. 4.* Quæ compilatio additis aliis Memoriis, monimentisque huius æui, pluribus recusa curis DIONYSII GODOFREDI iun. Historiographi Franciæ, *Parisiis 1684. f.* ex *Typographia regia.* Qua variæ de *Expeditione Caroli VIII. in Italiam* narrationes additæ. Ad prima regiminis Caroli VIII. tempora illustranda pertinet scriptum cui index: *Extrait des Registres du Parlement, touchant les Plaintes de Louis Duc d' Orleans, contre l'Enlevement du Roy Charles VIII. par la Comtesse de Beaujeu en 1484. Paris 1652. 4. De Caroli VIII. expeditione Italica* varii commemorationes dederunt. Extat enim: *Legatio Gallicana de Ex-*

de Expeditione Italica Regis Francorum Caroli VIII. ad Pontificem Romanum, Regem Neapolitanum, & Principes ac liberas Ciuitates Italiæ, ex bibliotheca DANIELIS SCHNEIDERI edita, *Hanouiæ 1613. 4.* quæ in GOLDASTI *Politicis Imperialibus f. 853.* & in Collectione *Gothofredi* iam laudata p. 238. quoque extat. Nec hic omittenda IOA. FRANCISCI & HIERONYMI *de* ARCVATE Sutrii, Iurisconsulti, *Memorabilia in aduentu Caroli VIII. in Italiam, Romæ 1514. 4.* De *Bello Gallico Ferdinandi II. Aragonum Regis, seu, de Caroli VIII. Francorum Regis Expeditione in Regnum Neapolitanum* Historia IOANNIS ALBINI Lucani, extat in ipsius *Historia Regum Neapolitanorum, Neapoli 1589. in 4. edita.* Extant: *Diaria de Bello Carolino, siue, de Bello per Carolum VIII. contra Venetos gesto, a. 1495. Libri duo*, quorum primo Pugna *Tarrensis*; *secundo Nouariensis* expugnatio describitur, quorum auctor est ALEXANDER PEANTIVS BENEDICTI, Veronensis Medicus, *Venetiis 1496. 4.* & cum *Petri Iustiniani Historia Veneta, Argentorati 1611. f.* Notabiles quoque sunt: *Les grandes Chroniques de Charles VIII. depuis l'an 1484. jusqu' an 1496. recueillies & assemblees par* PIERRE DESREY, *Orateur de Troyes, Paris 1510. f.* atque Chronicis *de Montrelet*, Editionis *Paris. 1517. f.* additi. Qui inter Franciæ Occidentalis Reges gloriosum Patriæ Populi nomen meruit *Ludouicus* XII. huius memorabile regimen scriptis illustrarunt multi. Horum e numero notamus: *Histoire de Louis XII. & des choses memorables aduenües de son Regne, depuis l'an 1498. jusqu' en 1515. par* CLAVDE *de* SEISSEL, JEAN d'AVTON *& autres Auteurs comtemporains, mise en lumiere par* THEODORE GODEFROY, cum variis notis & obseruationibus, *Paris 1615. 4.* *Claudii Seisselii* Historia hæc singillatim quoque edita

edita *Paris 1508. 8.* Conferenda: *Histoire de Louis XII. & des Choses advenües en France & en Italie jusqu' an 1510. par* JEAN *de* SAINT-GELAIS, *Seigneur de Montlieu, mise en lumiere avec d' autres Pieces qui y ont rapport* par THEODORE GODEFROY *Paris 1622. 4.* & *Histoire de Louis XII.* par ANTOINE VARILLAS, *Haye 1688. 12. 3. Voll.* Addatur: *La Vie de Jeanne de Valois Reine de France* par *R. P.* LOUIS *de Bony* de la Compagnie de Jesus, *Paris 1684. 8.* erat hæc prima vxor Ludouici XII. cuius pietas heic laudatur. *Descriptio Aduentus Ludouici XII. in Vrbem Genuensem Anno 1502.* auctore BENEDICTO PORTVENSI Reipublicæ Genuensis Cancellario, adiecta est: Collectioni scriptorum de *Carolo VIII.* curis *T. Godofredi* editorum. Lectu dignissima est alia compilatio, inscripta: *Entrevüe de Louis XII. Roy de France & de Ferdinand Roy d'Arragon à Savone l' an 1507. tiree de* JEAN *d'* AUTON, *donnee au public avec d'autres Pieces par* THEODORE GODEFROY, *Paris 1613. 4.* Singularia memorant, sed non sine partium studio: ANDREAE MOCENICI, Patricii Veneti, *Libri Sex, Belli Cameracensis,* quod Veneti cum quatuor Regibus, cum Heluetiis & tota Italia gesserunt, ab anno 1505. ad an. 1508. *Venetiis 1525. 8.* Elegantissima est, & quæ res momenti magni complectitur: *Histoire de la Ligue faite à Cambray entre Jule II. Pape, Maximilien I. Empereur, Louis XII. Roy de France, Ferdinand V. Roy d' Arragon, & tous les Princes d'Italie contre la Republique de Venises, à Paris 1709. 12. 2. Voll.* cuius auctor est JEAN BAPTISTE *de* BOS. Libere & cum iudicio scripti: GEORGII FLORI, Mediolanensis, Iurisconsulti, *de Bello Italico, & de rebus Gallorum præclare gestis, temporibus Caroli VIII. & Ludovici XII. Regum Franciæ Libri VI.* ex Bibliotheca *Hugonis*

Hugonis Picardeti, in supremo Burgundiæ Senatu Procuratoris, *Parisiis 1613. 4.* & in *Collectione* Historicorum de Carolo VIII. *Gothofrediana.* Insignis administri sub *Ludouico XII.* gesta pandit: *La Vie du Cardinal d'Amboise par de* MONTAGNE *Paris 1631. 8.* & quæ melior *Histoire de l'Administration du Cardinal* D' AMBOISE *Grand Ministre d'Etat en France par le Sr.* MICHEL BAUDIER, *de Languedoc, Gentilhomme de la Maison du Roy, Conseiller & Historiographe de S. M. à Paris 1634. 4.* & *Vie du Cardinal d'Amboise premier Ministre de Louis XII. Pere du Peuple*, cuius Auctor *Mr. le* GENDRE habetur, *Amsterdam*, siue potius in Gallia *1726. 12.* Adhibendæ ad res gestas *Ludouici XII.* omnino quæ præstantissimæ sunt: *Lettres du Roy Louis XII. & du Cardinal George d'Amboise divisees* en quatre Tomes, en *Bruxelles 1712. 8.* quibus & aliæ summorum eius æui principum continentur. His publicis *Epistolis* coniungendæ aliæ, ob singularia historiæ momenta quæ amicis perscripserunt, vel statum rei publicæ sacræ & ciuilis huius æui descripserunt, nimirum: ROBERTI GAGVINI *Epistolæ, Parisiis 4.* IOANNIS RAVLIN *Epistolæ illustrium virorum*, *Parisiis 1521. 4.* CAROLI BOVILLI *Epistolæ aliquot Historicæ*, *Parisiis*, typis Ascensianis *1514. 4.* & GVILLIELMI *de* MARA *Epistolæ historicæ & Carmina historica*, quæ omnes inuentu difficiles & lectu dignæ sunt.

§. XIII.

Ad *Francisci I.* & *subsequentium Regum* historiam facit *Histoire de France depuis François I. jusqu' à Louis XIII. Cologne 1613. 8. 2. Voll. Paris 1631. f. 2. Voll.* qua curiose varias res gestas compilauit, quam postea vsque ad Henrici IV. tempora & annum

annum 1509. continuauit *Rudolphus Botoreus*, *Francofurti 1610. f.* Quæ historia laudem suam habet. Negotia magni momenti bello & pace gesta æui *Francisci I.* Regis enarrantur in *Les Memoires de* MARTIN *du* BELLAY, *Sieur de Langey*, *General du Roy en Italie*, *contenant le discours de plusieurs choses advenües au Royaume*, *depuis l'an 1513. jusqu' au temps de François I. en dix Livres*, *Paris 1569. 1572. 1582. 1588. f. ibid. 1570. 1586. 8. Heidelberg 1571. Rochelle 1573. & Geneve 1594. 8.* qui postea in latinum sermonem translati interprete *Hugone Suræo* prodierunt *Francofurti 1574. f.* Ex hisce memoriis Libri quatuor priores & tres vltimi sunt *Martini Bellaii*, ceteri ex GVILIELMI *du* BELLAY, cuius *de rebus gestis Francisci I.* Regis conscripti *Ogdoadis I. Libri* IV. latine conditi, adhuc MSCti extant, *Ogdoade quinta*, desumti sunt. Cum quibus iungendi ARNOLDI FERRONI Regii Consiliarii, *de rebus gestis Gallorum*, *Libri Novem*, *ad Historiam Pauli Aemilii perducta Historia*, *vsque ad tempora Henrici II. Francorum Regis*, *Parisiis 1555. 8.* & quibusdam *Aemilii* editionibus additi. Singulatim *Historiam Francisci I.* scripsit STEPHANVS DOLETVS sub titulo: *Francisci Valesii Gallorum Regis*, *fata*, *vbi*, *rem omnem celebriorem a Gallis gestam noscas*, versibus heroicis celebrata, *ab an. 1513. ad an. 1539. Lugduni*, typis Auctoris 1539. 4. *gallice* ab auctore versa *Lyon 1540. ibid. 1543.* & *Paris 1546. 8.* VARILLAS *Histoire de* FRANÇOIS I. *Haye 1684. 12. Paris 1685. 4. 2. Voll. & Haye 1686. 12. 3. Voll.* quorum prima Editio ad annum *1543.* & altera ad an. *1547.* mortem Francisci huius res habent consignatas more auctoris. Cæremoniæ inaugurationis *Francisci I.* describuntur in *L'Ordre du Sacre & Couronnement du Roy François I. Rheims 1514. 8.* Ad caussas euentusque bellorum in Italia

a *Fran-*

a *Francisco I.* gestorum cum primis adhibendi FRANCISCI GVICCIARDINI & PAVLI IOVII *Historiarum Libri*, iam inter *Vniuersalis Historiæ* Scriptores laudati. Ad singularia negotia consulendi ADRIANI BARLANDI *Obsidio & pugna Papiensis an. 1525.* quæ in *Schardii* Collectione *Scriptorum Rerum Germ.* extat, atque GALEATII CAPELLAE *de Bello Mediolanensi, seu, de rebus factis in Italia ab an. 1521. pro restitutione Francisci Sfortiæ II. Mediolanensium Ducis inter Pontificem, Gallum, Venetum & Cæsarem Libri VIII. Norimbergæ 1532. 4. Venetiis 1535. 8. Norimbergæ 1537. 4. Haganoæ 1538. 8.* & *Argentorati 1553. 8.* nec non inter *Schardianos Scriptores Rerum Germanicarum*, & in *Io. Geor. Græuii, Thesauro Antiquitatum & Historiarum Italiæ* T. II. P. II. Lectu digna: *Historia captiuitatis Francisci I. Galliarum Regis*, à PRVDENTIO *de* SANDOVAL Episcopo Pampelonæ, *hispanice* conscripta, quam ex opere magno de *Carolo V. Imp.* decerptam & latine versam produxit *Adamus Eberti*, *Mediolani*, vel potius apud *Batauos 1715. 8. Geldro Gallica Coniuratio duce Martino Rossemio descripta a* IOANNE SERVILIO, *Antwerpiæ 1542.* & *Augustæ Vindel. 1544. 8. De rebus gestis in Belgio a Duce Andegauensi* polite commemorauit GVILIELMVS PARADINVS, *Parisiis 1544. 8.* & *gallice Paris 1544. 8.* Grauiter quoque & eleganter scriptæ sunt, quæ huc pertinent omnino, eiusdem GVILIELMI PARADINI *Memoriæ nostræ Libri IV. Lugduni 1548. f.* in quibus nihil desideres pro instituti ratione, quam nimium in patriam gentemque suam studium. Ad grauissimas cum *Carolo V.* Imp. concertationes faciunt: *Exempla literarum, quibus Rex Franciscus I. ab aduersariorum maledictis defenditur, & controuersiarum causæ, ex quibus bella inter ipsum & Carolum V. Imp.*

emerserunt explicantur, *Parisiis 1537. 4.* Bellica Italiæ cumprimis negotia *Francisci* illustrant commentarii sequentes: *Histoire du Chevalier Bayard Lieutenant General pour le Roy au Gouvernement de Dauphine, avec les annotations de* THEODORE GODEFROY, *à Paris 1619. 4.* & *Histoire de Chevalier Bayard & des plusieurs choses memorables advenues sous le Regne de Charles VIII. Louis XII. & François I. avec son supplement* par *Mr.* CLAVDE EXPILLY *President en Parlement de Dauphine & les annotations de* THEODORE GODEFROY, *augmentees* par LOVIS VIDEL, *à Grenoble 1651. 8.* & *Nouvelle Histoire de Chevalier Bayard Lieutenant General pour le Roy au Gouvernement de Dauphine* par le PRIEVR *de* LONVAL, *à Paris 1702. 8.* *Sororis* Regis *Francisci I.* insignis eruditorum Patronæ memorabilia exhibet: *Histoire de Marguerite de Valois Reine de Navarre soeur de François I. Paris 1720. 12. mai.* Nec omittenda. *Vie de Louis de Bourbon Duc de Montpensier sous François I. Rouen 1642. 4.* & miscellanea varia curiosa tradit compilatio inscripta: *Faits & dits memorables de plusieurs grands Personnages & Seigneurs François, des choses rares advenues en France, sous François I. Henri II. François II. & Charles IX. 1565. 4.* Filius & successor Francisci erat *Henricus II.* sub quo plura in Galliis memorabilia. Designauit eadem summa fide, integritate, iudicio, stilo graui, conquisitis vndique maximo studio subsidiis IACOBVS AVGVSTVS THVANVS, *Libris Historiarum sui temporis* CXXXVIII. ab anno 1544. ad 1607. Dedit IO. PETR. TITIVS *Jacobi Augusti Thuani, Voluminum historicorum Recensionem, Gedani 1685. 4.* Addatur *Bibliotheca Historica Hamburgensis* cent. II. *p. 9. seqq.* Notabimus nos potiores. *Pars Prima* immortalis operis continens Libros *XVIII.* prodiit *Parisiis 1604. f.* sumtu

tu

tu *Mamerti Patisson*, *Sonni Droüart*, magnique æstimatur, quia in sequentibus quædam omissa, incipit *an. 1546.* vsque *1560.* Sequitur *altera* apud *Mamertum Patisson*, quæ LVII. Libros habet ab an. 1546. ad an. 1574. 8. 3. Voll. in quibus tamen V. tituli, occurrunt. *Historiarum* EIVSDEM Libri *LVII.* vsque ad ann. *1574. Parisiis, Droüart, 1604. 1606. 1608. 8. IX. Voll.* *Earundem* Libri LXXX. vsque ad an. 1584. *Parisiis, Droüart, 1606. 1607. 1609. f. 3. Voll.* quæ Editio magni æstimatur & est perrara. Qui Libros Thuani omnes huic Editioni adiunctos optant, addunt *Tomum* IV. ab an. *1584.* ad *1589.* & *Tom. V.* ab an. *1589.* ad *1607.* & Vitam Thuani Libris *VI.* vel ex Editionibus *Geneuensibus*, vel *Francofurtensibus*. Iidem *Libri Parisiis 1609. & 1614. 12. XI. Voll.* quæ Editio rara, cuilibet Tomo additus index. Editus quoque est singillatim *Tomus Primus*, continens Partem *primam* & *secundam*, siue, res ab an. *1544.* vsque *1572. Parisiis 1618. f.* apud *Robertum Stephanum.* Recusi porro *Historiarum Libri LXXX.* vsque ad an. *1584. Parisiis 1619. 12.* X. Voll. Opus vero integrum ab An. *1544.* ad an. *1607.* Libris CXXXVIII. comprehensum, quorum LXXX. priores multo quam antehac accuratiores, reliqui vero LVIII. tunc primum in lucem editi prodierunt; additis *Commentariorum de Vita sua* Libris VI. hactenus non editis, *Aureliæ Allobrogum*, apud *Petrum de la Roviere 1620. f.* V. Voll. quam curauit *Michael Guilielmus Lingelsheimius*, qui in proœmio solerter notauit fontes, vnde sua desumsit Thuanus & iussu huius auctoris quædam emendauit. In Germania post excusum opus, grauiter quidem ferente auctore, & quidem sumtibus *Petri Kopfii*, *Francofurti 1609. 1610. 1621. f. 3. Voll.* quam veterem *Francofurtensem* vulgo appellant cum marginalibus, quorum additionem impro-

bauit maxime Thuanus *ibid.* quoque *1608. 1614. 1621. 12. X. Voll.* nec non *Francof. 1614.* & *1621. 8. V. Voll.* & *ibid. Tomus I. & II.* 1625. *Tomus III. & IV. 1628. f. 4. Voll.* Huic Editioni Francofurtensi accessit Continuatio *anonymi* ab a. *1607.* ad annum vsque *1618.* quae eo quidem iudicio, elegantia, grauitate non quidem est scripta, vt Thuani possit historiae aequiparari, notabiles tamen quasdam habet narrationes. Est quoque praeclara *Secunda Geneuensis*, siue *Aureliae Allobrogum* apud *de la Roviere 1626-1630. f.* 5. Voll. quae indicem habet locupletem. Omnium vero optima, quae & splendide edita omniaque quae ex MSCtis praecedentibusque Editionibus, conquiri, obseruari, locupletari potuerunt, conducta habet, Editio est quae *Londini 1733. seqq. VII. Tomis f.* post multa impedimenta prodiit, summis curis THOMAE CARTE, qui incredibilem plane adhibuit industriam, contulit enim maxima cura, tentatamque Continuationem *Nicolai Rigaltii* & alia, adiecit. Cuius praestantissimae Editionis *Tomo Septimo* continetur Sylloge Scriptorum varii generis & argumenti, in qua plurima de vita, moribus, gestis, fortuna, scriptis, familia, amicis & inimicis *Thuani*, scitu dignissima exhibentur, in primis vero Epistolae amicorum, quibus *Thuano*, commissos in nominibus personarum, locorum, aliosque lapsus indicant, aduersariorumque scripta, nempe IOANNIS BAPTISTAE GALLI *Notationes in Historiam Thuani, Ingolstadii 1614. 4.* quae *Iacobo Gretsero* S. I. multa probabilitate tribuuntur, alii *Ioanni Baptistae Machault* Jesuite, adscribunt, contra quas iniuriosas Notationes promulgata iuste est: *Praetoris Parisiensis Sententia aduersus libellum inscriptum:* I. B. GALLI *Notationes in Historiam Thuani, Parisiis 1614. 4.* quae & *Gallice Paris 1614. 4.*

prodiit

prodiit, qua ad ignem damnatur acerbus libellus. Antequam *Editio Londinensis* prodiret, qua omnes lacunæ ſuppletæ, quæ in editionibus quibusdam erant, multum æſtimatum fuit opuſculum, ſed non plenum & confuſum, cuius index: *Thuanus reſtitutus, ſiue Sylloge Locorum variorum in Hiſtoria Thuani deſideratorum, Amſtelodami 1663. 12.* cuius editor *Abraamus Wiquefortius* habetur, extabant & manu exaratæ aliæ, huiusmodi locorum omiſſorum collectiones, quarum varias conſuluit ſolertiſſimus *Londinenſis* editor. Quum Thuanus nomina locorum & perſonarum ea appellatione expreſſiſſet, qua apud veteres occurrunt, vtili inſtituto collectus fuit: *Index Nominum propriorum, quæ in Iacobi Auguſti Thuani Hiſtoriis leguntur, cum vernacula expoſitione, Genevæ 1634. 4.* recuſus *Ratisbonæ 1696. 4.* Verſio *Gallica*, hoc titulo adornata: *Les cinquante ſept premiers Livres de l'Hiſtoire de Mr. de* THOU *juſqu' en l'annee 1574. traduits en François par* PIERRE *du* RYER *de l'Academie Françoiſe*, (qui ſocium in verſione partis alteræ huius laboris habuit *Mr. Caſſandre*, *Pariſiis 1659. f. 3. Voll.* & haut ita pridem noua verſio *Pariſiis 4.* edita. *Germanica* verſio *Francofurti* edita 1621. & 1622. f. 2. Voll. ab an. 1546. ad 1575. Librosque tantum CXXXII. habet. Plena curioſarum de perſonis illuſtribus, euentibusque ſingularibus eſt: *Hiſtoire univerſelle du Sieur d'* AVBIGNE, *contenant ce qui s'eſt paſſe depuis l'an 1550. juſqu' en 1601. la Maille 1616. 1618. 1620. f. 3. Voll.* quæ editio ſincera non mutilata, & flammis ob libertatem, non ſine voluptate auctoris, addicta fuit. Altera edita *Amſterdam 1626. f. 3. Voll.* Curioſiſſima, licet non adeo culte ſcripta, eſt: *Hiſtoire de France, enrichie de plus notables occurrences ſurvenues es Provinces de l'Europe & Pais voiſins, ſoit en*

 paix,

paix, soit en guerre, tant pour le fait seculier, qu' ecclesiastic, depuis l'an 1550. jusqu' en 1577. cuius au-ctor LANCELOT VOESIN *Sieur de la* POPELINIERE, Protestantium sacris addictus libereque exponens, edita primum *(Rochelle)* sed locus non est adiectus par *François H.* i. e. *Haultin 1581. f. 2. Voll.* & *Paris 1582. la Rochelle 1587. 8. 4. Voll.* Notabilis non minus est: *Continuation de l'Histoire de nôtre temps par* GUILLAUME PARADIN, *Lyon 1559. f. Paris 1575. 8.* Extat porro: EMILE *de* PIGUERRE *Histoire de France, sous les Rois Henry II. François II. & Charles IX. Paris 1582. f.* quæ tamen ex parte tantum huc pertinet. Separatim editi THOMAE CORMERII *Alenconii Rerum in Gallia Henrico II. Rege gestarum Historiæ,* Libri Quinque, *Parisiis 1584. 4.* Egregii sunt *Commentaires sur le fait des guerres en la Belgique entre Henry II. & Charles V. depuis l'an 1551. jusqu' en 1554.* par FRANÇOIS RABUTIN, *à Paris 1555. 4. & 8.* Secuta: *Continuation des Commentaires des derniers Guerres en la Gaule Belgique jusqu' en 1562. Paris 1574. 8.* & *Les mêmes Commentaires depuis 1551. jusqu' en 1562. Paris 1574. 8.* quæ editio procurata & continuata *par* GUY *des* BRUES. ANTONIUS VARILLASIUS exhibuit *Histoire de Henry II. François II. à Paris 1692. 4.* & *Amsterdam 1693. 12. 2. Voll.* in qua non solum pro more nugatur sæpius, sed etiam inscium nonnunquam in rebus Germanicis se præstitit. Specialia quædam sub *Henrico II.* gesta commemorarunt alii, *Le Sacre & Couronnement du Roy Henry II. Paris 1548. 8.* & *Ordre & forme tenüe au sacre de Catherine de Medicis Reine de France, en l'Eglise S. Denis, à Paris 1549. 4.*, cæremonias narrant. Expeditionis aduersus *Carolum V.* Imp. iustitiam asserunt: *Apologia pro Henrico II. contra Cæsarianos, in qua de causis Belli inter Regem & Cæsarem orti agitur, Parisiis*

Parisiis 1552. 4. cuius opusculi auctor habetur: PIERRE DANES, *Evêque de Lavaur.* Secuta: *Apologia altera pro Rege Christianissimo contra Caesarianos, Parisiis 1552. 4.* vtraque & gallico idiomate prodiit, & germanico. Sic BARTHOLOMAEVS de SALIGNAC edidit *Histoire du siege de Metz en l' an 1552. à Paris 1553. 4. Relation du voyage du Roy Henry II. aux Paisbas de l' Empereur Charles V. en l' an 1554. 4. Discours sur la rupture de la treve de l' an 1556. 8.* Inter *Schardii* Scriptores rerum Germanicarum de Occupatione & secuta Obsidione *Metensi* atque expugnatione *Terovannae* atque *Hedini* variae extant Narrationes, nimirum f. 803. & 1740. Italicae res expositae in: *Le Gverre d' Italia & d' altri Paesi dell' anno 1525. dove il Gvicciardini finisse le sue Historie, fino all' anno 1557. da* ALFONSO VLLOA, quae adiuncta est opusculo, cui titulus: *La vie de Ferdinand de Gonzague Prince de Molfetta*, in *Venetia 1563. 4.* Plenum prudentiae militaris scriptum est: *Discours de* CASPAR *de* COLIGNY *Amiral de France. où sont sommairement contenües les choses, qui se sont passees durant le Siege de Saint Quentin en 1557.* qui prodiit adiectus scripto: *La Vie de l'Amiral de Colignis, Amsterdam 1643. 4.* & sub titulo: *Memoires de l'Amiral de Coligny, Paris 1665. 12.* GVILIELMI PARADINI *de motibus Galliae expugnato receptoque Itio Caletorum, Lugduni 1558. 4.* & in *Schardii S. R. G. Tom. III. Henrici II. Elogium, effigies & tumulus* auctore PETRO PASCHALIO prodiit *Parisiis 1560. f. & 8.* cuius translatio *gallice, italice,* & *hispanice* quoque prostat. FRANCISCI BOYVIN *Baron de* VILLARS, *Bailly de Gex, Memoires sur les Guerres demelees tant dans le Piemont qu'au Montferrat & Duche de Milan par Charles de Cosse, Comte de Brissac Marechal de France & Lieutenant*

general des les Monts pour le Roy Henry II. commençant en l'an 1550. & finissant en 1559. & ce qui s'est passé aux annees suivantes pour l'execution de la Paix jusqu' en 1561. Paris 1607. 8. Lyon 1610. 8. & ex Editione ad an. 1629. continuata, *Paris 1630. 8.* Addantur: *Commentaires de* BLAISE *de* MONTLVC *Marechal de France, où sont decrits les Combats, Rencontres, Batailles, Sieges & autres faits de Gverre signalez, où il s'est trouve depuis l'an 1521. jusqu' an 1572. Bourdeaux 1592. f. Paris 1594. 1609. 1617. 1626. 8. ibid. 1661. 12. 2.* Voll. *italice* bis versi *in Cremona 1572. 4. in Firenze 1630. 4. anglice London 1666. f.* Hos præstantia & rerum memorabilium diligenti enarratione superant: MICHEL *de* CASTELNAV *Memoires des choses les plus remarquables, qu'il a vuës & negotiees sous les Rois Francois II. & Charles IX. avec des Commentaires, Paris 1621. 4.* & *avec la Genealogie de la Maison de* CASTELNAV par *Mr.* LABOVREVR, *Paris 1659. f. 2. Voll.* qui illustrationes suas ex optimis documentis desumsit. In hunc censum merito referendi: *Memoires de* GASPARD *de* SAVLX, *Seigneur de Tavannes, Marechal de France, Admiral de Mer & Gouverneur de Provence f. Commentaire de l'Etat, de la Religion & de la Republique sous Henry II, François II. & Charles X. divise en sept Livres 1565. in 8.* quorum Scriptor est PIERRE *de la* PLACE, *President de la Cour des Monnoies à Paris*, Hugonotorum partibus maxime addictus, de caussis euentibus negotiorum probe instructus, qui in laniena Parisiensi cum aliis misere interemtus. Incipiunt hi gallice scripti Commentarii ab an. *1556.* & finiunt an. *1561.* Prodierunt postea quoque Commentarii tales latini, qui vel IOANNI SERRANO (*de* SERRES) vel HOTOMANNO tribuntur, forte ob additam continuationem, editique hoc ordine:

ordine: *Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicæ*, *Pars Prima* excuſa Anno Salutis *1572. 8.* Pars Secunda, *anno nouiſſimi temporis 1573.8.* Pars Tertia, anno nouiſſimi temporis *1575. 8.* Pars Quarta, eodem anno, *1575. 8.* Pars Quinta, *Lugduni Batauorum* apud *Iohannem Iucundum 1580.8. 3. Voll.* Extant quoque exempla, quorum in titulo mentio *Geneuæ* fit annusque deſignatur *1572. & 1573. 8. 3. Voll.* Similis inſtituti ſunt: *Memoires de Eſtat de France ſous Charles Neufieſme à Middelburg 1578. 8. 3. Voll.* & continet acta libelloſque curioſos ab an. 1570. vſque ad Henricum III. qui libri tamen ſunt legendi cum grano ſalis. nam partibus plerumque ſunt addicti eorum compilatores. Cum his iungendus: *Diſcurſus de rebus Gallicis, quo de totius Europæ ſtatu præſente accurate diſſeritur & reges ac Principes Orbis ad vivum depinguntur, Ex ſpecula Halcyonia 1589. 8.* Signum veluti motibus iſtis inteſtinis Galliæ fere fatalibus Laniena illa miſerabilis, qua in Proteſtantes ſacrorum cauſſa congregatos ſæuierunt Guiſius illique addicti, de qua plures extant Diſcurſus & Narrationes, qualis inſcribitur: *Diſcours au vray de ce qui eſt advenu à Vaſſy lorsque le Duc de Guiſe y paſſa*, qui extat in Collectione: *Recueil de divers Memoires, Paris 1562. 8.* Plures eiusmodi minores relationes curatiſſime recenſet le LONG *p. 397. ſeq.* ibi & p. 399. 400. variæ *Collectiones minores* Actorum & libellorum hiſce in motibus ab vtraque parte editorum indicantur. Ab extraneis quoque de hiſce turbis narrationes conditæ, ſed non ſemper iuſtæ atque accuratæ, quales ſunt: *Commentarii* D'ANTONIO FRANCESCO CERNI *ne' quali ſi deſcrive la Gverra ultima di Francia, in Roma 1567. 4.* Egregia eſt: *La vraie & entiere Hiſtoire des derniers troubles*

aduenus tant en France qu'en Flandres, depuis l'an 1568. jusqu' en 1570. en XIV. Livres, Cologne 1571. & *Basle 1572. 8.* quæ adſcribitur LANCELOTO *de* VOESIN *Sieur de la* POPELINIERE. Horrendæ & deteſtabilis illius Lanienæ *Pariſienſis*, circumſtantias varii & conſignarunt facinusque illud vel damnandum vel defendendum cenſuerunt, quales ex parte Regiorum: *Diſcours ſur les cauſes de l'execution faite es perſonnes de ceux qui avoient conjure contre le Roy & ſon Etat, Paris 1572. 8.* pro Laniena quoque eſt edita: *Remontrance faite par de* BELLIEVRE *Conſeiller du Roy, devant les Treize Cantons en la Journee aſſignee à Baden en Ergove le 18. Decembre 1572. où il eſt traité des cauſes qui ont mû le Roy de faire proceder à la punition de l'Amiral de Chaſtillon & de ſes Complices*, quæ extat in *Memoires d'Etat de Mr. de Villeroy Tom. IV. p. 362.* huic oppoſita: WOLFFGANGI PRISBACHII Cracouienſis, *Reſponſio ad Orationem Pomponii Belleuræi, Oratoris Francici, habitam in Concilio Heluetiorum pro defenſione cædium, quæ in Gallia commiſſæ ſunt a. 1572.* quæ non eſt ſine acerbis verbis compoſita, *Rupellæ 1573. 4.* & in *Memoires du Regne de Charles IX. p. 28. Vera & breuis Deſcriptio tumultus poſtremi Gallici Lutetiani in quo occidit Amirallius cum aliis non paucis Cracouiæ, 1573.* qui libellus a Gallicis Legatis Coronam Poloniæ pro Andium Duce prenſantibus, vulgatus. Inter defenſores deteſtabilis huius cædis & alii muneris neceſſitate coacti fuere viri ſummi, quos inter numerandus IOANNES MONTLVCIVS Epiſcopus Valentinus cuius eſt: *Defenſio pro illuſtriſſimo Andium Duce aduerſus calumnias quorundam.* Sed addita: *Alia aduerſus huius ipſius defenſionis calumnias* ZACHARIAE FVRNESTERI *Defenſio pro innocente tot millium animarum ſanguine*

guine in Gallia effuso. Prima scriptio a *Thuano* L. CIII. ad a. 1575. tribuitur *Michaeli Sevre*, Equiti Melitensi; altera vero *Hugoni Donello* ICto doctissimo adscribitur. Sed alter Iurisconsultus exquisitissimæ item doctrinæ IACOBVS nempe CVIACIVS publicauit: *Pro Ioanne Montlucio Præscriptionem, aduersus libellum* ZACHARIAE FVRNESTERII, elegantissime scriptam, quo edito specimine docuit, quid in simili argumento posset, *Lugduni 1575. 8.* Caussam pessimam cultissimo stilo defendere quoque conatus VITVS FABER PIBRACIVS insignis vir, cuius est: *Epistola Ornatissimi Viri ad* STANISLAVM ELVIDIVM (i. e. IOACHIMVM CAMERARIVM Seniorem) *Kalendis Octobris publicata, a. 1572. de rebus Gallicis; Et ad hanc Responsio Kalendis Ianuarii anni 1573.* quæ edita est *Parisiis*, in aliis exemplis locus omissus *latine 1573. 4.* & *gallice 4.* eodemque idiomate *Basle 1574. 8.* & altera S. ELVIDII *Responsio d. d. 13. Apr. 1573.* vtraque extat quoque in *Memoires du Regne de Charles IX. p. 600.* & *636. Oratio perstringens Historiolam Laniena Gallicæ a. 1572. Londini 1619. 4.* Ab vtraque porro parte Romano-Guisiorum & Hugonotarum virulenta & acerba hac occasione edita Scripta, in quibus tamen, si ea cum circumspectione legas, singularia quandoque occurrunt, qualis, vt auctor ineptus vocat: *Lo Stratagema di Carlo IX. contra gli Vgonotti, ribelli di Dio*, da CAMILLO CAPILVPI, *in Roma 1572. 4.* & *gallice 1574. 8. De furoribus Gallicis & cæde Admirali Castillionii atque illustrium Virorum passim edita, per complures Galliæ Ciuitates, vera & simplex Narratio, ab* ERNESTO EREMVNDO Frisio, *Edimburgi 1573. 4. Londini 1573. 8. Lugduni Batauorum 1619.* & *Amstelodami 1641. 8.* quæ quidem adscripta a multis vel *Theodoro Beza* vel

Huberto

Huberto Langueto, alii vero maiori probabilitate *Franciſcum Hotomannum* nominant auctorem. Similis ſtili eſt imo adhuc acrioris: *Le Reveil matin des François & de leurs Voiſins compoſe par* EVSEBE PHILADELPHE, *Coſmopolite en forme de Dialogve, Edimbourg 1574. 8.* & *latine*, hoc indice: *Di-logi, ab* EVSEBIO PHILADELPHO *Coſmopolita in Gallorum & cæterarum nationum gratiam compoſiti, quorum primus ab ipſo Auctore recognitus & auctus, alter vero in lucem nunc primum editus fuit, Edimburgi 1574. 8.* Verus horum auctor, vt manus coæua adſcripſit exemplo meo, eſt *Barnandus*, Delphinas. Addidit eadem manus: Multi quæ hic ſcribit mendacia & calumnias eſſe dicunt. Ob id *Dn. de la Fin* illi Baſileæ in platea frumentaria ad Curiam publice alapam dedit. Lectu quoque digna inter plures alias ſibi contradicentes Narrationes eſt: IOANNIS CYPRIANI Profeſſoris Lipſienſis, *Diſſertatio de ſtatu & motibus Galliæ in Lanienam Pariſienſem deſinentibus*, *contra* GABRIELEM NAVDAEVM, qui eam inter arcana Status iniuſte retulerat, *Lipſiæ 1674. 4.* addita quoque Editioni Lipſienſi Orationum *Mureti*, qui diſertiſſimus Vir laudando cædem hanc eloquentia ſua abuſus. Iam relata & quæ inde ſecuta fuerunt breuiter commemorat: *La vraie & entiere Hiſtoire des troubles & des Guerres civiles advenues de nôtre temps pour le Fait de Religion tant en France, Allemagne que Pais-bas, reduite en dix neuf Livres, par* JEAN *le* FRERE, *de* LAVAL, *Paris 1573. 8.* quæ incipit an. *1560.* & finit *1572.* continuata inde vsque ad an. *1575.* prodiit *Paris 1576. 8. 4. Voll.* & per eundem augmentata ad an. *1582. Paris 1584. 8. 2. Voll.* quod opus deſumtum eſt quod ad magnam partem ex hiſtoria Domini de *Popeliniere*, quam iam lauda-

laudauimus. Ad extrema historiæ Carolinæ pertinet: *Discours sommaire du Regne de Charles IX. ensemble de sa mort, & d'aucuns de ses derniers propos, Paris 1574. 8.* quod opusculum auctoribus adscribitur *à* IOACHIM *des* PORTES *Abbe de Tiron Chartrain & a* NICOLAS *du* MONT *de Saumur.* Breuiter memorabilia huius Regis recensent: *Histoire contenant la vie, moeurs & vertus de Charles IX.* par ARNAVLD SORBIN *dit de Sainte-Foy Docteur en Theologie, Paris 1574. 8.* & *Recueil pour l'Histoire de Charles IX. avec l'Histoire abregee de sa Vie* par NICOLAS FAVIER *François* de BELLEFOREST *&* ARNAVLD SORBIN, *Paris 1575. 8.* nec non *Historia vitæ Caroli IX. Francorum Regis 1575, 8.* cuius auctor PAPIRIVS MASSONVS, quæ & inserta est ipsius *Elogiis* publicatis per *Ioannem Ballesdens Tomo I.* p. 508. *Parisiis 1643. 8.* editis, tandemque *Histoire de Charles IX.* par *le Sieur* VARILLAS, *Paris 1683. 4. Cologne 1684. 12.* in qua loca quædam, quæ censor Parisiensis admittere noluit, inserta. Supplent Historiam Caroli IX. ABEL JOUAN *Recueil & Discours du Voyage du Roy Charles IX. en Champagne, Bourgogne, Dauphine &c. Paris 1566. 8.* & *Recueil des Choses notables, qui ont ete faites à Bayonne à l'Entrevue du Roy Charles IX. & la Reine sa Mere, avec la Reine Catholique sa Soeur, Paris 1566. 4. & 8.* nec non PAPIRE MASSON *Discours des Choses, qui se sont passees a la Reception de la Reine & Mariage de Charles IX. Paris 1570. 8.* Pessimorum consiliorum & turbarum concitatarum in Galliæ Regno, auctor *Catharina Medicea* Regum Francisci II. & Caroli IX. Henricique III. mater fuit, quod indicauit singillatim acriori quidem stilo, magnam partem tamen veraciter, vnus de Hugonotorum partibus, libello, cuius inscriptio: *Catharina Medicea*

Regina

Reginæ Matris Vita, actorum & consiliorum, quibus vniuersum Regni Gallici statum turbare conata est, stupenda eaque vera enarratio 1575. 8. quod opusculum eodem anno, diuerso tamen loco 8. editum sub indice: *Legenda S. Catharinæ Mediceæ Reginæ Matris vitæ, actorum & consiliorum.* Huic omnino iungenda, eodem vt videtur auctore condita: *Casparis* COLINII *Castellonii, Magni quondam Franciæ Amirallii Vita 1575. 8.* quæ & gallice sub titulo: *Discours merveilleux de la Vie & Actions de la Reine Catherine de Medicis, Paris 1649. 8.* edita, additum quoque est opusculum, libro gallico: *Journal de Henry III.* prodiit: *La Vie de Gaspard de Coligny, à Cologne 1686. 12.* Et *Memoires de* GASPAR *de* COLIGNY *Seigneur de Chatillon, Admiral de France, Paris 1665. 12.* Ad Guisiorum mores & fata pertinet: *La Legende de Charles Cardinal de Lorraine, & de ses freres, de la Maison de Guise, descrite par* FRANÇOIS *de l'* ISLE, scriptum est satyricum de consiliis Guisiorum, *a Rheims 1576. 8.* Addatur LANCELLOTTI CARLAEI *Epistola de Francisci Guisii postremis dictis, & factis Paris 1563. 8.* qui libellus ad tempora *Francisci II.* illustranda erat referendus. Quæ ad *Henrici III.* in Poloniarum Regem Electionem pertinent, inter ceteros rerum Polonicarum Scriptores commemorabimus. De reditu ipsius in patrium Regnum exponit Commentariolus inscriptus: *L'Arrive du Roy en France, & la reception de sa Majesté par sa Mere; avec un sommaire Discours des choses survenües depuis son partement de Venise, Paris 1574. 8.* Libellorum, occasione turbarum sub eo de statu Religionis & Reipublicæ motarum insignis est copia, quarum enumerationem selectior Bibliotheca haut capit, vide eam apud le *Long p. 407. seqq.* accurate factam.

ctam. Selectiora quædam videas in Collectione quæ hoc edita titulo: *De postremis motibus Galliæ varia vtriusque Partis Scripta scitu dignissima, Omnia fere ex Gallico in latinum conuersa per T. B. Æ. Francofurti 1586. 8.* quæ habet libellos quosdam ab an. 1576. ad an. 1586. editos. Notabile quoque est aliud scriptorum a Liga vt se vocabat sacra potissimum editorum, syntagma: *Memoires de la Ligve depuis l'an 1584. jusqu' en l'an 1590. Geneve 1598. 8. VI. Voll. & ibid. 1602. 8. 6. Voll.* huius argumenti quoque est: *Raccolta d'alcune Scritture publicate in Francia dal 1585. fino all Anno 1593. raccolte da* GIORGIO GRECO, *Bergamo 1594. 8.* Scriptoribus quoque horum temporum regnique Henrici III. turbati insignia plane subsidia dederunt & adhuc præbent, sequentes egregii Commentarii, nempe: *Memoires & Instructions servans à l'Histoire de France sous les Regnes de Henry III. & Henry IV. depuis 1586. jusqu' en 1591. Paris 1626. 4.* quibus magni momenti insunt Epistolæ Ducis *d' Espernon* familiaris Henrici III. ad eundem, magnorumque administrorum *Bellievre*, *Villeroy* aliorumque. Huc quoque ex parte pertinent: *Les Lettres* D' ETIENNE PASQVIER, *Paris 1586. 4. Lyon 1607. 12.* & *Paris 1619. 8. 3. Voll.* quas subsecutæ: *Les Lettres* de NICOLAS *Pasquier fils d'Etienne, Paris 1623. 8.* quæ tamen ad regnum Henrici *IV.* pertinent, sed hic cum paternis fuerunt indicandæ. Non adeo multæ, plenæ tamen egregiarum in aula Caroli IX. & *Henrici III.* obseruationum sunt eædemque cultissime scriptæ AVGERII GISLENII BVSBEQVII Cæsaris tum apud Regem Gallorum Legati *Epistolæ ad Rudolphum II. Imp. an. 1582.* & sequentibus scriptæ, quæ ex Bibliotheca *Joa. Baptistæ Houwart* ceteris summi viri opusculis additæ editæque *Lugduni Batauorum 1633. 24.* & *Amstelo-*

ſtelodami, ex Officina *Elzeuiriana 1660. 24. Lipſiæ* quoque in 12. recuſæ. Egregiæ plane ſunt & magni vſus NICOLAS *de* NEVVILLE *Seigneur de* VILLEROY *Memoires ſervans à l' Hiſtoire de nôtre temps, avec la Continuation ſous le titre de Memoires d'Etat à la ſuite de ceux de Mr. de Villeroy, Sedan 1622. 8.* & *Paris 1624. 8. 4. Voll. it. Paris 1636. 8. 4. Voll.* & *Paris 1665. 4. Voll.* quibus negotia grauiſſima ab ann. 1575. vſque ad an. 1604. exponuntur & illuſtrantur. Non omittendæ heic ſunt: *Les Lettres de* PAVL *de* FOIX *Archevêque de Thoulouſe Ambaſſadeur du Roy pres le Pape Gregoire XIII. Paris 1628. 4.* atque PHILIPPE HVRAVLT *de* CHIVERNY *Chancelier de France: Memoires d'Etat de ſon temps ſous Henry III. & IV. Paris 1636. 4. ibid. 1641. 4.* & *Paris 12. 2. Voll.* & *la Haye 1669. 12. 2. Voll.* & quæ in primis in negotiis Religionis conſulendae ſunt inſtructæ inſigni apparatu a principe fere partium Reformatorum viro conductæ notitiæ: *du* PLESSIS MORNAY *Memoires depuis l'an 1572. juſqu' en 1623. Tome I. la Foreſt 1624. Tom. II. ibid. 1625. Tom. III. 1651. Tom. IV. ibid. 1652. 4 4. Voll.* Hic enim ſummus vir cauſſæ Reformatorum & ore & conſiliis ac ſcriptis magna animi contentione adfuit Henrico IV. Regi gratioſiſſimus. Ad Ligæ vero res & conſilia intelligenda, adhibenda: *Mr.* AVBERY *Hiſtoire du Cardinal Duc de Joyeuſe, avec pluſieurs Memoires, Lettres, Depeches, Inſtructions &c. Paris 1654. 4.* nec non: *Negotiations où Lettres ecrites au Pape Pie IV. & où Cardinal Charles Borromee, par* HYPPOLITE D' ESTE *Cardinal de Ferrare, traduits de l'Italien* par J. BAVDOIN, *Paris 1658. 8.* Plenum curioſiſſimarum annotationum eſt ſyntagma libellorum ad arcanam Hiſtoriam Henricorum III. & IV. pertinentium inſcriptum: *Journal*

nal de Henry III. avec plusieurs autres Pieces curieuses primum *Parisiis* editum, vti titulus habet, *par un Audiancier de la Chancellerie de Paris 1621. 4. & 8.* post modum *Cologne 1662. 1693. 12.* ibid. *1699. 12. 2. Voll. 1706.* & *1720. 12.* incipit mense *Majo 1574.* & finit mense *Augusto 1589.* adscribiturque PIERRE *de l'* ESTOILLE, cuius *Memoriarum* Partem faciat. Addita sunt huic Diario: *Le Divorce satyrique; L'Alcandre; la Confession de Mr. Sancy; Apologie pour Henry IV.* Diarii huius auctor a quibusdam habetur *Mr. l'* ETOILE Notarius Cancellariæ Parisiensis; Confessionis vero *de Sancy Mr. d'* AVBIGNE, quam Confessionem egregiis illustravit notis *Mr.* le DVCHAT. Specimen scripti satyrici, historiae narrationibus singularibus quodam modo inseruientis dat: *Le Catholicon, ou la Satyre Menippee*, vel vti in quibusdam inscribitur exemplis: *Satyre Menippee de la vertu du Catholicon d'Espagne*, prodiit 1649. 12. & vt titulus præfert, *a Ratisbonne 1664.* & *1696. 12.* atque *ibid. 1709. 12.* aut forte *Bruxelles 3. Voll.* quæ optima editio est, egregiis notis illustrata. Editionem *1696* cum aliis curauit Mr. *le Duchat* exul Gallus Berolini per tempus degens; eam vero d. a. 1664. Fratres *Puteani*. Opusculum hoc a cordatissimis ingeniosissimisque Viris est compositum, docet, quem finem sibi proposuerint Guisii capita Ligæ, eorumque socii excitatis in florentissimo Regno tristissimis turbis, exclusionem nempe Domus Burbonicæ ab auito throno Regnoque. De funesta morte *Fratrum Guisiorum*, qui capita *Ligæ* erant plures extant commemorationes, ab vtraque parte editæ, a regia nempe: *Relation de la mort d'Henry de Lorraine, Duc de Guise* (le 23. Decembre 1588.) *& de Louis Cardinal de Lorraine son Frere* par FRANÇOIS MIRON, *premier Medicin du Roy Charles IX.* quæ

extat Parte VI. *de l'Histoire des Cardinaux François p. 551.* edita *Paris 1644. 4.* ab altera: *Le Martyre de deux Freres, contenant au vrai les particularitez plus notables des Massacres & Assassinats commis ès personnes du Cardinal, & du Duc de Guise son frere par Henry de Valois à la face des Etats de Blois, Paris 1589. 8.* & *La Vie & innocence* de *Duc & Cardinal de Guise, Paris 1589. 8.* Pro Henrico III. Rege contra Ligæ socios elegans est apologia. cuius Auctor LOUIS de GONZAGUE *Duc de Nevers* inscripta: *Traite des causes & raisons de la prise d'Armes faite en Janvier 1589. & des Moiens pour appaiser nos presentes afflictions, 1589. 8.* & *Tomo II.* p. 1. *des Memoires de Duc de Nevers,* editis *Paris 1665. f.* Post hanc fratrum Guisiorum cædem acerbissimi aduersus *Henricum III.* & pleni iniuriarum prodierunt libelli, quales: *Bulla Sixti Papæ V. contra Henricum III. Parisiis 1589. 8.* qua eum hæreticum fautoremque hæreticorum declarauit, & scriptum, sub titulo: *Dialogue du Roiaume, auquel est discouru des vices & des vertus des Rois, de leur etablissement, de l'Etat de la Monarchie & de la Republique, de leur changement, des Devoirs des Rois envers Dieu & le Peuple; & des justes causes que peut avoir le Peuple de s'elever contre le Roy, Paris 1589. 8.* Pestilentissimus est liber, inscriptus: *de iusta Henrici III. abdicatione e Francorum Regno, Libri Quatuor, auctore* IOANNE BOUCHER, *Theologo Parisiensi & Parocho S. Benedicti*, præposito summa audacia, scriptoris nomine, editi primum *Parisiis 1589. 8.* atque cæso *Henrico III.* ex secunda editione, omisso nomine, auctiores *Lugduni 1591. 8.* quibus & abdicationem tentatam & detestandum illud facinus in Henricum III. admissum, & quæsitam acerrime Henrici IV. a successione exclusionem, defendere summa

summa impudentia fuit ausus. Obseruarunt docti viri multa in infami hoc libro descripta esse ex *Stephani Iunii Bruti*, modestioris longe scriptoris *Vindiciis contra Tyrannos*, quibus acerbissimas iniurias addidit *Boucherus*. De ipsa funesta cæde extant diuersæ narrationes, nimirum; *L'Assassinat & Parricide commis en la Personne d'Henry III. le premier Août 1589. Ensemble les derniers paroles de Sa Majeste touchant l'obeissance düe à Henry de Bourbon, Roy de Navarre lequel il declare son vrai & legitime Successeur à la Couronne de France 1589. 8.* qui & extat in *Memoires de la Ligue Tom. III. p. 587.* Præstantissimus est libellus sub indice: *Deploration de la mort d'Henry III. & du scandale qu'en a l'Eglise 1589. 8.* qua auctor acerrime in Ligistas horumve detestabilia inuehitur principia; quæ huiusmodi funestos pepererunt effectus. Impius vero est alius libellus, qui tum prodiit, cui titulus: *Le Martyre de Frere Jacques Clement de l'Ordre de saint Dominique, contenant toutes les particularitez le plus remarquables de la sainte resolution & heureuse a l'encontre d'Henry de Valois, Paris 1589. 8.* Easdem impias doctrinas habet ex parte alius inscriptus: *Lettre de l'Eveque du Mans* (i.e. CLAVDE *d'* AGENNES) *avec la Reponse à elle faite par un Docteur en Theologie, en la quelle est repondu a ces deux doutes: Si on peut suivre en sûrete de conscience le parti du Roy de Navarre & le reconnoitre pour Roy; & si l'acte de Frere Jacques Clement, Jacobin, doit être approuve en conscience, & s'il est loüable ou non Paris 1589 8.* responsi huius virulenti auctor est famosus ille IOANNES BOVCHER, iam indicatus. Cumque probasset Pontifex R. horribile facinus, prodierunt varii libelli, quos inter: *Sixtus & Anti-Sixtus, siue Sixti V. de morte Henrici III. Sermo in Consistorio habitus, 2. Septembris 1589.*

& in eum Responsio 1590. 4. & 8. Anti-Sixtus tribuitur MICHAELI HVRAVLT *Sieur du* FAY. Vitia erroresque *Henrici III.* sed stilo iniurioso annotarunt partium Ligæ dediti ideoque caute legendi scriptores anonymi, nimirum opusculi, cui index: *Les moeurs, humeurs, & comportemens sacrileges d'Henry de Valois jadis Roy de France, ses parains & sa Religion, ses Precepteurs & en quoi ils l'ont instruit jusqu' à present, Paris 1589 8.* & ex *Secunda Editione* aucta *Paris 1589. 8.* atque *De la Vie & Faits notables d'Henry de Valois hypocrite, ennemi de la Religion Catholique, Paris 1589. 8.* atque *La Vie & Faits notables d'Henry de Valois maintenant tout au long, sans rien requerir, où sont contenües les Trahisons, perfidies, sacrileges, exactions, cruautez & hontes de cet Hypocrite, ennemi de la Religion Catholique, 1589. 8.* & ex Secunda Editione, *Paris 1589. 8.* Addatur autem cordatius scriptus: *Discours sur la Vie d'Henry III.* par JEAN *le* LABOVREVR, qui additus est *Tomo Secundo, des Memoires de Castelnau*, editis *Parisiis 1659. p. 883.* atque CHRISTIANI FREYTAGII docta *Historia Valesiana Henrici III. & Francisci Andini Ducis, Francofurti 1705. 4.*

§. XIV.

Post mortem *Henrici III.* extincta *Linea Valesia*, legitimum succedendi ius deferebatur ad *Burboniam* lineam, ex qua *Henricus* Rex Nauarræ erat oriundus, quem quod Reformatorum sacris erat addictus, Catholici successione indignum iudicabant, eique præferendum censebant Henrici patruum Carolum Cardinalem Burbonium, quem etiam cæso Henrico III. primum Regem proclamabant. Prodiit in hac controuersia, magna libellorum scriptorumque copia, quos omnes dare instituti no-

stri

ſtri haut fert ratio. Ex præcipuis habendi, libellus: *Le Droit de l'Oncle contre le Neveu en faveur du Cardinal de Bourbon*, *1585. 8.* qui tribuitur ANTONIO HOTOMANNO, cui oppoſuit ipſius frater literatiſſimus ille ICtus FRANCISCVS HOTOMANNVS alium, cui index: *Diſputatio de Controuerſia Succeſſionis Regiæ inter Patruum & Nepotem (fratris ſcilicet mortui filium) atque in vniuerſum de Iure Succeſſionis regiæ in Regno Galliæ: Regni Hæreditas, vtrum ex ætatis & gradus prærogatiua an Repræſentationis iure deferatur*, *Francofurti 1585. 8.* & *Operum Tomo III.* Cumque pro Cardinale editum eſſet ſcriptum hoc titulo: *De Succeſſione Iuris & Prærogatiuæ Primi Principis Franciæ, morte Franciſci Valeſii Ducis Andegauenſis Carolo Cardinali Borbonio tanquam proximiori Agnato Regiæ Stirpis per Legem Regni delata* ex Tractatu MATTHAEI ZAMPINI ICti Recanatenſis, *Pariſiis 1588. 4.* & gallice *ibid. 1588. 4. & 8.* huic oppoſitum: Ad MATTHAEI ZAMPINI *Tractatum de Succeſſione Iuris &c. Reſponſum*, auctore P. C. A. F. i. e. FRANCISCO HOTOMANNO, *Francofurti 1588. 8.* vtraque Scripta quoque excuſa *Francofurti 1590. 8.* Addatur: *Explicatio Controuerſiarum, quæ a nonnullis mouentur, de Henrici Borbonii in Regnum Franciæ conſtitutione, opus a* TVSSANO BERCHETO *e gallico in latinum ſermonem conuerſum, Sedani 1590. 8.* Plures quoque de *Lege Salica* tum in lucem datæ ſcriptiones, quibus hæc controuerſia immixta, qualis: *Traite de la Loix Salique, par* ANTOINE HOTMAN *1593. 4.* & inter: *Opuſcules des Hotman Paris 1616. 8.* Ex parte Curiæ Romæ, quæ enixe fauebat Ligæ addictis prodiit: *Scholaſtica Aſſertio pro Diſciplina Eccleſiaſtica, qua demonſtratur, Henrici Borbonii Biarnenſis ad Galliæ Regnum perpetua inhabilitas, auctore*

GONSALVO PONCE de LEON, *Hispalensi, I. V. D. ArchiDiacono Toletano & ad Cardinalis Placentini Postulata super propositione in libello quodam Factionis Nauarrenæ contenta Theologorum Parisiensium Responsum, Romæ 1593. 8.* qua contendit relapsum, nisi dispenset Papa, haut esse capacem Regni & probare vult *Henrici Borbonii* ad Galliæ regnum perpetuam inhabilitatem, & cum Regi Henrico III. addicti edidissent: *Apologie Catholique contre les Libelles, Declarations, avis, Consultations, faites, ecrites & publiees par les Ligues, Perturbateurs du Roiaume, qui se sont elevez depuis de deces du Frere unique du Roy,* par E. D. L. I. C. *1585. 8.* & *latine* eodem anno & forma eadem, quæ a fide dignis tribuitur à PIERRE *de* BELLOY *de Montauban,* & est docta atque cordata; FRANCISCVS ROMVLVS siue, vt adserunt docti viri, ROBERTVS BELLARMINVS *responsionem* edidit *ad præcipua capita Apologiæ, quæ falso Catholica inscribitur, pro successione Henrici Nauarræi in Francorum Regnum, Romæ 1588. 8.* & *iuxta exemplum Romæ editum 1588. 8.* & *gallice* eodem anno & forma eadem. Ex immensa copia narrationum & libellorum circa prima regiminis *Henrici IV.* Regis tempora turbida admodum & periculosa, editorum, aliquot tantum memorabimus. Ex partium studio scripta narratio, cui titulus: *Vie & moeurs d'Henry soy disant Roy de Navarre, Paris 1589. 8.* In *Memoires tres particuliers du Duc d'* ANGOVLESME *pour servir a l'Histoire de Regnes d'Henry III. & Henry IV.* quas edidit JACQVES BINEAV, *Paris 1662. 12.* ea curiose referuntur, quæ a funesta *Henrici III.* morte dieque prima Augusti 1589. vsque ad tertium Nouembrem contigerunt. Erat Dux ille naturalis Henrici III. Filius. Notabilis quoque est: *Discours au vrai de ce qui s'est passé*

en

en l'Armée conduite par Henry IV. depuis son avenement à Couronne, jusqu' à la Prise de la Ville de Harfleur en 1590. & de celle d'Arque, Londres 1590. 8. atque *Discours veritable de tout ce qui s'est passé en la Ville de Paris & ès environs, tant de la part du Roy de Navarre & de son Armee, que de la part du Duc de Nemours & des Habitans de Paris, depuis la retraite dudit Roy de Navarre de devant Sens jusqu' au 12. de Juin 1590. avec un Arrêt de la Cour de Parlement, par lequel il est defendu à peine de la vie, de faire aucun traité ni composition avec ledit Roy de Navarre*, cuius auctor FRANCISCUS PANIGAROLA Episcopus Astensis & extat *Tomo IV. Memoriarum Ligæ p. 292.* Cum auspiciis Philippi II. Hispaniarum Regis, *Parmensis* Dux sociis Ligæ auxilia adduxisset, editus fuit: *Discours sur la venue en France, progrès & retraite du Duc de Parme & des exploits d'Armes faits par lui pour le secours des Ligueurs rebelles du Roy, jusqu' au 30. Novembre, Tours 1590. 8.* atque: *Narratio vere & grauiter exponens, quid in Gallia post Ducis Parmensis aduentum proximis mensibus Augusto, Septembri, & Octobri memorabile fit actum, Francofurti 1591. 4.* Acerbus in Henricum IV. libellus est plenus doctrinarum summæ potestati aduersarum, qui inscribitur: *de iusta Reipublicæ Christianæ in Reges impios & hæreticos auctoritate iustissimaque Catholicorum ad Henricum Nauarræum & quemcunque Hæreticum e Regno Galliæ repellendum Confœderatione*, auctore GVILLELMO ROSE, *Episcopo Sylvanectensi, Antwerpiæ 1592. 8.* De gestis *Alexandri Farnesii* in Galliis, auspiciis Philippi II. Hispaniarum Regis eleganter satis commemorauit ab an. 1585. ad an. 1592. GVILELMVS DONDINVS S. I. *Historia de rebus in Gallia gestis ab Alexandro Farnesio Parmæ & Placentiæ Duce III. supre-*

mo Belgii Præfecto, Romæ 1673. f. recuſa in Germania, ſine loci mentione & temporis in 4. Quibus ritibus in Eccleſiam Romanam receptus ſit Rex iſte ex rationibus politicis auita ſacra mutans, narrat: *Diſcours des Ceremonies obſervees dans l'Egliſe de Saint Denis, a la Converſion du Roy à la Religion Catholique, Apoſtolique & Romaine,* qui extat *Tome V. des Memoires de la Ligve p. 397. 398. 401. & 403.* huic receptioni grauiſſime aduerſabantur Ligæ addicti, hosque inter acerbiſſimum in Henricum Regem odium ſpirans Parochus quidam Pariſienſis ſæpe iam memoratus, cuius ſunt: *Sermons de la ſimulee Converſion & nullite de la pretendue Abſolution d'Henry de Bourbon, Prince de Bearn, donnee a S. Denis en France le 23. Juillet 1593. ſur le ſuiet de l'Evangile du même iour: Attendite a falſis Prophetis; prononcez à ſaint Merry par* JEAN BOVCHER, *Docteur en Theologie, Cure de Saint Benoiſt, Paris 1594. 8.* & *Doüay 1594. 8.* qui nouem Sermones a die 1. Auguſti vſque ad 9. huius menſis habiti, merito publice exuſti fuerunt, quum nihil quam rebellionis continuationem atque iniurias in clariſſimum Regem ſpirarent. Similis deteſtabiliſque argumenti ſunt: *Sermons de* JEAN PORTHAISE *Theologal de Poitiers ſur la ſimulee Converſion du Roy de Navarre, Paris 1594. 8.* & maxime liber peſſimus ſatyricus, inſcriptus: *Le Banquet, ou Aprèsdine du Comte d'Arete, ou le Traite de la diſſimulation du Roy de Navarre, & des moeurs de ſes Partiſans, Paris 1594.* & iterum par LOVIS d' ORLEANS *Paris 1594. 8.* Quum autem Rex Henricus IV. ſciret iras Curiæ Romanæ tranquillitati regni multum obeſſe, Romam ad placandum Pontificem ſplendidam miſit Legationem, ad cuius memorabilia Acta pertinent: *Diſcours de ce que fit Duc de* NEVERS *a ſon Voyage de Rome pour*

pour obtenir l'Absolution du Roy Henry IV. avec la Lettre du Roy au Pape en 1593. qui extat in Ducis huius *Memoires* Tome II. *p. 405.* & alius inscriptus: *Discours de la Legation du Duc de* NEVERS *par Henry IV. vers le Pape Clement VIII. en 1593. Paris 1594. 4.* & in iisdem *Memoires T. II. p. 437.* addantur: *Acta Legationis (Ludouici Gonzagæ) Ducis Niuernensis pro Henrico IV. ad Clementem VIII. Pontificem Romanum, Francofurti 1594. 8.* Ceremonias hoc in momentoso negotio obseruatas consignatas reperias in: *Relatione della Reconciliatione, Assolutione & Benedittione di Henrico IV. fatta da Clemente VIII. alli 17. di Septembre 1595. descritta da* GIO. PAOLO MVCANTE, *Maestro delle Ceremonie di Papa, in Viterbo 1597. 4.* atque in *Breui Narratione quo modo Henricus IV. ex hæretico Catholicus factus, humiliter apud Clementem VIII. egerit, ac tandem in gratiam Romanæ Ecclesiæ receptus sit, cum figuris a* CRISPINO PASSEO *sculptis, Coloniæ Agrippinæ 1596. 4.* quæ figuræ ex parte sunt ineptæ. Intimiora huius negotii pandunt, quæ sane inter Epistolas politicas sunt pulcherrimæ atque res in Curia Romana gesturo vtilissimæ, nimirum *Lettres d'* ARNAVD *Cardinal* D'OSSAT, *Evesque de Bayeux ecrites au Roy Henry le Grand & à Mr. de Villeroy touchant sa Negociation a Rome depuis l'an 1594. jusqu' en 1604. Paris 1624. f.* & ex secunda editione reuisa atque aucta *Paris 1624. f.* & ibid. *1624. 4.* tertia cum additionibus quibusdam *Paris 1637. f. & 8.* 2. Voll. itidem *Paris 1641. f.* & *Rouen 1646. 4.* atque ex editione præstantissima, correcta ex originalibus pluribusque Epistolis ad annum vsque 1599. aliisque monimentis aucta, adiecta vita *Ossati*, atque notis historicis & politicis iisdemque egregiis insignemque personarum & rerum notitiam præbentibus, quæ prodiit

cura *(Abraham Nicolas)* AMELOT *de la* HOUSSAYE *Paris 1697. 4.* atque iterum notis auctis *Amsterdam 1708. 12. 5. Voll.* Italice prodierunt interprete *Girolamo Canini*, in *Venetia 1629. 4.* Obseruant eruditi in prioribus editionibus, quædam mutata, quædam omissa ne offensam contraheret editor, quæ deinde recte suppleta fuerunt & restituta. Cum his iungendæ licet non ea stili sint scriptæ grauitate neque iudicium prudentiamque Ossati spirent: *Les Ambassades du Cardinal du* PERRON *Archevêque de Sens, depuis l'an 1590. jusqu' en 1618. avec les plus belles Lettres qu'il a ecrit aux Princes, Princesses & Seigneurs & celles qui lui ont ete adressees de leur part, Paris 1623. f. ibid. Paris 1633. 8. 2. Voll. ibid. 1633. 4.* Ad caussas motuum ciuilium in Galliis excitatorum pernoscendas faciunt insigniter iam supra laudatæ: *Memoires des Choses aduenües en France ès Gverres civiles, depuis l'an 1560. jusqu' en 1596. par* GVILLAVME *de* SAVLX, *Seigneur de* TAVANNES, *Lieutenant General du Gouvernement de Bretagne, Paris 1625. 4.* & militaria his admixta commemorat: *Histoire de Jacques de* MATIGNON *Marêchal de France & de ce qui s'est passe depuis la mort de François I. (en 1547.) jusqu' a celle de ce Marchal (en 1547.) par* J. *de* CAILLIERE *Marêchal de Bataille des Armees du Roy, Paris 1661. f.* & quæ multum a cordatis æstimatur: *Histoire de la Guerre sous Henry IV. ou Chronologie Novennaire, Paris 1608. 8. 5. Voll.* cuius auctor habetur PIERRE VICTOR PALMA CAYET, Theologiæ Doctor; nec non CAROLI CANTOCLARI Libellorum supplicum Magistrorum Decani, *Historiarum a Pace constituta a. 1598. Liber Primus, Parisiis 1616. 4,* qui tamen historiam fere vniuersalem tantum huius temporis commemorat, & quæ magis huc faciunt: *Histoire*

des

des derniers troubles de France sous les Regnes d' Henry III. & d'Henry IV. depuis les premiers mouvemens de la Ligue (en 1585.) iusque a la clôture des Etats de Blois (en 1589.) en quatre Livres, Lyon 1594. 8. Paris 1597. & Lyon 1604. 8. cuius auctor est PIERRE MATTHIEV. Accessit inde his quatuor Libris *Quintus, contenant l'Histoire des choses plus memorables advenues en France sous le Regne d'Henry IV. jusque en 1598. avec un Recueil des Edits d'Henry pour la reunion de ses Sujets, Lyon 1606. 1610. Paris 1613. 8.* & *Paris 1622. 4.* Magno & Gallorum & exterorum plausu excepta fuit & hodie legitur scripta ab homine extero cultissimo stilo, prudenterque: *Historia delle Guerre civili di Francia, di* HENRICO CATERINO DAVILA, *nelle quale si contengono le operationi di quatro Re', Francesco II. Carlo IX. Henrico III. & Henrico IV: dall' anno 1559. fin all' anno 1598. in Venetia 1630. 1634. 4.* & ex tertia editione emendata ab auctore in *Venetia 1638.* indeque *1642. 4. in Lione 1641. 4. in Parigi*, in typographia regia splendide, *1644. f.* in *Venetia 1662. 1670. 1676. 4.* & cura *Apostoli Zeni* qui vitam auctoris adiecit *in Venetia 1733. f.* cultissime. Gallice versa interprete *Jean Baudoüin* cum vita *Davilae* prodiit *Paris 1642. f. 2. Voll.* atque ex emendatiore editione *Paris 1647. f. 2. Voll.* & *ibid. 1657. 4. 2. Voll.* & *1666. 12. 4. Voll. Hispanice* edita ac continuata ad an. 1630. *Madrid 1651.* & *1659. f.* en *Anvers 1686. f.* atque *Anglice* aucta usque ad an. 1572. *London 1647. f.* & usque ad an. *1598.* perducta *London 1666. f.* demum ex Italicis latine reddidit PETRVS FRANCISCVS CORNAZANVS Forocorneliensis, cuius Versionis *Volumen Primum Libros Quinque* complexum splendide excusum *Romae* prodiit *1735. f.* Magni merito fit haec Historia, cum ob commentandi accurationem, tum pro-

propter inueſtigationem ſolertem cauſſarum, quæ grauiſſimos hoſce motus concitarunt, elegantiſſimasque perſonarum imagines aliaque ſcriptæ curate & libere hiſtoriæ ornamenta. Nec omittenda, quæ ad capiendum Lectorem amœna ſcribendi ratione comparata eſt, ſed non ex omni parte ſincera: *Hiſtoire de la Ligue par* LOUIS MAIMBOURG, *Paris 1683. 12. 2. Voll.* & *ibid. 1686. 4.* qui ab an. 1576. narrationem ſuam orditur atque ad annum 1598. perduxit. Hic locum quoque habent: *Hiſtoire de ce qui s'eſt paſſé ſous le Regne d'Henry III. & d'Henry IV. (juſqu' en 1600.) par* GABRIEL CHAPPUIS, *Interprete du Roy, Paris 1600. 8.* & quæ a partium ſtudio non eſt libera: *Hiſtoria di Francia di* HOMERO TORTORA *da Peſaro, nella quale ſi contengono le coſe auvenute ſotto Franceſco II. Carlo IX. Errico III. & Errico IV. in Venetia 1619. 4. 3. Voll.* atque *Memoires des troubles arrivez en France ſous les Regnes des Rois Charles IX. Henry III. & Henry IV. par* FRANÇOIS *de* RACINE, *Seigneur de* VILLE GOMBLAIN, *Paris 1667. 1668. 12.* Perutilis eſt ad certam Periodum Regni Henrici IV. illuſtrandam: *Chronologie ſeptennaire, ou Hiſtoire de la Paix entre les Rois de France & d'Eſpagne contenant les Choſes memorables depuis l'an 1598. juſqu' en 1604.* par P. V. P. C. ſub quibus latet PIERRE VICTOR PALMA CAYET *ou* CAHIER, *Docteur en Theologie, Paris 1606. 8.* cui inſerta varia acta. Aduerſus hanc edita: *Cenſura Facultatis Theologicæ Pariſienſis in librum inſcriptum: Chronologie ſeptennaire &c. Paris 1610. 8.* cui repoſita ab ipſo auctore: *Defenſe pour Maître Pierre Victor Cayet Docteur en Theologie, contre la pretendüe Cenſure de la Chronologie Septennaire 1610. 8.* nec non: *Hiſtoire de France & des Choſes memorables advenües ès Provinces etrangeres*

geres durant sept années de Paix du Regne d'Henry IV. depuis 1598. jusqu'en 1604. par PIERRE MATTHIEU *Historiographe de France, Paris 1602. 4. 2. Voll. Paris 1606. 2. Voll.* & *Rouen 1615. 1625.* Historiam factæ *Vervini* Pacis, illustrant: *Memoires des Messieurs de* BELLIEVRE *& de* SILLERY *sur la Paix des Vervins en 1598. Paris 1677. 12. 2. Voll. Haye 1696. 12. 2. Voll.* Ad singulares Henrici curas pro salute vicinorum & fœderatorum faciunt: PHILIPPE *de* CANAYE *Sr. du* FRESNE *Ambassade de Venise depuis 1601. jusqu'en 1607. Paris 1635. f.* ibid. *1644. f. 3. Voll.* Elegantissima est CAROLI PASCHALII *Legatio Rhetica, Parisiis 1620. 8.* Consilia pro conseruatione Belgii Fœderati Henrici IV. Regis aperiunt: *Les Negotiations de Mr. le President* JEANNIN *sur la Treve des Pais-bas, Paris 1656. f. Amsterdam 1659. 12. 2. Voll.* Coniungendæ hic: *Memoires des plusieurs choses considerables advenües en France, depuis le commencement de 1607. où finit l' Histoire de Mr. de Thou jusqu'en 1609. par* CHARLES FAY *Sieur d'* ESPESSES *Conseiller d' Etat, Paris 1634.* Sed hæc continuatio non respondet instituto operis immortalis *Thuanei*, quod & ad hæc Henrici IV. regiminis tempora, quo ad magnam partem, pertinet, nec eo iudicio & accuratione stilique grauitate est perscripta. Melior: *Continuatio Historiæ Thuani Liber primus* complectens annos *1607.* & *1608. f.* auctore NICOLAO RIGALTIO, quæ cum aliis nouæ Editioni *Thuani, Londinensi* optimo consilio fuit adiecta. Ab his non seiungendi IVLII CAESARIS BVLENGERI *Lodunensis*, Theologiæ Doctoris, *Historiarum sui temporis Libri XIII. in quibus motuum toto orbe causas, initia, gradus ab Henrico II. Francorum Rege ad Henrici IV. obitum deduxit, Lugduni 1619. f.* ab an. 1559. ad an. 1610. Multa arcana regni

regni Gallici & Oeconomiæ regiæ Henrici IV. a prudentissimo administro ordinatæ vnde magna fortunarum accessio Galliæ facta, pandunt: *Memoires des sages & Roiales Oeconomies d'Etat, Domestiques, Politiques, & Militaires d'Henry le Grand* &c. *& des Servitudes utiles, Obeissances convenables & Administrations loiales de* MAXIMILIEN *de* BETHVNE *de* SVLLY, *Marquis de Rosny, Amsterdam*, loco quidem sic nominato, sed potius in proprio castro, sub fictis Typographorum nominibus *f. 2. Voll.* quæ & optima & non castrata habetur, licet tantum ad an. 1605. pertingat; porro: *Rouen 1649. f. 2. Voll.* & *Amsterdam 1654. 12. 4. Voll. Paris 1664. f. 2. Voll.* & Tomus III. & IV. *ibid. 1662. f.* & rursus *Paris 1663. 12. 8. Voll.* & *Rouen 1665. 12. 8. Voll.* atque haut ita pridem in *Batauis*. Facinoris detestabilis *Ravaillaci* aduersus Henricum IV. commissi circumstantiæ erui possunt ex curioso variorum libellorum Syntagmate, quod inscribitur: *Recueil des Pieces imprimees sur la mort du Roy Henry IV. 8.* quod olim fuit in Bibliotheca *Hohendorfiana*, iam vero Augustæ Cæsaris Bibliothecæ cum eadem illatum fuit. Singularia insunt libello inscripto: *Manifeste de* PIERRE *de* JARDIN, *Capitaine de la Garde, Prisonnier en la Conciergerie de Paris, Rouen 1619. 8.* & cui titulus *Factum* &c. qui recusi sub indice: *La Mort d'Henry le Grand decouverte a Naples en l' annee 1608. par* PIRRE *du* JARDIN *Sieur & Capitaine de la Garde, natif de Rouen, detenu es Prisons de la Conciergerie de Paris 1619. 4. & ibid. 1619. 8.* Rei lamentabilis seriem enarrat: *Histoire de la Mort deplorable du Roy Henry le Grand*, par PIERRE MATTHIEV, *Paris 1611. f.* & *Paris 1612. 8.* Omnem fere vitæ rerumque ab Henrico M. gestarum seriem dare voluerunt RODOLPHVS BOTEREVS,

in

in Magno Consilio Aduocatus *Commentariorum Libris Septemdecim de rebus in Gallia ac pene toto Orbe gestis* ab Anno 1594. ad an. 1610. *Parisiis 1610. 8. 2. Voll.* ex parte efficere voluit BAPTISTE *le* GRAIN *in Decade contenant la Vie & gestes du Roy Henry le Grand, Paris 1610. f.* & *Rouen 1633 4.* qui quidem singularia quædam & libere scripta, multa tamen etiam, quæ omitti potuissent politica, admiscuit. GVILIELMVS SOSSIVS de *Vita Henrici M.* Libris Quatuor, *Parisiis 1622. 8.* qui & *gallice* editi *Paris 1624. 8.* CLAVDIVS BARTHOLOMAEVS MORISOTVS edidit libellum huius argumenti, inscriptum: *Henricus Magnus, Divione*, siue vt titulus quorundam exemplorum habet *Lugduni Batauorum 1624. 8.* & *Geneva 1627. 12.* Ampliores sunt commentarii, sed non omnibus ob commentandi rationem probati, qui inscribuntur: *Histoire d'Henry le Grand par* SCIPION *du* PLEIX *Historiographe de France, Paris 1632. 1635. 1639. f.* quæ partem faciunt Historiæ Francicæ huius auctoris. Sed omnes hos vincit & scribendi elegantia & pragmatica exponendi ratione qua lectorem instruit, obseruationibus politicis & moralibus insertis: *Histoire du Roy Henry IV. par* HARDOÜIN *de* PEREFIXE, Precepteur du Roy Louis XIV. Evêque de Rodez, *Amsterdam 1661. 12.* & per auctorem emendata & aucta *Paris 1662. 4.* porro *Amsterdam 1678. 12.* & *Paris 1681. 12.* versa *germanice* prodiit *Lipsiæ 1669. 12. belgice, Harlem 1679. 12. anglice, Londini 1670. 8.* Sermone *anglico* edita quoque est *Abrege de la Vie d'Henry IV. Londini 1637. 8.* cuius forte interpres G. LETI. Singularia quædam & errores annotantur in: *Histoire des Amours d'Henry IV. avec un Recueil des quelques belles actions & paroles memorables de ce Roy, Cologne 1667. 12.* cuius Collectionis auctor habetur

habetur LOÜISE MARGVERITE *de* LORRAINE *Princesse de* CONTY.

§. XV.

Res sub *Ludouico XIII. Iusto* nominato gestas easdemque maxime memorabiles plures sane annotarunt. Ad ea, quæ *Rege minorenne* gesta sunt pertinent: *Memoires de la Regence de la Reine Marie de Medicis, Paris 1666. 12.* quæ iussu Cardinalis de *Richelieu* conquisitæ, collectore FRANÇOIS HANNIBAL D' EIREES & plenæ sunt curiosarum obseruationum. Ad hæc tempora faciunt: *Memoires curieux pour servir à l'Histoire de France, depuis l'an 1515. jusqu'en 1611. avec des Remarques & des Figures, Bruxelles, 1718. 12. 2. Voll.* quarum compilator PIERRE *de l'* ESTOILLE Audiancier de la Chancellerie de France, & *Histoire de Louis XIII. & des actions memorables arrivees tant en France qu'es Pais Etrangers, durant la Regence de la Reyne sa Mere, & depuis sa Maiorite* par CLAVDE MALINGRE, *Paris 1616. 4.* qui res ab anno 1610. vsque ad an. 1614. sed adulatorio more descripsit. In ALEXANDRI ZILIOLI *Historia sui temporis*, italice scripta & edita *in Venetia 1642. 4.* extat: *Regenza della Regina Maria di Francia, della Morte del Re Errico IV. suo Marito, che segui l'anno 1610. fino all' anno 1614. nel quale prese l'amministratione del Regno il Re Ludovico XIII. suo figlivolo.* Extat quoque: *Etat general des Affaires de France, sur tout ce qui s'est passe tant dedans que dehors le Royaume, depuis la mort deplorable d'Henry IV. jusqu' a present, Paris 1617. 8.* cuius libri scriptor *d'* AVTREVILLE. Haut omittendæ sunt, ad hunc periodum ex parte pertinentes: *Memoires pour servir a l'Histoire de France, a Cologne 1719. 8. 2. Tom.* & maxime commemora-

morabilis & lectu digna: *Histoire de la Mere & du Fils, c'est à dire de Marie de Medicis, Femme du grand Henry, & Mere du Louis XIII. Roy de France & de Navarre par* FRANÇOIS EVDES *de* MEZERAY, *à Amsterdam 1730. 12.* cui iungendæ: *Memoires concernant les Affaires de France sous la Regence de Marie de Medicis, avec un Journal des Conferences de Loudun, a la Haye 1720. 12.* Magna pars actorum & consiliorum non semper iustorum fuit Marchio *d'Ancre*, cuius fata commemorant *Histoire du Marquis d'Ancre & de sa femme, Paris 1617. 8.* & *Relation particuliere de la mort du Marechal d'Ancre le 24. Avril, 1617.* quæ in *Histoire de Favoris Parisiis 1665. 12.* auctore DVPVY edita est, extat. Eadem tempora illustrat: *Decade contenant l'Histoire de Louis XIII. depuis l'an 1610. jusqu'en 1617. par* BAPTISTE *le* GRAIN *Maître des Requetes de l'Hôtel de Marie de Medicis, Paris 1619. f.* & ex parte: *Histoire des Choses plus memorables de ce qui s'est passé en France, depuis la mort du Roy Henry IV. jusqu' à la fin de 1617. par* P. B. *Sieur de* GAUBERTIN, *Paris 1617.* & *Rouen 1618. 12.* similis argumenti sunt, quæ motus ob Religionem Reformatorum commemorant: *Memoires des Guerres & Choses memorables advenües sous le Regne de Louis XIII. depuis l' an 1610. jusqu' en 1622. par* P. D. i. e. PIERRE DVPVY; atque *Histoire de la Rebellion excitee en France par les Rebelles de la Religion pretendue reformee depuis l' an 1620. jusqu' en 1622.* par C. M. H. h. e. CLAVDE MALINGRE Historiographe, *Paris 1622. 8. 2. Voll.* quæ & aliis sub titulis prodierat. Tempora & negotia dum *Luynius* rebus præerat illustrant ex parte *Memoires de M.* DEAGEANT *envoiez au Cardinal de Richelieu, Grenoble 1668. 12.* quæ ad extremos Regiminis Henrici IV. annos & res Ludouici XIII. vsque ad ann. 1624. faciunt. His iungimus: *Tresor de l'Histoire*

generale de nôtre tems de tout ce qui s'est passé en France sous le Regne de Louis XIII. depuis l'an 1610. jusqu'en 1625. par CHARLES LOISEL Jurisconsulte & Historiographe, *Paris 1626. 8.* Hæc in tempora incidunt motus in Vallibus *Valtelin* excitati, quibus remedia attulit *Ludouici XIII.* cura, de qua agit: *Expeditio Valtelinæa, auspiciis Ludouici Justi suscepta,* auctore ABELIO SAMMARTHANO, *Parisiis 1625. 4. & 8.* & *Relation veritable de ce qui s'est passé en l'Armee du Roy etant en Italie commandee par le Connétable de Lesdiguieres, Paris 1625. 8.* Multæ *Ludouico XIII.* cum fratre Duce *Aurelianensi* erant lites, quas partim enarrant: *Memoires d'un Favori de Son Altesse Roiale Monsieur le Duc d'Orleans, Leyde 1667. 12.* & *sur l'Edition de Leyde 1668. Amsterdam 1702. 12.* quarum auctor habetur *de* BOIS *de* ANNEMETS, adiecit varia scripta minora ad illustranda ea, quæ consignauerat. De celeberrima Obsidione Rupellana & quæ circa eadem tempora gesta sunt cum Anglis multæ extant narrationes, ex quibus notamus: *Histoire generale des Emploits de Gverre faits aux Sieges de la Rochelle & de l'Isle de Re, contenant la fuite des Anglois & la Division des Habitans de la Rochelle, Paris 1627. 8.* & *Arcis Sammarthanæ Obsidio & fuga Anglorum a Rea Insula* scriptore IACOBO ISNARD Aduocato, *Parisiis 1629. 4.* cui opposita: EDVARDI HERBERTI *Baronis de Cherbury Expeditio Ducis de Buckingham in Ream Insulam,* quod opus postumum publici iuris fecit TIMOTHEVS BALDVINVS. Ipsam memorabilem maxime Obsidionem commemorant: *Journal des choses plus memorables, qui se sont passees au dernier Siege de la Rochelle par* PIERRE MERVAVLX Rochelois, *Rouen 1628. & 1640. 8.* & insigniter auctus libellus *Rouen 1671. 12.* atque *anglico* sermone *London 1630. 8.* & quæ elegans

gans est *Expeditio Rupellana, armis Ludouici Iusti Regis confecta, auctore* ABELIO SAMMARTHANO, *Parisiis 1629. 8.* atque inter opera iunctim edita *Parisiis 1633. 4.* versa porro *gallice* cura *Jo. Baudoin* & edita sub titulo: *Histoire de la Rebellion de Rochelois & de leur reduction à l'Obeissance du Roy, Paris 1629. 8.* Similis argumenti sunt: *Rupella capta, seu, de felici Ludouici XIII. ad perduelles Hæreticos Expeditione, auctore* IOANNE SIRMONDO Historiographo Regio, *Parisiis 1629. 4.* &: *Capta Rupecula, Cracina* (Rea Insula) *seruata, auspiciis & ductu Ludouici XIII. descripta vtraque a* PHILIBERTO MONETO *e Societate Iesu, Lugduni 1630. 12.* eleganter quidem scriptæ, sed non sine studio partium. De *Obsidione Vrbis Rupellæ* Libri Quatuor, extant quoque auctore NICOLAO PROUST *des* CARNEAUX, *Parisiis 1630. 8.* & GEORGII REVELLI *de Rupella ter obsessa, dedita demum, capta, subacta* Libri Tres, *Amstelodami 1649. 8.* Singularis est libellus: PETRI BERTII *de aggeribus & pontibus hactenus ad Mare exstructis Digestum novum, Parisiis 1629. 8.* quo stupendi operis aggerem quo portum clausit Riceliacus, curiose descripsit. Omnes hasce inter Regem & Reformatos lites actionesque enarrant, sed non sine bile & studio partis: *Histoire de Gverres de Louis XIII. contre les Religionnaires rebelles par* CHARLES BERNARD, *Historiographe de France, de l'Imprimerie Roiale 1633. f.* paucis exemplis formis impressi, inserta postmodum ipsius *Historia Ludouici XIII.* atque *L'Histoire des Gverres des Huguenots faites en France sous le Regne de Louis XIII. avec le Plan des Villes qui ont été assiegees Paris 1634. 4. Paris 1665. 12. 2. Voll.* cuius compilator LOVIS *de* MAYNE, Baron de Chabans, Gentilhomme ordinaire, cum quibus

ex Reformatorum parte coniungendæ: *Memoires d'* HENRY *Duc de* ROHAN *sur les Choses advenües en France depuis la mort d'Henry IV. jusqu' à la Paix faite par les Reformez en 1629. 1644. 12.* Locus impressionis fuit *Amstelodami*, vbi cura *Samuelis Sorbierii*, prodiere & 1646. *16.* & ex noua Editione aucta Libro Quarto, aliisque *Paris 1665. & 1693. 4. & 12. 2. Voll.* Quum *Ludouicus XIII. Carolo Gonzagæ Niverniæ* Duci in Caussa *Mantuana* adesset, edita: *Relatione degli Affari di Mantoua*, in *Francfort 1629. 4.* Variæ summorum Virorum de hoc bello narrationes collectæ prostant in: *Memoires concernant les dernieres Guerres d'Italie depuis l'an 1625. jusqu'en 1632. par divers autheurs, avec trois Traitez de* JEAN *de* SILHON *sur le même Sujet, Paris 1669. 1682. 12. 2. Voll.* auctor *primæ* expositionis fuit LOVIS *de* GVRON; *secundæ* Mareschallus *de* SCHOMBERG; *tertiæ Marchio* D'EFFIAT; *quartæ* ipse Cardinalis *de* RICHELIEV. Conferendæ: *Memoires sur l'Origine des Guerres, qui travaillent l'Europe depuis cinquante ans par* PIERRE LINAGE *de* VAUCIENNE, *Paris 1677. 12.* Addatur: *Ludouici XIII. Expeditio in Italiam pro Carolo Duce Mantuæ*, auctore JOANNE BAPTISTA MACHAVLT *e Societate Jesu, Parisiis 1630. 4.* & *Delle Guerre d'Italia dell' anno 1613. all' anno 1630. Tomo primo da* LVCA ASSARINI, in *Torino 1665. f.* Hasce res illustrant quoque mirifice: *Memoires de* FRANÇOIS *Marechal de* BASSOMPIERE *contenant l'Histoire de sa Vie, & de ce qui s'est passé de plus remarquable a la Cour de France, depuis 1598. jusqu' a son entree à la Bastille, Cologne 1665. Amsterdam 1692. 12. 3. Voll.* & iterum *Cologne* siue *Rouen 1703. 12. 2. Voll.* qui quum publicis rebus interfuerit, præsertim gestis cum Hispanis, fidem meretur. Obseruarunt tamen curiosi in exemplis

plis formis impreſſis loca quædam fuiſſe omiſſa, quæ in manu exaratis extarent. De Controuerſiis cum *Matre* & *fratre* exponunt varii libelli minores a diuerſis auctoribus ſcripti, quorum plerosque collegit PAVL HAY *Sieur du* CHASTELET Conſeiller d'Etat, ſub indice: *Recueil des diverſes Pieces pour ſervir a l'Hiſtoire 1635. f. Paris 1635. 1643. 4.* longamque Præfationem Apologeticam, pro *Richelio* Cardinale præmiſit. Huc pertinet: *Journal d'* ARMAND JEAN *du* PLESSIS *Cardinal du* RICHELIEV, *qu'il a fait durant le grand orage de la Cour ès annees 1630. & 1631. tiré des Memoires qu'il a ecrits de ſa main avec divers autres Pieces remarquables concernant les Affaires arrivées de ſon temps 1649. 8. Troyes ſur l'imprimé de Paris 1652. 12. Amſterdam 1664. Lyon 1666. 12.* farrago eſt ſatis confuſa, de negotiis quæ tum Cardinalis curas maxime augebant, non ab ipſo ſed ab alio quopiam compilata. Motibus inteſtinis a Regis fratre concitatis ſe immiſcuit infelix ille *Montmorencius*, capite poſtea truncatus, cuius fata recenſet: *Hiſtoire d'Henry dernier Duc de Montmorenci, Pair & Marêchal de France par* SIMON *du* CROS, *Paris 1663. 4.* Acta Cardinalis in his ſuperioribusque negotiis publicis quaſi edita Apologia defendere conatus CHARLES VIALART *dit de* SAINT·PAVL in *Memoires du Miniſtere du Cardinal de Richelieu avec diverſes Reflexions politiques, Paris 1649. f. Paris 1650. 12. 4 Voll. Leyden 1651. 8. 3. Voll. Leide 1664. Paris 1665. 1670. Amſterdam 1671.* continent varia ab a. 1624. vſque ad an. 1633. Contra hoc opus prodiit: *Arrêt du Parlement contre ce Livre du 11. Maii, Paris 1650. 4.* De Cardinalis Riceliaci actis laudationes & narrationem magnam partem rerum ſub *Ludouico XIII.* geſtarum complectuntur. Præter ea, quæ

iam adduximus huc facit: *Histoire du Cardinal de Richelieu* par LOUIS AUBERY, *Paris 1660. f.* & *Cologne 1665. 12. 2. Voll.* qua quidem commemorabilia multa adfert, Cardinali tamen nimium adulatur. Coniungantur *Memoires pour l'Histoire du Cardinal Richelieu, Paris 1660. f. 2. Voll. Cologne 1667. 12. 5. Voll.* qua egregia ad Historiam & ministerium Cardinalis subsidia, acta nimirum publica, epistolæ, aliaque monimenta adferuntur. Quorum collectionem licet *Auberio* adscribatur debemus *Antonio* cumprimis *Bertier*. Nec omittendæ: *Lettres du Cardinal Duc de Richelieu, Paris 1695. 8.* atque *Testament Politique du Cardinal de Richelieu, Amsterdam 1688. 12. 2. Voll.* & *ibid. 1708. 12.* qua artes ipsius regnandi exponuntur. Veram ipsius effigiem dedit: *Histoire du Cardinal de Richelieu. Cologne 1696. 12. 2. Voll.* & *Amsterdam 1714. 8.* cuius Scriptor IO. CLERICVS. Ministerium Cardinalis Riceliaci gallice editum iam laudauimus, extat illud *latine* versum, *Francofurti 1652. 8.* & *Herbipoli 1662. 8.* Quæ auspiciis *Ludouici XIII.* pro Domo Austriaca in Germania acta fuerint curate eleganterque exponuntur, in: *Ambassade de Mrss. le Duc de Angoulesme & de Chateauneuf, avec des Obseruations politiques de Mr. de* BETHUNE, *Paris 1667. f.* Belli cum *Austriacis* in Belgio & Germania gesti causas & vicissitudines exponunt: *Commentarius de Bello Burgundico apud Sequanos*, auctore PHILIBERTO *de la* MARE Regii Ordinis Milite, Senatore Diuionensi, *Divione 1642.* & *ibid.* ex secunda Editione filii auctoris *1689. 4.* & quæ ab aduersa parte editi: *Successos y Victorias de las Catholicas armas de Espanna & del Imperio en Francia nel anno 1636.* en *Sevilla 4.* & quæ has res inter alia illustrat: *Histoire du Maréchal de Toiras, ensemble une bonne partie du Regne de Louis XIII. par*

MICHEL

MICHEL BAUDIER, *Paris 1644. f.* De particularibus hoc in bello euentibus commemorarunt: ANTONIVS *de* VILLE Eques Gallus de *Obsidione Corbeiensi* cum figuris *van Locbon* sculptoris regii, *Parisiis 1637. f.* & alia narratio, inscripta: *Leucata obsidione liberata* ex Libris Rerum Gallicarum IOANNIS SAMBLANCATI *Tolosæ 1637. 4.* & *de victis ad Leucatam Hispanis Triumphus Caroli Schomberti*, auctore IACOBO VILLARIO, *Monspelii 1638. 4. Le Siege de Landrecy, Paris 1637. 4.* IVLII CHIFFLETII *Audomarum obsessum & liberatum anno 1638. Antwerpiæ 1640. 12.* IOSEPHI MORETI *Historia Obsidionis Fontarabiæ anno 1638. frustra a Gallis tentatæ* Libri Quatuor, *Pampelonæ 1638. 24. Prise de la Ville de Brisac par le Duc de Veymar, Paris 1638. 4. Le Siege d'Hesdin par* ANTOINE *de* VILLE, *Lyon 1639. 4.* Alia extat scriptio sub titulo: *Bellum septimestre, seu Aria a Gallis obsessa & capta, moxque ab Hispano exercitu recuperata an. 1641.* anctore IOANNE HVMETZIO, *Audomari 1644. 4.* De Bello cum *Austriacis* in Germania plures commentarii prostant, nempe A LINAGE *de* VAVCIENNE *Memoires sur l'origine de Guerres qui travaillent l'Europe depuis cinquante ans, Paris 1677. 12. Cologne 1678. 12. 2. Voll.* qua caussæ horum bellorum inuestigantur ab auctore, qui partium est Gallicarum. Elegantissime & pragmatice est scripta: *Histoire des Guerres & des Negociations, qui precederent le Traite de Westphalie sous le Regne de Louis XIII. par le* P. BOVGEANT, *a Paris 1727. 4. 2. Voll.* Possunt etiam hic adhiberi: *Histoire universelle de nôtre tems; contenant ce qui s'est passé de plus remarquable depuis la Declaration de la Guerre entre les Couronnes de France & d'Espagne, l'Empire, la Suede & les autres Etats Alliez jusqu' a la mort de Louis XIII. Paris 1644. 12. 4. Voll.* Ex Italis adhibendi:

bendi: *Guerre di Germania dal* ALESSANDRO *de* NORIS, in *Bologna 1640. 4.* & *Historia delle Guerre frà Ferdinando II. & III. & Filippe IV. Ré d'Espagna, contrò Gustavo Re di Suecia & Ludouico Re di Francia Libri XXVI. dall' anno 1630. fin all' anno 1640. scritta dal Conte* GALEASSO GVALDO PRIORATO in *Geneua 1642.* in *Venetia 1644. 4.* & *8.* Motus in *Cataloniæ Principatu* harumue caussas, & actiones bellicas describunt: *Historia de los mouimentos y separacion de Catalunna, y de la Guerra entre el Philippe IV. y la Deputacion general de aqual Principado, en el anno 1640. per* CLEMENTE LIBERTINO, *en San Vincente 1645. 4.* & *Epitome de los principios y progressos de las Guerras de Catalunna por* CASPAR SALAS, en *Barcelona 1641. 4.* & *gallice* sub indice: *Histoire de ce qui s'est passé en Catalogne en 1640. & 1641. Rouen 1641. 4.* atque libellus sub titulo: *Perpiniacum captum* auctore ANTONIO CHANUT, Societatis Iesu, *Tolosæ 1642. 4.* & plures huiusmodi libelli, quorum indicem dare instituti nostri ratio non permittit. Vniuersam vitæ & rerum sub *Ludouico XIII.* gestarum seriem condere & enarrare varii conati, ex quibus hosce damus: Partem regiminis Ludouiciani descripsit GABRIEL BARTHOLOMAEVS GRAMONDVS in Parlamento Tholosano Præses, qui *Historiarum Galliæ ab excessu Henrici IV. ad annum 1629. Libros Decem Octo* composuit, editos *Tolosæ 1643. f. Amstelodami 1658. 8.* & *Lipsiæ 1674. 8.* qui Præsidis Thuani immortale opus ad imitandum sibi proposuit, ipsi autem & stilo & fide longe inferior, nec omni sua adulatione Richelium permouere potuit, vt subsidia ad pertexendam ad mortem vsque Regis telam acciperet. Supra iam mentio facta de *Histoire de Louis XIII. jusqu' à la Guerre declaree contre les Espagnols* (en 1635.) *par*

par CHARLES BERNARD, *Lecteur ordinaire & Historiographe du Roy, Paris 1646. f.* cuius continuatio a *Carolo Sorelio* auctoris nepote vſque ad an. 1643. perducta. Multi in eo taxant, quod minutias nimium fuerit ſectatus & immiſcuerit varia ad rem non pertinentia. Facit huc: *Le Journal de Louis XIII. ou l'Hiſtoire journaliere du Regne de Louis XIII. contenant ce qui s'eſt paſſé de plus remarquable, depuis l'an 1610. juſqu' a ſa mort, continue ſous le Regne ſuivant juſqu' en 1646.* par S. M. C. ſiue vt interpretantur CLAVDE MALINGRE Senonois, *Paris 1646. 8. 2. Voll. & Hiſtoire du Regne de Louis XIII. par* D. I. D. I. *Paris 1643. 8. 3. Voll.* Multa libertate ad ſcribendam accurate hiſtoriam *Ludouici XIII.* inſignem rerum & notitiarum ſæpe arcanarum conduxit, & de erroribus næuisque aperte ſententiam dixit in *Hiſtoire du Regne de Louis XIII. contenant ce qui eſt arrive de plus remarquable en France & dans l'Europe, depuis le commencement de ſon Regne juſqu' a la mort de ce Prince* par MICHEL *le* VASSOR, *Amſterdam 1701.-1711. 12.* X. Voll. ſtili languorem in opere hoc multi taxant. Cum hac coniungenda: *Hiſtoire du Regne de Louis XIII. & des principaux evenements arrivez pendant ce Regne dans tous les Pais du Monde*, quæ Domino le COINTE adſcribitur, *Paris 1716. 1717. 12.* Ex parte aliqua huc facit: *Nouvelle Hiſtoire de France, contenant premierement l'Hiſtoire des Rois juſqu' à la mort de Louis XIII. ſecondement les Moeurs & Coûtumes de la Nation &c. par* LOUIS *le* GENDRE *Chanoine de l'Egliſe de Paris, a Paris 1718. f. 3. Voll. & 12. 7. Voll.* quæ ſcripta eſt culte & neceſſariis coæuorum corroborata teſtimoniis. Ad laudatos iam de Rege & Cardinale ſcriptores ſupplendos facere poſſunt: *Anecdotes du Miniſtere du Cardinal de Richelieu & du Regne de Louis XIII.*

avec quelques Particularitez du commencement de la Regence d'Anne d'Autriche tirees & traduites de l'Italien du Mercurio di Siri par M. DE V--- i.e. l'Abbé *de* VALDORI, *Amsterdam* siue potius *Roüen 1717. 12. 2. Voll.* sed titulus Anecdotorum non respondet nigro, nec omnia ex Victorio Siri potuerunt desumi quæ annotauit scriptor. His addantur: *Memoires pour servir à l'Histoire du Roy Louis XIII. & de la Reine Anne d'Autriche Mere du Roy, par Madame* D. M. h. e. *Madame* BERTRAND *Veuve de Mr. de* MOTTEVILLE, quæ reginæ a seruitiis Cameræ erat.

§. XVI.

Ludouici XIV. Magni dicti diuturnum & memorabile maxime regnum vt rerum gestarum varietate, ita & scriptorum, sæpe tamen & adulatorum numero abundat. Ex insigni horum amplissimaque serie selectiores dabimus. De conditione habituque rerum Rege minorenne, sub tutela Matris *Annæ* Austriacæ adhibendi: *Memoires de Mr. de la* CHASTRES *sur ce qui s'est passe a la fin de la Vie de Louis XIII. & au commencement de la Regence de la Reine Mere*, quæ formis sunt impressæ atque additæ iis, quas scripsit *Mr. de la* ROCHEFAVCAVLT, *Leyde 1662. 1669. 12.* quæ sunt elegantissimæ. Ad hæc tempora referendi, posteriores Tomi collectionis illius præstantis vtilissimæque, quæ quod ad maximam partem ad regimen *Ludouici XIII.* pertinet, quæque studio IOANNIS RICHER typographi & bibliopolæ compilata fuit, cui index: *Le Mercure Historique, ou la Suite de l'Histoire de la Paix*, cuius Tomus *Primus* iussu Parlamenti d. 7. Ianuarii 1612. fuit suppressus, editus *Paris 1611. 8. Secundus ibid. 1615. 8. Tertius* ibid. *1617. 8. Quartus*, ibid. *1618. 8.* Tomus *Quintus* & sequentes vsque ad *Vi-*

ad *Vigesimum Quintum*, exhibent curiosas narrationes, expositiones, libellos, acta publica de cæremoniis, commemorationes ab anno 1617. vsque 1644. *Paris 1620. 1628. 8. 20. Voll.* Posteriores *Tomi* licet primis præstantia haut sint æquales rariores istis sunt. De actionibus *Bellorum* in Germania, Belgio, Catalonia, Italia contra *Austriacos* & confœderatos gestorum, magno numero extant *relationes* obsidionum, præliorum &c. ad præstantiora monimenta referenda est: *Histoire du Comte de Guebriant, Marechal de France, contenant le recit de ce qui s'est passe en Allemagne dans les Guerres contre la Maison d'Autriche, depuis l'an 1635. jusqu' à sa mort* &c. *par* JEAN *le* LABOUREVR *Prieur de Juvigne, Paris 1656. f.* quæ plena est rerum obseruatu dignarum, nec non: *Memoires du Sieur de Pontis Officier des Armees du Roy, Amsterdam 1678. 12.* & *La Vie* de JEAN GASSION *Marechal de France, depuis l'an 1600. jusqu' à sa mort, Paris 1673. 12. 4. Voll. Amsterdam 1696. 12. 2. Voll.* cuius auctor MICHEL *de* PVRE stilo quidem non adeo compto vsus, annotauit tamen quædam singularia. Continuationem motuum Cataloniæ complectitur: *Historie delle Guerre civili di Catalogna del Comte* MAIOLINO BISACCIONI, in *Bologna 1653.* 4. atque de ceteris Italicis rebus commemorat: *Cabinetto istorico delle Guerre d' Italia, nel quale si scorge la ragione delle Guerre che si vedevano sopra stare all' Italia, nel anno 1640. e quanto e seguito fino all' anno presente 1647. del Capitan* PIER FRANCESCO PIERI, *Fiorentino*, in *Firenze 1648.* 4. Cumque conniuente Aula Francica Dux *Guisius* tumultibus Neapolitanis se immiscuisset Classisque Gallica ad oras huius Regni fuisset missa, prodiit inter multa alia scripta: *Histoire des Revolutions & Mouvemens de Naples, traduite*

de l'Italien du Comte GALEASSO GVALDO, Priorato, *Paris 1654. 4.* atque: *Historia, overò Narratione Giornale della ultima Rivolutione di Napoli doppo l'anno 1647. in fino alla prigione del Duca di Guisa da* AGOSTINO NICOLAI, *Amsterdam 1660. 8.* & in primis *Memoires de Mr. le Duc de Guise, contenant son entreprise sur le Roiaume de Naples jusqu' à sa Prison, Paris 1668. 4. Cologne 1668. 12. 2. Voll. Paris 1681. 12. Amsterdam 1703. 12. 2. Voll.* italice in *Colonia 1675. 12. 2. Voll.* germanice, *Franckfurt 1670. 12.* anglice, *London 1669. 12.* quarum scriptor est *Sieur* de Saint-Yon, son Secretaire. Addatur: *Histoire des Revolutions de Naples depuis l'an 1647. jusqu' à la prison du Duc de Guise par le Comte de* MODENE, *Paris 1666-1668. 4.* cui tamen multa sunt admixta, quæ ad argumentum non pertinent. De motibus in Vrbe regia Parisiensi primis sub hoc Rege exponunt: *Relation veritable de ce qui s'est passé le 26. 27. & 28. Août 1648. aux Barricades de Paris, Paris 1648. 4.* & post alios multos libellos præcipue *L' Histoire du tems, ou la veritable Recit de tout ce qui s'est passé dans le Parlement de Paris depuis le mois d'Août 1647. jusqu' au mois de Novembre 1648. 1649. 4.* & ex secunda Editione continuata vsque ad compositionem harum turbarum, adiectis variis Actis *1649. 4.* cuius auctor est NICOLAS IOANNES *Sieur du* PORTAIL *Bailly de Saint Denis en France.* Hisce in turbis infinita vis libellorum a partibus editorum, inprimis vero aduersus Cardinalem *Mazarinum* prodiit, qui etiam suos nactus est defensores. Quos inter eminet curiosissimum & rarissimum scriptum, cuius index: *Jugement de ce qui a ete imprime contre le Cardinal Mazarin depuis le 6. Janvier jusqu' au premier Avril*, cuius *prima Editio* prodiit *1650. 4. Secunda* eademque aucta *eodem anno 1650. 4.* quæ 717. paginas

ginas habet. Nomen commune libri huius est MASCVRAT, nam in figura Dialogi conditum est collocutoribus *Saint Ange Libraire*, qui est *Gabriel Naudæus* scriptor cultissimi libri, & *Mascurat* Imprimeur, sub quo latet *Camusat* typographus Parisiensis. Similis instituti pro *Rege* scriptus est Liber, cuius titulus: *Lumieres pour l'Histoire de ce temps, ou la Refutation des tous les Libelles & Discours faits contre l'autorite Roïale durant les troubles de Paris, avec les motifs de stabilite de la Paix contre l'opinion du vulgaire*, qui ad annum vsque 1649. Mensemque Maium pertingit, addantur: *Pieces d'Etat ou les Sentimens des Sages, Paris 1649. 4.* quæ directæ sunt aduersus libellos quosdam in hisce vicissitudinibus, editos; & *Raccolta di diverse Scritture sopra le ultime Commotioni della Francia nel anno 1649. tradotte da gli Originale Francese 1649. 4.* Continuata fuit Seges libellorum cum capti fuissent Principes regii sanguinis Condæus & ceteri. Quorsum inter multa alia pertinent: *Apologie pour Messieurs les Princes, envoiée par Madame de Longueville a Messieurs du Parlement de Paris 4.* & *Apologie particuliere pour Mr. le Duc de Longueville, ou il est traite des services que sa Maison & sa personne ont rendus a l'Etat, tant pour la Guerre, que pour la Paix, avec la Reponse aux imputations calomnieuses des ses ennemis par un Gentilhomme Breton, Amsterdam 1650. 4.* nec non; *Reponse de Mr. le Prince* (de CONDE) *& ses tres-humbles Remontrances faites au Roy, a la Reine Regente & a la France, sur le sujet de sa detension 1651. 4.* Cumque hisce in turbis a Parlamento Parisiensi *Mazarinus* banno fuisset notatus, editum fuit: *Le Manifeste du Cardinal Mazarin laisse a tous les François avant sa sortie hors du Roiaume, contenant un exact abrege de toutes les actions de son Mini-*

Ministere; repondant à tous les Chefs d' accusations qu'on lui a objectez decouvrant les motifs, les intrigues & la politique dont il s'est servi pour entreprendre, pour conduire & pour etablir tous ses desseins 4. Successit: *Suite du Manifeste du Cardinal Mazarin*, 4. Breuiter enarrat, quæ tot libellis singularibus sæpe acerbis fuerant proposita scriptum cui index: *Le Secret ou les veritables Causes de la detension & de l'argissement de Messieurs les Princes; avec un exact Recueil de toutes les Deliberations du Parlement dans les Assemblees, qui ont ete faites pour leur liberte & pour l'eloignement du Cardinal Mazarin, où sont fidelement exposez tous les Raisonnements & les belles Remarques faites par chacun de ces Messieurs dans leurs opinions 1651. 4.* quo ea quæ a die 18. Ianuarii 1650. vsque ad 12. Febr. 1651. contigere, enarrantur. Addatur: *Histoire des derniers Guerres civiles*, quæ sine auctoris, loci & temporis mentione in 12. prodiit, & ea consignata refert, quæ a Decembri mense anni 1647. vsque ad liberatos ex captivitate Principes, memorabilia vidit scriptor, cui adiungenda: *Histoire de la prison & de la liberte de Mr. le Prince, Paris 1651. 4.* Cumque Princeps Condæus iterum arma sumpsisset, prodierunt: *Motifs de la Retraite de Mr. le Prince, Paris 1651. 4.* & *L'Innocence des Armes de Mr. le Prince justifiee par les Loix de la Conscience, Bourdeaux 1651. 4.* Ex innumeris fere libellis expositionibusque a partibus editis, misera Regni Gallici conditio, qualis tum erat, quum Principes Regii sanguinis hisque adhærentes Mazarino se opponerent, cognosci potest, quorum tamen legendorum non cuiuis datur occasio, adhiberi itaque possunt qui rerum seriem breuiter exposuerunt, nimirum: *Historia memorabili delle sollevationi di stato di nostro tiempo, dall' anno 1626. all' anno 1652.*

1652. *dal* GIO. BAPTISTA BIRAGO, *in Venetia* 1653. 4. & in primis: *Memoires de* M. D. L. R. *sur les brigues a la mort de Louis XIII. Les Guerres de Paris & de Guienne & la Prison des Princes. Apologie de Mr. de Beaufort* &c. *Cologne* siue potius apud *Batauos* 1669. 12. quarum auctor, vt literæ nominis initiales docent: Mr. *de la* ROCHEFAVCAVLT, *Prince de Marsillac.* Meliorem in ordinem missæ iterum prodierunt, sub titulo: *Memoires pour la Minorite de Louis XIV. Villefranche,* siue potius *Amsterdam* 1680. 1690. 12. cum præfatione & notis *Abraham Nicolas* AMELOT *de la* HOVSSAYE, editæ quoque *anglice Londini* 1683. 8. atque *Memoires de Mr. le Cardinal de Rets, Nancy* 1717. 12. 3. *Voll.* & *Amsterdam* f. *Rouen* 1718. 12. 5. *Voll.* Supplementi loco sunt: *Memoires de Mr.* JOLY *Conseiller au Chatelet de Paris* 1718. In: *Memoires de* M. L. D. D. N. i. e. *Madame la Duchesse de* NEMOVRS *contenant ce qui s'est passe de plus particulier en France pendant les Guerres de Paris jusqu' à la Prison du Cardinal de Rets, Cologne* i. e. *Paris* 1709. 12. personæ principes, quæ capita erant partium libere & curate describuntur. Militares res harum turbarum ex parte illustrant: *Memoires de Mr. de Pontis, qui a servi dans les Armees cinquante-six ans sous les Rois Henry IV. Louis XIII. & Louis XIV. contenant plusieurs Circonstances remarquables des Guerres, de la Cour & du Gouvernement de ces Princes, Rouen* 1676. 12. & ex *Editione Secunda, Paris* 1679. 12. Ad hæc tempora quoque pertinent scripti stilo graui & pragmatico, conciso tamen, pleni euentuum magni momenti, annotationumque singularium IOANNIS LABARDAEI, (*de la Barde,*) Matrolarum ad Sequanos Marchionis, Regis apud Heluetios extra ordinem Legati, *de rebus Galliarum Libri Decem, Parisiis* 1671. 4. *mai.*

Multum

Multum iuuat ad harum notitiam controuersiarum: *Journal contenant ce, qui s'est passé au Parlement de Paris sur les affaires du tems depuis le 13. Maji 1648. jusqu' au 12. Avril 1649. Paris 1648-1649. 4.* & porro ex emendatiore Editione. Continuatio extat, sub titulo; *Suite du vray Journal des Assemblees du Parlement contenant ce qui s'est passé depuis la saint Martin en 1649. jusqu' a Pâques (le 3. Avril) 1651. Paris 1651. 4.* Addatur: *Relation contenant la Suite & conclusion du Journal de tout ce, qui s'est passé au Parlement pour les Affaires publiques, depuis Paques 1652. jusqu' en Janvier 1653. Paris 1653. 4.* Ex *Italis* ad huius temporis periodum pertinet *Historia delle Guerre ciuili di Francia descritta dal Comte Mcjolino* BISACCIONI Gentilhuomo ordinario della Camera del Re Christianissimo, qua ea, quæ ab anno 1648. vsque ad an. 1651. contigerunt, & in secunda editione ad annum vsque 1653. Extat hæc pars historiæ in huius scriptoris *Historia Bellorum Ciuilium*, quæ in *Venetia 1652.* & in *Bologna 1653. 4.* prodiit. Nec heic omittenda, quam iam excitauimus: *Historia delle Rivolutioni di Francia sotto il Regno di Luigi XIV. dall' anno 1648.* fin all' anno *1654. con la continuatione della Guerre trà le due Corone, Libri dieci del Conte* GALEASSO GUALDO Priorato, in *Venetia 1655. f.* & in *Parigi 1656. f.* & cum accessionibus variis ad historiam Europæ huius æui in *Colonia 1670. 4.* Armorum Gallicorum fata in Italia circa hanc temporis periodum consignata legimus in *Historia delle Guerre d' Italia dall' anno 1635. fin' all' anno 1657. da* GIROLAMO BRUSONI, in *Venetia 1657. 4.* & in *Torino 1680. f.* & ex parte huc facit scriptum huius tituli: *Mottivi di tutte le Guerre manegiate dalla Corona di Francia nell'o proprio Regno altrove dall' anno 1560. fino all' anno 1672. Parte tre dal* ALBERTO LAZARI, in *Venetia*

Venetia 1676. 4. Res Bellicas vltimorum annorum inter Hispaniam & Franciam, atque tractatus de Matrimonio inter Ludouicum XIV. Hispaniæ Infantem, Pacis præterea Pyreneæ multi descripserunt. Tales sunt: *Varii Europæ Euentus compendiose descripti ab anno 1643. ad annum 1659.* auctore FRANCISCO VILIOTTO, Siculo, Ciue & Medico Montis Regalis, *Monte regali 1667. 8.* cumprimis autem legendus liber inscriptus: *Journal pour servir a l'Histoire de ce qui s'est passé de plus memorable depuis la Guerre declarée entre la France & l'Espagne (en 1635) jusqu' a la Conclusion de la Paix & Mariage de leurs Majestez, Paris 1660. 4.* ad noscendas Cæremonias inprimis inseruit: *Journaux historiques contenant ce qui s'est passé de remarquable dans le Voiage du Roy & de son Eminence, depuis leur depart de Paris le 23. Juin 1659. pour le Traite de Mariage de sa Majesté & de la Paix generale jusqu' a leur retour; avec les Conferences tenues à ce sujet; l'Entrée de leurs Majestez dans les Villes de leur passage; leur triomphe dans Paris, Paris 1660. 4.* nec non: *Viage del Rey Felippe IV. a la frontiera de Francia & Vistas de su Maiestad Catholica y Christianissima y solemne Juramento de la Paz y successos* &c. *en Relation Diaria* por LEONARDO *del* CASTELLO *1667. 4.* Libere & cordate scripti sunt de motibus Galliæ, sed exponendi ratione ad Taciti imitationem composita & obscura ex parte BENIAMINI PRIOLI *ab excessu Ludouici XIII. ad sanctionem Pacis, Historiarum Libri Decem,* quorum *Quinque priores* editi primum *Parisiis 1662. 4.* omnes *decem Carolopoli* siue potius *Parisiis 1665. 4. Lipsiæ 1669. 8. Vltraiecti 1670. 8.* & cum notis ac indice *Christophori Friderici Franckensteinii, Lipsiæ 1686. 8.* quæ editio est optima. Versi quoque hi *Prioli* Hi-

d'Autriche, avec plusieurs lettres interceptees, à Anvers 1577. 4. Alius est tractatus *de iure belli Belgici adversus Philippum Regem, 1578. 8.* & quæ forte cum præcedenti eadem est: *De Iure Belli Belgici aduersus Philippum Oratio, Nobilis Belgæ;* accessit CASPARIS CASPARII *Princeps Auriacus, seu Libertas defensa, Hagæ Comitum 1599. 8.* Idem egit IACOBVS ADAMAEVS in *demologia Belgica* ad Mauritium Nassouicum, *Franeckeræ 1595. 8.* qua caussas & res in Belgio gestas ab anno 1556. ad 1595. recenset. RICHARDVS HAIL *de primariis caussis tumultuum Belgicorum, Duaci 1581. 8.* FLORENTIVS *van der* HAER *Florentinus de initiis tumultuum Belgicorum, Duaci 1587. 8.* exposuit. FRANCISCVS HARAEVS *sinceram declarationem* dedit *caussarum belli Belgici, ab anno 1566. ad 1608. Antwerpiæ 1612. 8.* sed Hispanorum partibus nimium fauet. Harum quidem quoque partium est, qui scripsit: *Grondig Berigt van't Nederlands Oproer, beschreven in't François door* VIGLIVS ZWICHEMIVS *ab* AYTA, *on langs in de Nederduitsche Taale overgeset door V. H. 8.* sed tamen errores quosdam non dissimulauit. Pertinet huc etiam libellus inscriptus: *Ciuilium apud Belgas bellorum initia, progressus, finis optatus, in quam rem remedia, a ferro & pace præscripta 1628. 8.* Cum etiam Philippus II. publicasset: *Decretum Banni & proscriptionis contra Wilhelmum Nassouicum anno 1580,* respondit iste sub titulo: *Apologie ofte Verantwoordinghe Herrn Wilhelm Prince von Oranien, teghen den Ban ofte de edict by Forme van proscriptie ghepublicirt by den Coningh van Spagnien, t'Haag 1581. 4.* & latine sub indice: *Apologia illustrissimi Principis Wilhelmi Dei gratia Principis Auriacæ &c. ad Proscriptionem ab Hispaniarum Rege in eum promulgatam 1581. 8.* scripta, *Grotio* teste *Annalium Libro III.* a

Petro Villerio homine Gallo, intimæ apud Principem admissionis; *Philibertus* vero *de la Mare* Vita *Huberti Langueti* p. m. 122. *Langueto* tribuit. Insunt huic libello secreta varia in primis de *Philippo II.* & est perscripta acerbe. Extat quoque *gallice*.

§. X.

Inter illos, qui orti ex his motibus grauissimi Belli *Historiam* scripserunt, plures sunt ab vtraque contendentium parte. Aliqua quæ huc pertinent, attigit ADAMVS HENRIC. PETRI edita *descriptione rerum a morte Caroli V. gestarum, Basileæ 1593. f.* germanico sermone. RICHARDVS DINOTHVS *de bello Ciuili Belgico libros VI.* exhibuit *Basileæ 1586. 4.* MICHAEL EITZINGERVS in *de Leone Belgico topographica & historica Descriptione Coloniæ Vbiorum 1583. f.* misere scripta; GVILIELMVS MAIVS dedit *Polemographiam Belgicam ab anno 1566. ad 1594, Coloniæ 1594. 4.* Sed isti omnes leuioris sunt momenti, de quibus placet adducere solidum iudicium *Euerhardi Reidani*, quod in præfatione fecit: *Videmus tot externos scriptores eruditos, & in his Rostochii Dauidem Chytræum, Basileæ Adamum Henricum Petri, Richardum Dinothum Mompelgardi, quendam obscuri nominis Gallum, Lugduni, Michaelem Eitzingerium Austriacum & Hispaniarum Regis morionem, denique & Saxonem, Guilielmum Maium, Göttingensem, leuem atque inconstantem sibi, tum complures alios, quos nominare, nedum legere pretium non est, eo audaciæ processisse, vt nostris de rebus, quarum ignarissimi sunt, ingentes libros componerent.* Sed præter hosce CASPAR ENS scripsit *Commentariorum* f. *de bello Gallo-Belgico, Tomos sex*, vsque ad annum 1609. *Coloniæ 1610. f.* quos plerumque ex Meterani historiis hausit, & *Mauritiados libros V*, in quibus belli

caussas

caussas & Mauritii victorias describit, *Coloniæ 1612. 8.* qui curiosus quidem & deligens est, sed non in omnibus satisfacit. BONAVENTVRAE VVLCANII *historia Belgicorum tumultuum* accuratissima est, qua res in Belgio ab anno 1556. ad 1577, quo Hispani, pace per Ioannem Austriacum facta, ditionibus Belgicis excesserunt, describuntur, sed rarius reperitur. Præterea extat: *Belgica historia a pace Cameracensi inter Carolum V. & Franciscum vsque annum 1583. 8. in epitomen digesta, Francofurti 1583. 8.* Ex diuersis Europæ nationibus varii Scriptores, in describendis Belli huius vicissitudinibus occupati fuerunt. Ex *Hispanis* enim extant: BERNARDI *de* MENDOZA *Commentarios do lo sucede do en las Guerras de los Payses Baxos de adde el 1576. hasta el de 1577. Madrit 1592. 4. Paris 1591. 8.* Ex Gallis GABRIEL CHAPPUIS *Histoire generale de la Guerre de Flandres depuis 1559. jusqu' en 1609. Paris 1611. 4. & ib. 1633. f.* cui adiungenda: *Histoire des troubles & Guerres civiles des Pais-bas, depuis 1559. jusqu' en 1581. Paris 1581.* libere scripta. IOSEPHI GAMVRINI *Bellum belgicum* seu *Commentariorum* Libri Sex, ex POMPEII IVSTINIANI commentariis latine factum, *Coloniæ 1611. 4.* Editi alias POMPEIO GIVSTINIANI *delle Guerre di Fiandra Lib. VI. Venezia 1612. 8.* Nec omittendi CESARE CAMPANA *della Guerra di Fiandra dall' an. 1559. fino al 1600. Vicenza 1602. 4.* & ANTONIO ABBONDANTI *Breviario delle guerre di Paesi bassi;* Col. 1641. 12. Nec non ROLANDI MIRTAEI *Historia Belgica huius temporis*, *Coloniæ 1640. 4.* NICOLAI BVRGVNDI *Historia Belgica* ab anno 1558. vsque ad 1567. *Ingolstadii 1633. 8. Amstelodami 1634. 4.* pragmatice est scripta, & culte quidem sed auctor nimis fauet partibus pontificiis, *Wilhelmo Auriaco*

vero in multis est iniquus. Idem dicendum erit de FAMIANI STRADAE *Historiæ Belgicæ decadibus*, quarum *Decas I.* ab excessu Caroli V. vsque ad annum 1528. edita *Romæ 1632. f. it. 1640. Decas II.* ab anno *1578.* ad an. *1590. Romæ 1647. f.* & *Lugduni Batauorum 1645. 12. 2. Voll.* qui in scribendo quandoque mordax variosque discursus morales & obseruationes politicas immiscet, in iudicando vero præceps est & studiosus partium; nec tamen plane est reiiciendus propter singularia quæ annotauit. Versio gallica horum commentariorum edita hoc titulo: *Histoire de la Guerre de Flandres traduite de Strada par* PIERRE *du* RIER, *Paris 1644. & 1649. f. 2. Voll.* Quod latine fecit *Strada*, id lingua hetrusca præstitit GVIDO BENTIVOGLIO Cardinalis, & singularia multa obseruauit cum in *Relationi della Guerra di Fiandra*, in *Colonia 1633. 4. ibid. 1635. 8.* & *Venetia 1636. 4.* tum in: *Memorie overo Diario, Amsterdam 1648. 4. Venetia 1648. 4.* quibus coniungenda: *Raccolta di Lettere del Cardinal Bentivoglio in tempo delle sue Nunciature di Fiandra & di Francia, Colonia 1646. Parigi 1645. f. Colonia 1631. 4.* MICHAELIS ab ISSELT *Historia rerum memorabilium in Belgio sub Philippo II. ab anno 1566. ad 1597. Coloniæ 1597. 1612. 8.* edita, ex quo multa hausit *Strada.* IOANNES *Balneus* siue BALLINUS *de Bello Belgico* scripsit, *auspiciis Ambrosii Spinolæ gesto, Bruxellis 1609. 8.* PIERIVS WINSEMIVS *Historiarum ab excessu Caroli V. siue Rerum sub Philippo II. per Frisiam gestarum*, libros IV. scripsit, *Leouardiæ 1647. 4.* ANGELI GALLVCII S. I. *de bello Belgico* ab anno *1593.* ad annum *1609.* descriptio, vsque ad inducias, *Romæ 1673. f. 2. Voll.* & *Noribergæ 1677. 4.* eleganti stilo perscripta. GEROL. CONNESTAGGIO *Historia della Guerre della Germania inferiore, Venez. 1614. 4. & Leyden 1634. 8.*

pruden-

prudenter exarata; cui coniungendæ: *Auvertimenti sopra l'Historia di* GEROL. CONESTAGGIO, *1619. 8.* HENRICVS PAVLINVS quoque *rerum Belgicarum historiam sub Philippo II.* dedit, *Embdæ 1663. 8.* Nec omittenda IOA. *a* SANDE *Rerum Belgicarum Epitome, Vltraiecti 1652. 12.* & *belgice, Lieuvarden 1651. 12.* Hisce tamen alii sunt præferendi, qui & plenius & accuratius huius belli historiam scripserunt. Princeps inter hosce est: EVERARD *van* REYD s. REIDANI *Historie Nederlandscher Oorlogen tot 1601. ende continueert tot 1640. door* JOHANN *van* SANDE *Leuwarden 1650. f.* editi post latine sub indice: EVERARDI REIDANI *Belgarum aliarumque gentium Annales*, ex versione *Dionysii Vossii, Lugduni Batauorum 1633. f.* Historia hæc est motuum Belgicorum ab anno 1559. vsque ad 1601. summa diligentia & fide perscripta, in qua non nisi a se visa, vel quæ a probis viris audiuerat, se scribere profitetur. Caussas autem motuum egregie refert, atque inter has potissimum fœdus Hispanum inter atque Gallum pro extirpandis reformatis initum, atque Ferdinandi Albani senatum sanguinarium. Cum hoc coniungendi ampliores commentarii PIETER KRISTIANSZ BOR *Oorsprong, Begin ende Vervolg der Niederlandse Oorlogen van 1555. tot 1619. VIII. Tomis, Leiden 1621. f. 5. Voll. cum fig.* quæ historia a Batauis multum æstimata ad annum vsque *1619. Sex Tomos* complet, quibus accedit *VII.* sub indice: *Byvolgsel van authentike Stukken, & VIII. Register*, seu: *Index editus 1640. f.* Est apud Batauos multo quoque in pretio: PIETER CORNELISZOON HOFFTS. *Neederlandsche Historien seder de oovergdragt de Heerschappye van Kaizar Karel den Vyfden op Kooning Philips zynen Zoon, tot Amsterdam 1642.*

&

& *1703.* f. ab an. 1555. ad annum *1584.* quibus in commentariis singulares narrationes deprehendas. Sequitur hunc EMANUELIS METERANI *Historia Belgica*, quæ *belgico* primum sermone prodiit, post *germanice* versa, *Arnhemi 1614. f. Amsterdam 1638. f. 2. Voll.* germanica vero illa Editio, quæ *Amstelodami* edita in fronte dicitur & *Francofurti vere 1669. f. IV. Tomi 2. Voll.* prodiit ad annum vsque 1638. perducta, sed æneæ figuræ in prioribus sunt elegantiores. Summa cura cuncta quæ ad argumentum pertinent conduxit *Meteranus*, sed leuiora quandoque annotauit, non semper cogitans historiam rerum maxime memorabilium esse expositionem. Eidem multa acta publica videmus inserta. GVILIELMVS BAVDARTIVS *in polemographia Auriaco-Belgica, Amstelodami 1621. 4.* prælia omnia, vrbium aliorumque locorum obsidiones & quæcunque a Belgis fœderatis gesta, descripsit cum multis figuris æneis. Hoc opus gallice versum prodiit *Amstelodami 1614. 4.* & germanice *Arnhemi 1610. 4.* Facit huc etiam *Mercurius Gallico - Belgicus*, quem primum IANSONIVS Doccomensis ab an. 1588. vsque ad Martium 1594. edidit *Coloniæ 1596. 8.* continuauit CASPAR LORCHANVS, indeque GOTHARDVS ARTHVSIVS & IOANNES PHILIPPVS ABEL, ita vt XXXV. Tomi in *8.* extent. Hoc opus ideo æstimandum, quod varias declarationes & acta publica inserta videamus, quæ ad statum rerum in Gallia & Belgio gestarum faciunt. Egregii plane sunt & ad Taciti scribendi rationes compositi a viro rerum belgico - batauicarum peritissimo, HVGONE GROTIO, *Annales de rebus Belgicis ab obitu Philippi Regis vsque ad inducias an. 1609. Amstelodami 1657. f.* splendide, *ibid. 1658. 8.* & *ibid.* eodem anno *1658. 12.* qua in editione annorum annotatio, in

margine

margine omissa. Certe, nemo Tacitum felicius imitatus est, quam hic ipse Grotius, qui a veritate, eloquentia & neruosa breuitate quam maxime est commendandus.

§. XI.

Sed præter hosce qui generalem belli Belgici nobis notitiam dederunt, sunt alii quoque, qui particularia quædam facta, vel *vrbium Obsidiones*, vel *Ducum militarium gesta*, vel similia descripserunt. HVGONIS GROTII habemus *Grollæ obsidionem* anno 1627. factam, *Amstelodami 1629. f.* DANIEL HEINSIVS *historiam* edidit *rerum ad Syluam Ducis atque alibi in Belgio aut a Belgis anno 1629. gestarum, Lugduni Batauorum 1631. f.* in qua stilo ad imitationem Taciti composito, operosam obsidionem Syluæ Ducis a *Friderico Henrico* Arausionensi factam, nitido sermone describit, atque non minus historiæ, quam scholæ militari inseruit. Eandem historiam gallico sermone exposuit IACOBVS PREMPART, *Leovardiæ 1630. f.* non tamen eadem cura ac Heinsius. LAMBERTVS quoque BARLAEVS *Obsidionem Syluæ Ducis* exposuit scripto edito *Lugduni Batauorum 1652. f.* PHILIPPVS FLEMMINGVS *Obsidionem Ostendæ, Hagæ Comitis 1626. belgice* in 4. proposuit, & qui a regiis fuit partibus CHRISTOPHORVS BONNOIRSIVS *gallice, Bruxelles 1628. 4.* Extat porro *Histoire remarquable du Siege d'Ostende Parisiis 1604. 4. Belagerung vor Ostende, Journal, oder eigentliches Tage-Register von allen denckwürdigen Sachen, so inn- und ausserhalb der Stadt geschehen 1604. f. cum fig. aneis.* HERMANNVS HVGO *Obsidionem Bredanam armis Philippi IV. auspiciis Isabellæ, ductu Ambrosii Spinolæ perfectam* eleganti stilo descripsit, *Antwerpiæ 1626. f.*

in qua

in qua situm vrbis & munimenta, obsidionem eiusdem & deditionem egregie describit. Cum vero *Fridericus Henricus*, Arausionensis, eandem anno 1673. reciperet, MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS occupationem hanc in *Historia Obsidionis Bredanæ & rerum anno 1637. gestarum* exponit, *Lugduni Batauorum 1640. f.* ANTONII NEOMAGII habemus *expeditionem Mauritianam Flandricam cum exercitu Ordinum vnitarum prouinciarum Belgii, Leidæ 1617. 4.* Res in mari feliciter gestas a Batauis consignauit ANTONIVS THYSIVS JCtus, *Historia nauali, siue celeberrimorum Præliorum, quæ mari ab antiquissimis temporibus vsque ad Pacem Hispanicam Batavi Fœderatique Belgæ, vtplurimum Victores, gesserunt luculenta Descriptio, Lugduni Batouorum 1657. 4.* Pertinet ab hanc classem: CASPARIS BARLAEI *Historia Rerum in Brasilia sub Mauritio Nassouio gestarum, Amstelodami 1647. f.* splendide, & *Cliuis 1660. 8.* atque *germanice, Cleve 1659. 8.* magni quoque momenti habendæ: *Memoires de Frederic Henry, Prince d'Orange, qui contiennent ses Expeditions militaires depuis 1621. jusqu' à l' année 1646. à Amsterdam 1733. 4.* IOANNES MEVRSIVS singulari cura stiloque pragmatico, *Guilielmum Auriacum, siue de rebus toto Belgio, tam ab eo, quam eius tempore gestis ad excessum Ludouici Requesensii Libris X. Amstelod. 1638. f.* laudauit. Singularia quædam legas in: *Het Leven van Willem I. Prins van Oranje, Graf van Nassau, geschreven door **** III. Deelen, Twede Druck, te Leyden 1732. 8. 3. Voll. Amstelodami 1638. f.* qua singula quæ sub eodem in Belgio gesta egregie enarrat. MEVRSII quoque extat *Ferdinandus Albanus siue, de rebus eius in Belgio per Sexennium gestis Libri IV. Lugduni B. 1614. 4.* & *Amstelodami 1638. f.* vbi fatale illud Belgio sexennium, quibus Albanus guber-

nacula tenuit, ab anno 1568. ad 1573. elegantissime describit. *Gallice* prostat de vita rebusque severissimi huius Ducis: *Histoire de Ferdinand Alvarez de Tolede, Duc d'Albe, Paris 1699. 8. 2. Voll.* Subsequentium quoque Præfectorum Belgii vitas resque gestas varii annotarunt: *Ioannis* scilicet *ab Austria*, Filii naturalis *Caroli V.* Imp. fata legas in: *Histoire de Don Jean d'Autriche, Amsterdam 1690. 12. Alexander Farnesius* Dux Parmæ Belgii Gubernator multam in Præfectura sua virtutem & prudentiam ostendit, quæ commorantur in: GVILIELMI DONDINI, Bononiensis, e Societate Iesu, *Historia de rebus in Gallia gestis ab Alexandro Farnesio Parmæ & Placentiæ Duce III. Supremo Belgii Præfecto*, qui commentarii ad exemplar Romanum in Germania formis impressi 1675. 4. Extat porro *D. M. Histoire d'Alexandre Farnese Duc de Parme, Amsterdam 1692. 12.* Virtutes *Alberti* Archi Ducis Austriæ *Pii*, *Principis Belgarum* laudauit AVBERTVS MIRAEVS, *Antwerpiæ 1622. 8.* De eodem extat non minus *libellus gallicus inscriptus: Histoire de l'Archi-Duc Albert, Cologne 1693. 12.* Nec hic omittendus *Emanuel Philibertus* Sabaudiæ Dux, de cuius gestis extat: *l'Histoire d'Emmanuel Philibert Duc de Savoye, Amsterdam 1692. 12.* Ad res sub *Præfectis* gestas illustrandas quoque faciunt: ROLANDI MIRIEI *Historia Belgica, siue, Commentarii rerum in Belgio gestarum sub Comite Mansfeldio, Archi-Duce Ernesto, & præcipue Petro Henriquez Comite de Fuentes, accedunt Ambrosii Spinolæ Victoriæ, Coloniæ 1611. 4.* atque MARTINI ANTONII DELRIO *Commentarius rerum in Belgio gestarum a Petro Henriquez Comite Fontano, Madrit 1610. 4. & Louanii 1611. 4. Batauicorum* Heroum e Domo *Nassouica* res gestæ celebratæ, in *Les Lauriers de Nassau, ou Descri-*

ption des Victoires gagnees par les Etats du Pays bas, sous la Conduite du Prince Maurice de Nassau, Leyde 1615. f. & germanice: *Nassauischer Lorbeer-Kranz, Leyden 1612. f.* & belgice, sub titulo: IO. IANS. ORLERS *ende* HENRICH *van* HAAFTENS *Nassause Laurekrans, Leyden 1610. f.* Eleganter scripta PIERII WINSEMII *Vita, res gestæ & mors Mauritii Principis Auriaci, Franequeræ 1625. 4.* Eadem præstitit VBBO EMMIVS in libro, cui index: *Guilielmus Ludouicus Comes Nassouius, id est, λόγος ἐπιτάφιος, quo Genus, Vita, Res gestæ & Mors huiusce Comitis exposita sunt, Grœningæ 1621. 4.*

§. XII.

Cum vero ab initio tumultuum, diuersimode de *Pace* ageretur, varii de Pacis negotio, conditionibus & remoris extant Commemorationes. Tale erat Pactum *Gandauense* anni 1576. de quo *Discours contenant le vray entendement de Pacification de Gend. 1579. 8.* Singularia quædam deprehendas in: *Responsione Ordinum Germaniæ Inferioris ad Propositionem Comitis in Schwarzenberg Legati Cæsarei, Antwerpiæ 1678. 4.* Et cum *Artesia* prouincia se Regi denuo subiiceret, publicabatur: *Traite de reconciliation fait en la ville d'Arras le 17. Maii 1579. avec sa Majeste par les Provinces Artois, a Dovay 1579. 8.* Cum postea denuo de pace ageretur *Coloniæ*, prodibant: *Acta pacificationis, quæ coram Sac. Cæsareæ Maiest. Commissariis inter Seren. Regis Hispaniæ & Principis Matthiæ Archi-Ducis Austriæ Gubernatoris &c. Ordinumque Belgii legatos Coloniæ habita sunt, Antwerpiæ 1580. 8.* & *Lugduni 1580. 4.* quæ fideliter ex Protocollo Ordinum descripta, & quæ Germanice vel Gallice concepta erant in linguam Latinam translata, necessariisque Annotationibus illustrata.

illustrata. Iungi his Actis potest: *Relatio ad Sacram Cæsaream Maiestatem, eorum quæ per Suæ Maiestatis Commissarios in negotio Pacificationis Belgicæ Coloniæ peracta sunt Anno 1579.* ex Germanico in latinum sermonem traducta, *Coloniæ 1579. f.* Præ cæteris vero considerari debent memorabiles istæ ad XII. annos Induciæ Belgicæ anno 1609. conclusæ. ERYCIVS PVTEANVS dedit *belli & pacis stateram*, qua an ineundæ sint induciæ expendit, *Lugduni Batauorum 1633. 4.* Idem dedit: *Dissertationem Politicam, hactenus ab Auctore suppressam, sed nunc bono publico in lucem emissam*, adiecta est: IVSTI LIPSII ob argumenti similitudinem de *Induciis Epistola*, Anno Dom. *1617. 4.* Prostant & iunctim editæ: *Dissertationes de Induciis Belli Belgici* diuersorum Auctorum, *Lugduni Batauorum 1633. 12.* De iisdem induciis Belgicis, exposuit IOANNES BALINVS, *Bruxellæ 1640. 8.* IACOBVS EINDIVS ab HAEMSTEDE *de pace ab Hispanis Batauis anno 1609. oblata* egit, *Lugduni Batauorum 1611. 4.* CASPAR ENS *Actionem belli Belgici pacificatoriam* scripsit, *Coloniæ 1609. 8.* DOMINICVS BAVDIVS duas orationes habuit, quarum alteram sub nomine LATINI PACATI, alteram vero sub IVLIANI ROSBECI nomine euulgauit, quibus ciues suos hortatur. Pactis vero induciis, *Libros Tres de Induciis Belli Belgici*, ex ipsis Actis petitos tanquam Ordinum Historicus edidit, *Lugduni Batauorum 1613. 4.* & *ibid. 1616. 8. 1629. 12.* & *Amstelodami 1654. 4.* quod scriptum est prudentissimum & pragmaticum. Conferendus tamen cum eodem IOANNES MEVRSIVS *Induciar. Historia siue Rerum Belgicarum Liber Quintus*, *Amstelodami 1638. f.* Maxime vero illustrant has actiones: *Les Negotiations de Monsieur le Pre-*

fident JEANNIN, *à Paris 1656. f.* & *Amsterdam 1689. 12.* & *ibid. 1695. 12. 4. Voll.* quæ sane plenæ sunt narrationum a politicis viris obseruatu dignissimarum. LEONIS quoque ab AITZEMA *Historia Pacis a Fœderatis Belgis ab Anno 1621. conclusæ Lugduni 1654. 4.* ex minima parte tantum huc pertinet. LVDOVICVS de BEAVFORT scripsit *Alcedonia fœderati Belgii, s. dissertationem de pace Belgica, Lugduni Batauorum 1667. 12.*

§. XIII.

Durantibus istis induciis, per ferales turbas, quæ inter *Arminianos* atque *Gomaristas* oriebantur, in magnum veniebat periculum Respublica Batava. Origo controuersiæ huius Theologico-politicæ, ex parte cognosci potest cum ex IOANNIS UYTEMBOGARD *Kerckelyke Historie, Rotterdam 1647. f.* cum, qui *Vytembogardum* confutare voluit IACOBI TRIGLANDI *Kerckelyke Geschiedenissen, Leyden 1650. f.* & singularia reperiri possunt in *Historia Vitæ Iacobi Arminii* auctore CASPARO BRANTIO, quæ iterum edita cum Præfatione & notis IOA. LAVRENTII MOSHEMII, *Brunsuigæ 1725. 8.* Arminianorum tolerantiam simulque Ius Magistratus ciuilis circa Sacra egregie defendebant summi deque Republica Batava singulariter meriti Viri, hosque inter præcipue HVGO GROTIVS, qui edidit *Pietatem ordinum Hollandiæ, 1613. 4.* qua quæ circa Tolerantiam in Hollandia decreta fuerant a multorum, præsertim *Sibrandi Lubberti* calumniis vindicare conabatur, Arminianorum caussæ fauens. Cum vero *Lubbertus* responsionem edidisset ad pietatem *Hugonis Grotii*, prodiit: *Decretum Ordinum*

nium Hollandiæ contra dictum libellum Lubberti, Lugduni Batauorum 1614. 4. Hoc ſecutum fuit aliud: *Hollandiæ Ordinum Decretum pro pace eccleſiarum, munitum auctoritate Scripturæ ſacræ & Patrum, Lugduni Batauorum 1614. 4.* Cum vero *Grotius* poſtea in arcem Löwenſtein captiuus ductus, vxoris autem ope euaſiſſet, edidit: *Verantwoordingh van de wettelyke Regeeringh van Hollandt ende Weſt-Vrieslandt, midsgaders eeniger nabarige Provincien ſulecx die was voor de veranderingh gevallen in dem Jare 1618. geſcreven by Mr.* HUGO *de* GROOT *voor deſen Advocaat Fiſcaal van Hollandt, Zeelant ende Weſtvrieslandt, ende daar na Raadt ende Penſionaris der Stadt Rotterdam, ende gecommitteerd in het Collegie van de gecommitteerde Raden van de voorſeyde Landen van Hollandt ende Weſtvrieslandt 1623. 4.* atque *latine*, ſub indice: *Apologeticus eorum, qui Hollandiæ, Weſt-Friſiæque & vicinis quibusdam nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ euenit anno 1618. Pariſiis 1622. 8. & 1640. 12.* In hoc Apologetico non ſolum Imperium circa Sacra Belgis vindicat, ſed etiam quæ in hoc religionis negotio geſta fuerunt, exponit, & quæ aduerſus ipſum & ſocios actitata fuerant, refutat. Acerbiora Grotio fata expertus, vir de Republica patria meritiſſimus *Olden-Barnefeldius*, cuius vitam & eius deplorabilem exitum deſcripſerunt amicorum quidam ſingularibus narrationibus, quas inter memorandæ: *Hiſtorie van het Leven en Sterven van Heer Johan van Olden-Barnevelt* &c. *geweſen Advokaat van Hollandt &c. waarachtelyk beſchreven door een Liefhebber der Waarheydt. In't jaer onſers Heeren 1648. 4. Op Loewenſteyn, 1658. 4.* & *Waarachtige Hiſtorie van't Geſlacht, Geboorte, Leven, Bedryf, Gefangeniſſe, Examinatie, Bekenteniſſe, Rechters, Brieven, latſte Woorden, en*

Doot van wylen den Heer IO. *van Olden-Barnevelt, Ridder, den tweeden Druk, van groote fouten gezaivert, en vermeerdert met verscheide Dingen en eenige Schrifften van* IAN FRANCKEN, *laatst Waachtmæster tot Amersfort, en in zyn Jonckheit Dienaar van Zyn Edelheit tot Zyne Dood, nooit te voren gedrukt.* Tot *Rotterdam* by *Joannes Naranus 1670. 8.* Conferatur IOAN. *van Olden-* BARNEVELD *Remonstratio aan de Staaten van Holland, Gravenhage 1618. 4.* Cum vero controuersia hæc per Synodum Dordracenam sopiretur, publico iussu prodibant: *Acta Synodi Nationalis in nomine Domini nostri Iesu Christi, auctoritate D. D. Ordinum Generalium Fœderati Belgii Prouinciarum Dordrechti habita Anno 1618. & 1619. Dordrechti & Leydæ 1620. f. & in 4* quæ & *gallice* edita interprete RICHARDO IOA. *de* NERRE M. V. D. *a Leyden 1624. 4. 2. Voll.* Remonstrantes, siue Arminiani quoque *Acta & Scripta Synodalia Dordracena Ministrorum Remonstrantium in Fœderato Belgio* publicaunt *Harderuyci 1620. 4.* in quibus congesserunt tantum illa scripta, quæ ab ipsorum saltim parte Synodo fuerunt exhibita. Illustrat hæc Acta IOANNIS HALESII *Historia Concilii Dordraceni,* quam ex anglico sermone *latine* vertit, & variis obseruationibus ac Vita *Halesii* auxit *Ioannes Laurentius Mosheimius, Hamburgi 1724. 8.* Ad reliquam Reformationis in ecclesiis Batauicis factæ historiam ceterasque in hisce Ecclesiis vicissitudines faciunt: GERARD BRAND *kort Verhael van de Reformatie, Amsterdam 1658. 12.* & *Eiusdem Verhaal van de Herstellung der Godsdienst, Amsterdam 1663. 8.* huiusque Scriptoris: *Historie de Reformatie* Tom. I. *Amsterdam 1671. & 1677. 4.* Tom. II. *1674.* Tom. III. & IV. *1704. 4.* quibus commentariis res ecclesiasticas a Seculo XII. ad an. C. 1624. expo-

expositione complexus, quæ magni æstimatur. Cumque HENRICH RUIL edidisset: *Brands, Stoutdgeweinstheid en Liefdeloosheid*, *Amsterdam 1674. 4.* reposuit G BRANDIUS: *Verantwordinge der Sake van sine Historie der Reformatie*, *Amsterdam 1675. 4.* reposuit H. RUIL *Verdediging van de Waarheid syner Beschyldigingen*, *Amsterdam 1676. 4.*

§. XIV.

Isti quidem sunt, qui initia Reipublicæ Belgicæ descripserunt, bella & turbas explicantes: alii sunt, qui *omnem historiam* ab initio ad hæc nostra tempora exposuerunt. Horum quosdam iam supra §.X. inter eos, qui motus Belgicos enarrarunt, indicauimus. Gallico sermone le NOBLE edidit *Histoire de la Republique de Hollande*, *a Paris 1689. 1690. 12. 2. Voll.* Quatuor tomos operi destinauerat auctor, quorum primo initia belli Belgici vsque ad mortem Guilielmi Arausiensis pertractauit, altero bella Mauritii contra Hispanos, vsque ad inducias Belgicas explicauit: vtrosque habemus editos. Tertio vero demonstrare voluit, in quantum potentiæ gradum progressa fuerit Respublica sub Gallorum Regis protectione. Quarto, bella cum Gallis & Anglis, quos tamen adhuc expectamus. Multa quidem arcana consilia Guilielmi atque Mauritii detegit, & quantum sæpe religionis prætextus valuerit, multa tamen ex odio quoque contra religionem, dum partibus Gallorum nimium addictus, narrat. Iustam vero habemus Belgii fœderati historiarum seriem, vbi a Grotii annalibus incipimus, qui originem Reipublicæ atque progressum vsque ad inducias belli Belgici atque annum 1670. magna grauitate persequitur. Grotium

tium continuauit BALT. HEZENEIL *de la* NEUFVILLE, siue, qui verus auctor BAILLET *de la Neuville en Hez*, qui locus est natalitius *Bailletii*, qui euulgauit: *Histoire d' Hollande depuis la Treve de 1609. où finit Grotius, jusqu' a nôtre tems; a Paris 1693. 12. 4. Voll. Bruxelles 1702. 12. 4. Voll.* qua historia Belgica finit cum pace Nouiomagensi. Cum his commentariis iungendus *Anonymus*, qui edidit: *Histoire d'Hollande depuis la Paix de Nimegue jusqu' a celle de Ryswick, ou la Suite de l'Histoire de Hollande de Mr. Neuville, Amsterdam 1704. 12. 2. Voll.* Breuis est, sed eleganter scripta: *Histoire des Provinces Unies depuis leur Etablissement jusqu' en 1705, Amsterdam 1707. 12. 4. Voll.* Ampliores Historiæ recentioris Batauæ commentarii sunt *L' Histoire des Provinces-unies des Pais-bas, depuis le parfait etablissement de cet Etat par la Paix de Münster par Mr. de* WIQUEFORT, *Tome premier, a la Haye 1719. f.* cum Actis & documentis adiectis. *Histoire des Provinces unies des Pais-bas par Mr. le* CLERC, *a Amsterdam Tribus Tomis*, quorum *Primus 1723. Secundus & Tertius 1728. f.* editi. Scripta est stilo simplici admixtis tamen quandoque obseruationibus moralibus politicisque. In recentioribus quandoque commentarios legatorum, quandoque tamen famam saltim secutus. Res ab An. 1560. ad finem anni 1712. commemorauit, licet titulus annum 1716. promittat. In ornamentum libri nummi Historiam Belgicam illustrantes, additi. Subsecuti: *Annales des Provinces unies, Tome I. contenant les choses plus remarquables, arrivees en Europe & dans les autres Parties du Monde, depuis les negociations pour la Paix de Münster jusqu' a la Paix de Breda par Mr.* BASNAGE, *a la Haye 1726. f.* & *Tome II. depuis de la Paix d' Aix-la-Chapelle jusqu' a celle de Nimegue, a la Haye 1726. f.*

Per-

tinet huc non minus GREGORII LETI *Theatrum Belgicum*, de quo superius iam dictum fuit. Elegantissima est Abbatis BIZOTI *Histoire Metallique de la Republique de Hollande*, quæ primum *Parisiis* prodiit *1687. f.* post recusa *Amstelodami 1688. 8. 3. Voll.* in qua omnia Belgii fœderati numismata ab anno 1566. recenset & explicat. Et quæ laudata *Ivan* LOON *Historia*.

§. XV.

Partes recentioris *Historiæ Belgico-Batauæ*, inprimis vero negotia cum Rege Galliæ ab anno 1672. egregii Scriptores illustrarunt. Quorsum primum faciunt qui partem *Actorum Publicorum* ediderunt, quales sunt: *Saken van Staat en Oorlogh in ende omtrent de Vereenigde Nederlanden door de Heer* LIEUWE *van* AITSMA. Prior Editio edita *Leiden* XVI. Tomis in 4. & si *Eiusdem Aizema Historiam Pacis a fœderatis Belgis ab anno 1621. tractatæ Lugduni Bat. 1654. 4.* editam, *eiusdemque: Heerstelde Leeuw*, *belgice* exaratum atque negotia anni 1650. 1651. exhibentem, & *1652. 4.* formis expressum, addas, *XVIII. Tomos* efficit, quæ Editio magni a multis æstimatur. Secuta est altera: *In's Graven Hage 1669. 1670. 1672. f. VI. Volum.* & *General Regifter over alle de ses Deelen der Saken van Staat en Oorlogh, In's Graven Hage 1671. f.* Continuatio vtilissimæ huius Collectionis, in qua Acta & Libelli collecti præstantissimi vsus, nec expositiones Aizemæ & connexio historica contemnendæ data est in Compilatione quæ inscripta est: *Historien onses Tydts, behelzende Saken van Staat en Oorlogh vorgevallen in en omtrent de vereenigde Nederlanden en door geheel Europa, beginnende met het jaar 1669. daar het de Heer Lieuwe van Aitzema gelaten, door den Heer* L. SYLVIUS,

t'Amsterdam 1685. f. 2. Voll. & noua Continuatione cui titulus: *Vervolg van Saken van Staat en Oorlogh in en omtrent de vereenigde Nederlanden en door geheel Europa voorgevallen, als het tweede Stuck van het Vervolg op de Historie van de Heer Lieuwe van Aitzema, t'Amsterdam 1688. f.* Cum his IX. egregiis Voluminibus omnino coniungendæ, quæ *Historiam recentiorem* Reipublicæ ab Anno cumprimis 1652. ad 1669. in maiori luce ponunt, insignem vsum adferunt, *Secrete Resolutien van de Edele Groot Mog. Heeren Staaten van Holland en Westvriesland, genomen zedert den aanvang der Bedieninge van den Heer* JOHAN *de* WITT (1652.) *als Raadpensionaris van denzelven Lande* I. & II. Deel, *t'Vtrecht 1706. 1717. 4. 2. Voll.* & gallice *Amsterdam 1725. 12. Lettres & Negociations entre Mr. Jean de Witt Conseiller Pensionaire & Garde des Sceaux des Provinces d'Hollande & de West Friese & Messieurs les Plenipotentiaires des Provinces unies des Paisbas, à Amsterdam 1725. 12. IV. Voll.* &, quæ iam ab an. 1723. 1724. 1725. belgice prodierant *In's Gravenhage* in 4. VI. Voll. Singulares rerum in hac periodo circumstantias discas ex LOUIS AVBERY *du* MAVRIER *Memoires pour servir à bistoire d'Hollande, à Paris 1682. 12.* & *ibid. 1688. 12.* qui liber cum de controuersiis belgicis Arminianis cordate aperuisset, in Batauia prohibitus. Elegantissimæ sunt: *Memoires de ce qui s'est passé de la Chretiente depuis le commencement de la Guerre en 1672. iusqu' a la Paix concluë en 1679.* par *Mr. le Chevalier* TEMPLE, ex anglico translatæ *à la Haye 1692. 12. & a Amsterdam 1708. 12.* Addantur quæ anglico tantum sermone prostant *Eiusdem: Memoirs Part. III. from 1679. to the time of the Authors Retirement, London 1709. 8.* Nec heic omittendi PETRI VALCKENIER Commentarii inscripti: *Verwirrtes Europa,* quo-

quorum *Tomus Primus*, qui euentus ab an. *1664.* vsque ad annum *1673.* commemorat, *Amstelodami 1677. f.* editus, stilo prudenti & pragmatico *Valckenierii* viri tot negotiis expediendis adhibiti est perscriptus. *Tomus* vero *Secundus*, *Amstel. 1680. f.* & *Tertius ibid. 1683.* editi auctorem habent *M. Andream Müllerum*, & ad annum vsque *1682.* perducti, eam commentandi curam prudentiamque ciuilem haut ostendunt. In hanc temporis periodum incidit fatalis occasus, summorum & de Republica Bataua praeclare meritorum Virorum fratrum *Wittiorum*, quorum vitae actionumque commemoratio partem aliquam historiae Batauae illustrat. Qua de caussa indicanda scripta haec: *Leeven en Dood der doorlugtige Heeren Gebroeders, Cornelis de Witt, Ruward van den Lande van Putten &c. en Johan de Witt, Raad Pensionaris van Holland en Westvriesland &c. beschreven door* EMANUEL *van der* HOEVEN, *Te Amsterdam 1708. 4.* & *Histoire de la Vie & de la Mort des deux illustres Freres, Corneille & Jean de Witt, à Vtrecht 1709. 12. 2. Voll.* nec omittendae: *Memoires de Jean de Witt grand Pensionaire de Hollande, Haye 1709. 12.* Pertinent huc quoque: *Memoires de Mr. le Comte de Montbas sur les Affaires de Hollande ou Reponse aux calomnies de ses Ennemis, Cologne 1673. 12.* fuerat enim Comes hic Petri Grotii Legati Batauorum ad Aulam Ludouici XIV. adfinis. Insunt & singularia quaedam libro, cui index: *Journal of tagelyckse Verbael van den Handel der Franschen in de Steden van Vytrecht en Woerden, sedert hare komst daer binnen, tot aan hun Vertrek, t'Amsterdam 1674. 8.* Imperatorum mari & terra illustrium res gestae literarum monimentis celebratae, omnem huius aeui historiam mirifice supplent & illustrant, videlicet: *Het Leven en Bedryv van den Heer Michiel de*

de Ruyter, eleganti ſtilo ſcripta auctore GERARDO BRANDT, *Amſterdam 1687. f. gallice à Amſterdam 1698. f.* & *germanice*, *Amſterdam 1687. f.* addatur: *La Vie de Corneille Tromp, Lieutenant-Admiral General de Hollande & de Weſt Friſe, à la Haye 1694. 12.*

§. XVI.

A *generalibus* iſtis ad *particularium Belgii Fœderati Prouinciarum Scriptores* progredimur, inter quos primum locum occupabunt *Scriptores Hiſtoriæ Batauicæ*. Primus inter Batauæ Hiſtoriæ Scriptores eſt IOANNES *de* BECKA Canonicus Vltraiectinus. Edidit ille *Chronicon Epiſcoporum Vltraiectenſium & Comitum Hollandiæ* a prima origine vsque ad annum 1346. quem cum appendice edidit *Suffridus Petri*, cum notis *Bernardus Furmerius*, *Franeckeræ 1616. 4.* poſtea cum GVILIELMO HEDA, Præpoſito Arnhemenſi, *de Epiſcopis Vltraiectinis* edidit notisque egregiis hiſtoricis in quibus Diplomatum apparatus *Arnoldus Buchelius* JCtus. Qua in Editione acceſſerunt LAMBERTI HORTENSII *Montfortii*, *Seceſſionum Vltraiectinarum* Libri, & SIFFRIDI PETRI, Friſii *Appendix ad Hiſtoriam Vltraiectinam. Vltraiecti 1643. f.* quæ Collectio ad origines & antiquam Batauorum hiſtoriam facit egregie. Ex hoc *Becka Chronicon* ſuum *Belgicum* ad verbum ſæpe deſcripſit IOANNES *à* LEIDIS. Continetur hoc Chronicon in FRANCISCI SWEERTII *Rerum Belgicarum annalibus Chronicis & Hiſtoricis, Francofurti 1620. f.* apud *Aubrios*, iam laudatis, quod alias quoque comprehendit RENERI SNOY *de rebus Batauicis libros XIII.* & AEGIDII *de* ROYA *Annales Belgicos*. Inſignis & vtilis eſt alia ad res Batauas minorum Scriptorum Compilatio, quam ſtudioſe

ſtudioſe conduxit: PETRVS SCRIVERIVS, ſub elogio: *Batauia illuſtrata*, ſeu *de Batauorum Inſula*, *Hollandia*, *Zelandia*, *Friſia*, *Territorio Traiectenſi & Geldria*, *Scriptores varii*, *Notæ melioris*, *nunc primum collecti*, *ſimulque editi Lugduni Batauorum 1609. 4.* atque, nouo præfixo tantum titulo, nimirum: *Inferioris Germaniæ Prouinciarum Vnitarum Antiquitates, Lugduni Batauorum 1611. 4.* cui quaſi nouæ editioni præmiſſus: PHILIPPI CLVVERII *de tribus Rheni Alveis oſtiisque & Populis quondam accolentibus* Liber. Subiectæ vero ſunt in fine: *Hollandiæ Zelandiæque Comitum & Dominorum Friſiæ Icones & Hiſtoria*, nec non: HADRIANI BARLANDI & GERARDI NOVIOMAGI *Vetuſtiſſimorum Vltraiectenſium Pontificum indigitamenta & res geſtæ maxime memoratu digna.* LAMBERTI HORTENSII *de Vrbis Vltraiecti ſitu, origine, populi moribus, Religionis initiis, Epiſcopis &c. Diſſertatio;* necnon: HENRICI AQVILII Arnhemenſis *Chronici Geldriæ Compendium*, cum novis Additamentis & Obſeruationibus, *Petri Scriverii.* In *priore* Editione a. *1609.* autem ſaltim extant & in altera quoque comparent: GERARDI GELDENHAURII *Lucubratiuncula de Batauorum Inſula.* Eiusdem *Hiſtoria Batavica de vetuſta Batauorum Nobilitate.* Eiusdem *inſigniumlocorum ac oppidorum Batauiæ nomina.* Eiusdem *Regum ac Principum Batauorum, item clarorum Scriptorum Batauiæ nomina.* Eiusdem *Germaniæ inferioris loca aliquot declarata.* CORNELII AURELII *Batauinæ gloriæ defenſio.* Eiusdem *Elucidarium variarum quæſtionum ſuper Batauica regione & differentia.* ALOYSII MARLIANI *epiſtola de Batauiæ laudibus.* MARTINI DORPII *ad Hollandos ſuos epiſtola*, CHRYSOSTOMI SANCTI *epiſtola de ſitu & moribus Hollandiæ.* DESIDERII ERASMI *Auris Batava.* GERARDI NO-

VIO-

VIOMAGI *de Zelandiæ situ epistola.* HADRIANI BARLANDI *Hollandiæ Zelandiæque compendiosa descriptio.* LEVINI LEMNII *de Zelandis suis Commentariolus.* *Antiquitatum Batauicarum Tabularium, archiota* PETRO SCRIVERIO. Hi sunt, qui in collectione Scriueriana continentur. Separatim extat HVGONIS GROTII liber *de antiquitate Reipublicæ Batauicæ Lugduni Batauorum 1604. 1610. 4.* atque in collectione Opusculorum quæ est inter *Elzeuirianas* Respublicas *Lugd. Batau. 1630. 24.* qui licet alias sit egregius, suæ tamen nationis nimium fuit studiosus, ideoque demonstrare voluit, Batauiæ Comites nunquam Imperio Romano-Germanico fuisse subiectos. Compendia rerum gestarum exhibent GERHARDI GELDENHAURII Nouiomagi *Historia Batauica, Argentorati 1530. 4.* & MARCI ZVERII *van* BOXHORN *Nederlantsche Historie, Leyden 1649. 4. & Histoire de la Republique d' Hollande* par *le* NOBLE, *Paris 1690. 12. 2. Voll.* addatur *Compendium Historiæ Batauicæ* quod ANTONIVS THYSIVS scripsit a Iulio Cæsare vsque ad hæc nostra tempora *Lugduni Batauorum 1652. 12.* MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS *Theatrum edidit siue descriptionem Comitatus & Vrbium Hollandiæ, Amstelodami 1632. 4.* Antiquitates Hollandiæ & viciniæ curiose solerterque inuestigarunt SAXO GRAMMATICVS, siue qui sub hoc adscititio nomine latet PETRVS SCRIVERIVS in *Oud-Batavien, Leyden 1606. 8.* IOANNES porro *van* SOMEREN *Herstelde Oudheid ofte Beschryvinge van Batavia, Nimwegen 1657. 4.* atque ADRIANI PARS *Catti Aborigines Batauorum ofte de twee Catwyken, Leyden 1697. 8.* Vulgares res narrant immixtis subinde iis quæ leges artis historicæ vix admittunt Libri quidam chronici, vtpote: *De oude Kronyke en Historien*

van

van Holland, van Seland en van Vtrecht, quæ *primum 1516.* edita, aucta deinde curis *Wouter van Goudhœven* & ad annum *1620.* perducta, *Dordrecht 1620. f.* atque ad annum inde 1636. continuata *Hagæ 1636. f.* recusa. His iungendi: MELIS STOKE *Hollandse Jaerbœken of Rym-Kronyk, Amstelodami 1591. f. Haag 1620.* & *Leyde 1699.* priores binæ editiones sine scriptoris nomine editæ; atque JEAN FRANÇOIS PETIT la *Grande Chronique ancienne & moderne de Hollande, Zelande, West Frise jusques a la fin de l'an 1600. Dordrecht 1601. f. 2. Voll.* IANVS DOVSA Pater exhibuit *Annales rerum a primis Hollandiæ Comitibus per 346. annos gestarum, Libris X. carminice, Hagæ Comitum 1599. 4.* IANVS vero DOUZA Filius edidit *Batauiæ Hollandiæque Annales, Lugduni Batauorum 1601. 4.* qui magna iudicii & stili grauitate perscripti plenique antiquitatis medii æui. HADRIANI IUNII *Batauia Lugduni 1588. 4.* post mortem auctoris prodiit & vrbium descriptiones potissimum continet, sed non satis est elimata. Multum æstimatur, SIMON *van* LEEUWEN *Batauia illustrata, ofte Hollandsche Chronyck, Gravenhaag 1685. f. 2. Voll.* Optimi sunt MATTHAEI VOSSII *Annales Hollandiæ & Zelandiæ, ab anno 859. ad 1432. Amstelodami 1635. 1641. 1646.* & ex altera Editione, ex ipsius Vossii autographo multis locis auctiores & summariis ornati cura *Antonii Borremansii, Amstelædami 1680. 4.* quibus sexcentorum fere annorum res gestæ continentur, a Theoderico primo, vsque ad translatum a Iacoba in Philippum imperium. Elogia & potiora vitæ memorabilia breviter exposita legenda in libro inscripto: MICHAELIS VOSMERI *Principes Hollandiæ & Zelandiæ, cum genuinis ipsorum Iconibus, Antverpiæ 1578. f.* Add. HADRIANI BARLANDI *Hollandiæ Comitum Historia*

Historia & Icones cum selectis scholiis ad lectoris lucem, *Lugduni Batauorum*, ex officina *Christophori Plantini*, 1584. *f.* accesserunt *Barlandi, Caroli Burgundiae Ducis Vita;* item: *Vltraiectensium Episcoporum Catalogus & res gestae*, & eiusdem argumenti libellus *Gerardo Noviomago*, auctore. Extat quoque hic *Barlandi* libellus inter cetera Viri *Opuscula*, *Coloniae Agr.* 1603. 8. edita. Insunt & in eruditissimis commentariis ANTONII MATTHAEI *de Nobilitate, aduocatis ecclesiae & comitatu Hollandiae*, *Amstelodami* 1686. 4. praeclarae ad historiam gentis Comitatusque Batauici obseruationes. Ex antiquioribus iam supra laudati LEONIS Monachi Egmundani, *Breuiculi maiores* Historiam Comitum continentes, qui Egmundae sepulti. Accessit *Chronicon Egmundanum*, seu Annales Regalium Abbatum Egmundensium, auctore Fratre IOANNE *de* LEYDIS. Collegit illa & adiectis obseruationibus doctissimis edidit *Antonius Matthaei*, *Lugduni Batauorum* 1642. 4. Historiam vrbis & *Rerum Amstelodamensium* primus scripsit IOANNES ISAACIUS PONTANUS, *Lugduni Batauorum* 1611. *f.* Cum vero ista multis displiceret, ob inutiles, vt putabant excursiones, scripsit ille *Apologiam pro historia Rerum Amstelodamensium*, *Amstelodami* 1628. 1634. 4. in qua excursiones istas, coenobia praesertim & sacra spectantes defendit. Post hunc PHILIPS *von* ZESEN edidit *Beschreibung der Stadt Amsterdam*, *Amstelodami* 1668. 4. atque 1664. 12. cum figuris aeneis. Secuta est *Beschryving van Amsterdam door* CASPARUS COMMELIN, *Amsterdam* 1693. *f.* 2. *Voll.* quae plenior adhuc est & accuratior, originem vrbis, incrementa, palatia, formam regiminis & historiam rerum in ea, vsque ad annum 1691. gestarum explicat. Ceterae nobilissimae ornatissimaeque

Hollandiae

Hollandiæ Vrbes ciuitatesque descriptæ in: *Les Delices de la Hollande, a la Haye 1710. 12. 2. Voll.* cum regionum natura & moribus incolarum. *Lugduni Batauorum* clarissimæ & Vrbis viciniæ ornamenta laudata figurisque æneis exposita, in *Delices de la Campagne a l'entour de la Ville de Leide*, par GERARD GORIS, *a Leide 1712. 12.* cum breui narratione Historiæ Batauæ. *Harlemum* erudite descripsit THEODORVS SCHREVELIVS *L. B. 1647. 4.*

§. XVII.

Pauciores sunt, qui ad *Selandiæ* Historiam faciunt. HADRIANI BARLANDI *Descriptio Selandiæ* in *Scriueriana* extat Collectione iam laudata. LEVINVS LEMNIVS *quoque de Selandis* suis commentatus *Lugduni Batauorum 1611. 4.* Ad Historiam faciunt MATTHAEI VOSSII *Annales Zelandiæ*, quos *Hollandiæ* annalibus iunxit *Middelburgi 1664. 4.* IACOBI EYNDII *Chronicon Zelandiæ*, *Middelburgi 1634. 4.* & præcipue IOANNIS REYGERSBERG *Kroonigk van Zeeland*, extat cum obseruationibus luculentis *Marci Zuerii Boxhornii*, *Middelburgi 1634. 4.* His iungenda: M. SMALLEGANGE *Nieuwe Chronyk van Zeeland*, *Middelburg 1696.* cum figuris æneis; & PETRI SCRIVERII rerum patriarum peritissimi viri *Hollandsche, Zeelandsche ende Vriesche Chronick tot 1677. Gravenhage 1677.* cum figuris.

§. XVIII.

Plures reperiuntur Historiæ *Vltraiectinæ* Scriptores. IOANNES *de* BEKA quidem in *Chronico* suo gesta episcoporum Vltraiectinæ sedis descripsit, *Lugduni Batauorum 1615. 4.* quod postea cum WILHELMI HEDAE tractatu *de episcopis Vltraiectinis* recognitum ab *Arnoldo Buchelio* & *Gis-*

berto Lappio continuatum cum *Suffridi Petri* appendice prodiit *Vltraiecti 1643. f.* quæ Editio est præstantissima. Prodierat ante SVFFRIDI PETRI *Historia Episc. Vltrai.* cum *Beka* & *Heda*, cum Notis *Bernhardi Furmerii*, *Franequeræ 1612. 4.* Hi autem Scriptores in episcoporum Historia & rebus antiquioribus optimi sunt. Alias ADRIANVS BARLANDVS edidit *Indigitamenta vetustissima Vltraiectensium Pontificum*, *Coloniæ 1603. 8.* PETRVS CORNELISSONIVS BOCKENBERGIVS *Catalogum & breuem Historiam Episcoporum Vltraiectensium & Antistitum Egmondanorum. Lugduni Bat. 1586. 8.* GOTHOFREDVS HENSCHENIVS *Diatriben de episcopatu Traiectensi, episcoporum, Regumque Franciæ iis coæuorum chronologia, Antwerpiæ 1654. 4.* LAMBERTVS HORTENSIVS *Secessiones ciuiles Vltraiectenses, vsque ad translationem episcopatus* ab an. 1524. ad 1548. descripsit Lib. VII. quæ *Basileæ* apud *Oporinum 1546. f.* & *Vltraiecti 1642. f.* cum *Beca* & *Heda*, egregii sunt. Ad singulares euentus pertinet: *De rebus Vltraiectinis & inprimis de Bello cum Couordensibus, Tarantiis, seu Drentinis olim gesto* AVCTORIS INCERTI *Narratio, ab anno 1138. ad annum 1233.* quam ex MSCto primus eruit & notis egregiis illustrauit ANTONIVS MATTHAEVS, *Lugduni Batauorum 1690. 4.* qui doctissimus editor putat, ex fœderatis Belgis vetustiorem hactenus non prodiisse scriptorem. Multa fuit controuersia de *Canonicis Vltraiectinis* a reformationis tempore ibi relictis, post pacem Westphalicam, an tolerandi sint? Et cum Senatus sententiam collegii Theologici requireret, contra *Canonicos* respondit *Gisbertus Voetius*. Ordines autem Prouinciæ, non obseruatis argumentis Theologorum pro *Canonicis* responderunt. Inde hæc controuersia scriptis fuit venti-

ventilata: MARTINVS SCHOOCKIVS quidem de *Canonicis Vltraiectinis*, publico scripto eorum caussam defendit. ANDREAS ESSENIVS vero *defensionem Consilii Theologici Vltraiectini de Canonicis, siue de abusu bonorum ecclesiasticorum* suscepit, *Vltraiecti 1651. 4.* in qua contra Canonicos agit. Respondit tamen ipsi SAMVEL MARESIVS *in Vindiciis de Canonicis Vltraiectinis Gröningæ 1660. 4.* ANTONIVS MATTHAEVS *Rerum Amorfortiarum Scriptores duos antehac ineditos* publicauit, *Lugduni Batauorum 1693. 4.* Alter quidem est THEODORVS VERHOEVEN in breui ac succincta rerum Amorfortiarum descriptione, alter auctor quidam anonymus, vtrique illustrati Obseruationibus, & quæ hactenus nondum visa, veteribus aliquot, monumentis, diplomatibus & instrumentis, doctissimi Editoris, iisque copiosissimis.

§. XIX.

In *Geldriæ* insignis Ducatus Historia habemus primum HENRICI AQVILII *Compendium Chronici Geldriæ, Coloniæ 1567. 8.* & quod cum eodem extat IOANNIS DORRII encomium *Ducatus Geldriæ.* Præcipui vero sunt & Diplomatum aliorumque egregiorum subsidiorum adparatu instructi grauiterque conscripti IOANNIS ISAACI PONTANI *Historiæ Geldricæ, Libri XIV. Harderuici Gelrorum 1639. f.* deducti a primis ad ea vsque tempora, quibus firmata sub Ordinibus Respublica. Libro autem primo Ducatus Gelriæ & Comitatus Zütphaniæ præmissa Descriptio. Historia hæc postea belgico sermone prodiit, per AREND *van* SLICHTENHORST, sub titulo: XIV. *Boecken van de Gelderse Geschiedenissen, t'Arnhem 1653. f.* mutata in plurimis, emendata & ccc. Capitibus, mul-

tisqu figuris æneis aucta. Caussa illustris Successionis in Ducatum Geldriæ a Wilhelmo Iuliacensi petitæ, deducitur in scriptis publicis, iunctim editis sub titulo: *Assertio eius Iuris, quod Imp. Maiestas ad Geldriæ Ducatum & Zutphaniæ Comitatum habere prætendit in Comitiis Ratisbonensibus 1541. exhibita*, (alias *Coloniæ 1541. 8.* singillatim edita) cum subiectis *Scholiis*, quibus *Wilhelmus* Iuliacensis &c. contra eiusmodi assertionem defenditur, adhæret: *Continua & plenior Iuris & legitimæ Possessionis memorati Ducis in Geldriæ Ducatu & Zutphaniæ Comitatu Defensio*; & *Scriptum quoddam per Legatos Reginæ Mariæ Rectricis, sub titulo: Confutationis aduersus memoratam Defensionem, exhibitum*, *Salingiaci* in Ducatu Montensi excusum *1543. f. Historia Ecclesiastica Ducatus Geldriæ*, sed tantum ex parte proposita auctore IOANNE KNIPPENBERG, *Bruxellis 1719. 4.* Non vulgariter scriptæ sunt: IOANNIS SMITH *Oppidum Batauorum seu Nouiomagum, Amstelodami 1644-45. 4.* IOANNIS vero SMETII *Antiquitates Neomagenses, Nouiomagi* editæ *1678. 4.* non tam vrbis & agri antiquitates, sed collectum ibi apparatum quarundam Antiqu. Romanarum, describunt. IOANNES SERVILIUS *Geldro-Gallicam coniurationem* descripsit duce *Martino Rosemio*, *Antwerpiæ 1542. 8.* quæ & T. III. *Freberiano S. R. G.* inserta.

§. XX.

De *Vrbe & agro Gröningensi* commentatus fuit solerter VBBO EMMIVS, *Gröningæ 1646. 8.* De *obsidione Gröningensi* egit IOANNES MARESIVS, *Gröningæ 1672. 8.* In prouincia *Transisalana* præcipua vrbs est Dauentria: IACOBVS REVIVS docte exhibuit *Dauentriam illustratam* vsque ad annum 1641. *Lugduni Batauorum 1651. 4.* quod scriptum

ptum eſt optimum. IOANNIS LINDENBORNII habemus *Hiſtoriam ſiue Notitiam Epiſcopatus Dauentrienſis*, *Coloniæ 1670. 8.* quod ſcriptum ideo eſt æſtimatiſſimum, quod multa inſerta ſint monumenta ex authenticis eccleſiarum membranis deprompta. IOANNES MANTELIVS *de Halſeleto* ſcripſit, ſiue *Hiſtoriæ Loſſenſis Compendium*, *Louanii 1663. 4.*

§. XXI.

In *Friſicarum Rerum* Hiſtoria plures occurrunt Scriptores, qui vel de omni, quam late extenſa olim fuit Friſia exponunt, vel de *Friſia Orientali*, quæ honore Principatus condecorata, hodie pars eſt Regni Germaniæ, Circulique Weſtphalici, ſed heic commode ſeparari quod ad Scriptores de ea agentes, haut potuit. De *origine, ſitu, qualitate & quantitate Friſiæ libros III.* conſcripſit CORNELIVS KEMPIVS, *Coloniæ 1588. 8.* ſed multis fabulis refertos ſecutus eundem fuit SVFFRIDVS PETRI, qui *de Friſiorum antiquitate & origine Libros Tres ſcripſit Coloniæ 1590. 8.* & *Franequeræ 1698. 12.* quibus ad guſtum vulgi, origines Friſiorum a temporibus Caroli M. deduxit. Quumque *Vbbo Emmius* Decadem ſuam Rerum Friſicarum primam edidiſſet, fabulasque has confutaſſet ſolide, *Suffridus Petri* de *Scriptoribus Friſiæ Decades XVI.* edidit, quos inter plures ſuppoſititii, recuſos *Franequeræ 1699. 12.* quibus poſt eius mortem opera BERNARDI GERBRANDI FVRMERII, Leouardenſis, ſucceſſit: *Apologia* SVFFRIDI PETRI pro *Antiquitate & Origine Friſiorum, cum Furmerii Peroratione contra Vbbonem Emmium, Franequeræ 1603. 4.* & recuſa *Franequeræ 1699. 12.* cui oppoſuit doctiſſimus Emmius: *De origine & Antiquitatibus Friſiorum contra* SVFFRIDVM PETRI & BERNHARDVM FVRMERIVM,

eius Gentis Historicos, *perspicua & solida veritate Assertio*, *ab* VBBONE EMMIO *scripta*; quæ *Grœningæ 1603. 8.* singillatim edita, rerum *Frisicarum* historiæ *Lugd. Bat. 1616. f.* editæ, adhæret; reposuit, *Furmerius*: *Hyperaspisten Apologiæ* SVFFRIDI PETRI *de Origine & Antiquitate Frisiorum ad Vbbonem Emmium*, auctore *Bernhardo Furmerio*, *Leouardiæ 1604. 8.* Fabulosa quoque multa reperias circa antiquiora tempora in excitati iam sæpe BERNARDI FVRMERII *Annalium Frisicorum Libris III. Franequeræ 1609. 4.* horum *Trias* altera edita *Leouardiæ 1612. 4.* *Trias* tertia, *Leouardiæ 1617. 4.* formis excusa, atque in MARTINI HAMCONII *Frisia, siue de Viris rebusque Frisiæ illustribus*, *Libris II. Franequeræ 1620. 4.* Hos omnes vicit egregie VBBO EMMIVS, scripta in antiquioribus multa accuratione & fide, stilo graui & pragmatico *Rerum Frisicarum Historia*, quæ distincta in *Decades Sex*, quæ singillatim primum in *8.* diuersis locis editæ, inuentuque olim perraræ erant & quidem *Decas Prima 1592.* & in quibusdam exemplis *Arnhemii 1605. 8. secunda*: *Franeckeræ 1598. tertia Lugd. Batauor. 1599. quarta Grœningæ Frisior. 1604. quinta ibid. 1607. sexta ibid. 1615.* accessit VII. *Embdæ* 1616. 8. qua Parte Opuscula de Frisia comprehenduntur, quæ iunctim recusæ *Lugduni Batauorum 1616. f.* typis *Elzeuirianis*. Orditur opus a primis originibus certis & ad annum 1564. perduxit, in recentioribus cum Domo in Frisia orientali regnatrice coortis Ordinum Prouincialium, Ciuitatis Embdanæ cum primis dissensionibus, Emmius animum parti huic addictum Familiæque regnanti aduersum satis prodidit, id quod & clare patet ex scriptis alias eleganter Eiusdem *de Frisia & Frisiorum Republica Libris aliquot*, Lugduni Batauorum 1616. f. cum ipsius *Historia*, quibus politice & geographice de Statu publico tractat, nimirum

rum singularibus expositionibus de West-Frisia, siue de Frisia inter Fleuum & Lauicam flumina; de Agro porro Frisiorum inter Amasum & Lauicam, qua tractatione inprimis Groningensis Vrbis res exacte tradit; succedunt Commemorationes de Statu reipublicæ & Ecclesiæ in Frisia Orientali & accurata Descriptio Chorographica Frisiæ Orientalis. Edita ante hanc erant iunctim hæcce Opuscula sub titulo: *De Frisia & Frisiorum Republica, deque, Ciuitatibus, Foris, & Vicis inter Fleuum & Visurgim flumina, Libri aliquot, Embdæ 1619. 8.* atque: *De Agro Frisiæ inter Amasum & Lauicam flumina, deque Vrbe Groninga in agro eodem & de iure vtriusque, auctore* VBBONE EMMIO, *Groningæ Frisiorum 1605. 8. De Frisia* vero *Orientali* illam Commentationem, in germanicum sermonem accurate conversam gravibus de caussis edidit ENNO RVDOLPHVS BRENNEISEN, Frisiæ Orientalis Principis Cancellarius meritissimus, sub titulo: VBBONIS EMMII *Tractat von Ost-Frießland, Aurich 1732. 8.* cum notis *Brenneysenii*, quibus, quæ de statu politico atque ecclesiastico, iuribusque domus regnatricis & statuum prouincialium ex studio partium scripserat *Emmius* confutat, huncque in finem varia documenta nouiter reperta adiecit libellumque hunc in vsum iuuentutis patriæ & exterorum edidit. His de *Frisia* scriptis adiungenda: V. EMMII *Historia nostri temporis*, opus postumum ex MSCtis euulgatum *Grœningæ 4.* quæ acerbe satis est scripta, eademque Ordinum Frisiæ Orientalis atque Ciuitatis *Embdanæ* defensio in controuersiis cum Comitibus Prouinciæ *Edzardo*, & *Ennone* vsque ad annum 1608. instituitur. *Emmii* in his Ost Frisicis rebus enarrandis studium insigne partium, ignorantiamque atque scripti cuiusdam Ordinum de singulari status Ost-Frisici formula, maiori opera ex Archiuis Principis pe-

tito, egregioque documentorum & actorum apparatu instructo ostendit laudatus Cancellarius ENNO RVDOLPHVS BRENNEYSEN quod inscribitur: *Ost-Friesische Historie und Landes Verfassung aus denen im Fürstlichem Archivo und sonst colligirten glaubwürdigen Documenten*, in zweyen Tomis iussu Principis *Georgii Alberti* edito, *Aurich 1720. f. 2. Voll.* De iisdem rebus Ost-Frisicis commemorat: *Volledige Chronyk van OstVrieslandt; behelsende niet alleenlik de Historie van OstVrieslandt, maer ok van alle naburige Volkeren ten Osten en ten Westen besonder de allerseltsæmsten geschiedenissen van het oude en beedendagse Frieslant 200 ten tyde des Heidendoms als Zedert het is gekkristent geworden, geschreven van de Heer* EGGERIK BENINGA. *Nu vermeerdert in druk uitgegeben door* EILHARDVS FOLCARDVS HARKENROHT, *Te Emden 1723. 4.* quæ accessiones aulæ minus gratæ fuerunt fiscalisque aduersus editorem agere iussus. Extat hæc Chronica alias Tom. VII. Anal. Matthæi. Tempore Reformationis Ecclesiæ *Frisiam Orientalem*, Religioni Euangelicæ *Lutheranæ*, non *Reformatæ* accessisse comprobare voluit commentariolo germanice scripto: *Historischer Beweiß &c.* IOANNES FRIDERICVS BERTRAMVS, *Oldenburgi 1732. 4.* Ceteras Frisiæ partes, quæ potissimum ad Belgicarum prouinciarum numerum pertinent, quod ad antiquitates illustrant: *Oudheden en Geschiebten van Kennemerlandt, Amstellandt, Nordhollandt, en West Frieslandt behelzende de Oudheeden, opkomsten benaminge der Steden Harlem, Alkmar, Amsterdam, Hoorn, Enkhuizen, Edam, Medenblik, enz met de omleggende Dorpen &c. getroocken uit de oude Handschriften van Kerken en Kloosters* &c. *Eerste Deel, Te Leiden 1721. 8.* Eodem belgico idiomate edita est BERNARDI SCHOTANI *Historia Frisica, Amsterdam 1660. 4.* Hispanorum in Frisia gesta comme-

commemorat PIERIVS WINSEMIVS Ordinum Frisiæ Historiographus *Historiarum ab excessu Caroli V. Cæsaris, siue rerum sub Philippo II. per Frisiam gestarum ab anno 1555. vsque ad annum 1581. assertæ libertatis Libri Septem, Leouardiæ 1646. f.* Editi quoque sunt harum *Historiarum Libri IV. Leouardiæ 1646. 4.* Idem WINSEMIVS condidit: *Kronyk of Geschiedenisse van Vrießland, Franeq. 1622. 4.* quæ ad annum 1622. pertingit. In antiquis *Frisiorum Legibus* historicus mores Gentis inuestigaturus notabilia varia deprehendet, edidit easdem cum notulis SIBRANDVS TETARDVS SICCAMA, *Arnhemii 1624. 4.* quæ cura Viri celeberrimi CAROLI GVILIELMI GAERTNERI recusæ, *Lipsiæ 1730. 4.*

§. XXII.

Ad *politicum Belgii statum* pernoscendum, præter GROTII *Apologeticum*, LEONEM *ab* AIZEMA, SYLVIVM alios supra vbi de Geographica Descriptione, indicium, factum, recensitos, pertinent IOANNIS *de* LAET *Respublica Belgii fœderati, Lugduni Batauorum 1630. 24.* inter Respublicas *Elzeuirianas.* Et alia eiusmodi collectio inscripta: *Respublica Hollandiæ & Vrbes, Lugduni Batauor. 1630. 24.* qua continetur: HVGONIS GROTII de *antiquitate Reipublicæ Batauicæ,* Liber singularis, cum notulis; PAVLI MERVLAE *de statu Reipublicæ Batauicæ* Diatriba; LVDOVICI GVICCIARDINI *Hollandiæ Selandiæque* Descriptio, inserta sunt CASPARIS BARLAEI *Vrbium præcipuarum encomia; Hollandiæ Selandiæque Principes desumpti ex Batauia illustrata* PETRI SCRIVERII. MARCI ZVERII BOXHORNII liber *de statu fœderati Belgii, Hagæ 1659. 12.* qui breuiter omnem Republicæ Belgii Fœderati dispo-

positionem describit. Secutus illum fuit PHILIPPVS CAESIVS a ZESEN, in cuius LEONE *Belgico, Amstelodami 1660. 12.* initia atque incrementa Reipublicæ Belgii Fœderati, forma interior, potentia, interesse & quæ ad conseruationem status faciunt recensentur. MARTINVS SCHOOCKIVS, *in Belgio Fœderato, Amstelodami 1665. 12.* integram faciem Reipublicæ Belgicæ generalem, iurisdictionem prouinciarum, singularum statum, commercia, vrbes & vicos, ministros, interesse, statum regiminis atque alia, accurate recenset. Quæ fundamenta sint status Belgici Fœderati, secundum principia, quæ tenuerunt Fratres *Wittii* aliique iis addicti proposuit auctor ANONYMVS, qui est CORNELIVS *van* HOVENS rerum Batauarum peritissimus, variis libris, cum primis eo, qui inscriptus: *Aenwising der heilsamen Politike Gronden en Maximen van de Republic. van Holland, Leyde 1669. 4.* & *germanice, Rotterdam* siue potius in *Germania superiore,* stilo non adeo culto *1671. 8.* Ex eo breviori expositione decerptus libellus: *Interest van Holland ofte gronden van Hollands welvaren, angewezen door V. D. H. t' Amsterdam 1662. 12.* Idem Auctor publicauit alias commentatiunculas, plenas quidem bonæ frugis, aduersas tamen iis qui præfectum (Stadthouder) exoptant. Harum tituli sunt: V. H. *Historie de Gravelike Regering in Holland, 1654. 12.* quibus oppositus alius, sub indice: *Hollands Opkomst of Bedenkingen op de schaadelike Schriften, genaamt Grafelike Regeeringe, & Interest van Holland uitgegeben door V. D. H, ten Dienste van alle Liefhebbers die de ware Interest des Landes beminnen vergadert door* I. C. *tot Leyden 1662. 12.* Huius commatis sunt: *De Stadthouderlyke Regeeringe in Hollandt ende West-Vrieslandt*

landt, quo gesta maxime memorabilia a Præfectura *Wilhelmi I.* Principis Auriaci vsque ad mortem *Wilhelmi II.* ex eadem familia indicantur & diiudicantur, *t' Amsterdam 1662. 12.* Ex calamo van HOVENS forte profluxit: *De Gulde Legende van de Stadt Houders in Holland ende West-Vrieslandt, tot Amsterdam 1663. 12.* Nec contemnendus est Liber: *Polityk en Militair Handboeksen van den Staet de geuneerde Prouintien anwysende de selfs Maniere van Regieringe valvondige Middelen &c. 1660. 12.* Egregium scriptum est GVILIELMI TEMPLE, quod sub titulo: *Remarques sur l'etat des Provinces Vnies des Paisbas, faites en l'an 1672. à la Haye 1680. 12.* & *à Utrecht 1706. 8.* nec non *germanice Nürnberg 1676. 12.* editum, in quo status Belgii illorum temporum egregie describitur. Lectu quoque digna est quæ prodiit sub titulo: *Histoire abregée des Provinces unies des Pais-bas où l'on voit leurs progres, leurs conquêtes, leur gouvernement & celuy de leurs Compagnies en Orient & en Occident, comme aussi les hommes illustres dans les armes, & les Sçavans dans les lettres, à Amsterdam 1701. f.* cum figuris æneis elegantissimis. In hoc autem & historiam & statum politicum egregie videmus descriptum. Præterea habemus: *Gouvernement politique des provinces du Pais-bas, à Bruxelles 1671. 12.* Breuis nec tamen contemnenda & libere scripta est: *Der vereinigten Niderlande Staat, in deroselben Historischer, Geografischer und Politischer Beschreibung, fürgestellet durch* AVGVST FRIDERICH BONEN, *Jena 1671. 12.* Nostro tempore hoc in argumento edita: *Description Historique du Gouvernement des Provinces Vnies* par *Mr.* BASNAGE, quæ præmissa est ipsius *Annales des Provinces Vnies*, quorum T. I. prodiit *à la Haye 1719. f.* sed non in omnibus Batauis hæc placuit.

In re-

In rebus *Traiectinis* notata a clarissimo Viro *van de* WATER in *Præfatione ad Placita Ord. Trai.* Idem dicendum de recentissimâ descriptione quæ prodiit sub Indice: *L'Etat present des Provinces unies par Mr.* IANIÇON, Agent du Landgrave de Hesse Cassel *1729. 12. 2. Voll.* PAVLI CHRYSTIN *Iurisprudentia Heroica, siue de iure Belgii circa nobilitatem & insignia, Bruxellis 1668. f.* ad omne Belgium facit. Ad statum ecclesiæ atque rei litterariæ illustrandum conducit HENRICI LVDOLPHI BENTHEMS *Hollendischer Kirchen-und Schul-Staat, Francofurti 1698. 8.* quo doctissimus auctor de omnibus in ministerio, academiis & gymnasiis tum viuentibus agit, horumque vitas & libros, historiam academiarum, controuersias quoque Theologicas, nummos, repræsentantes virorum clarorum effigies, & similia eleganter describit. Fulcra Reipublicæ Batauæ in flore Commerciorum consistunt, de quibus extant: *Memoires sur le Commerce des Hollandois, Amsterdam 1717. 8.* cuius auctor *Mr.* HUET ancien Evêque d'Avranches. *Germanice* quoque versa culte, sub titulo: *Curieuse Nachricht von der Handlung der Hollander, übersetzet durch Fridrich Christoph Neubauer, Hannover 1717. 8.* De *Societate* potentissima *in Indias Orientales* commercia per Priuilegia Ordinum exercente agit: *Begin eende Vortgangh van de Vereenighde Nederlandsche Oost-Indische Compagnie 1646. f. cum fig. æneis.* Ad particularia huius Societatis facit: *Relation de tout ce qui s'est passé entre les Hollandois de la Compagnie des Indes Orientales & le Roy & autres Regens de Macassar depuis l'an 1666. jusques à l'annee 1669. avec les Articles de la Paix, Paris 1670. 8.* Rationes quoque commercii, quod in emporio celeberrimo *Amstelodami* exercetur, ex parte illustrat commentarius: *Le Negoce d'Amsterdam, ou Traite de sa Ban-*

sa Banque, de ses Changes, des Compagnies Orientales & Occidentales &c. par le Moine de L' ESPINE, *à Amsterdam 1710. 4.* Nec minus ad statum politicum facit: *Deductio siue declaratio Ordinum Hollandiae West-Frisiaeque ex ipsis fundamentis regiminis Belgici desumta, qua ius & potestas singularum prouinciarum cum externis principibus contrahendi & de quibuscunque negotiis constituendi proponitur, nisi quid foedere Vnionis anno 1579. Vltraiecti composito aut speciatim foederatorum Procerum conuentui delatum fuerit, qua legitima & iusta esse conceditur concessio Instrumenti seclusionis Principis Auriaci, Lugduni Batauorum 1654. 4.* Hac autem deductione multa singularia Status Belgici, maxime quae dignitates Principum Auriacorum haereditarias concernunt, comprehenduntur. Nuper edita breuis scriptio: *Considerations sur le Danger eminent où l'on seroit, si les Pais-bas Autrichiens tomboient entre les Mains de la France,* traduites de l'Anglois, *Amsterdam 1738. 8.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE RERVM ANGLICARVM, SCOTICARVM, ET HIBERNICARVM.

§. *I. Scriptores, qui Bibliothecam Historicorum Rerum Britannicarum nobis dederunt.*

§. *II. Scriptores qui ad chorographiam faciunt.*

§. *III. Scriptores singulares Prouinciarum & ciuitatum.*

§. *IV. Scriptores qui ad statum naturalem & mores incolarum faciunt.*

§. *V. Scriptores, qui de origine*

§. I.

SCriptorum *Britannicorum* notitias nobis dederunt IOANNES LELANDVS, & qui hunc continuauit IOANNES BALAEVS: ex hoc sua potissimum hausit IOANNES PITSEVS. Porro

Porro GEORGIVS LILIVS, ANTONIVS a WOOD, HENRICVS HOLLANDVS & IACOBVS WARAEVS ad Historiam litterariam Magnæ Britanniæ Scriptorum faciunt, sed cum varii generis scripta recenseant, de illis iam dictum fuit in capite quarto §. IX. *Introductionis ad rem litterariam.* Ad Historicorum vero Britannicorum cognitionem comparandam, egregia subsidia præbet WILLIAM NICHOLSON *The Englisch Historical Library,* cuius *Pars prima* edita *Londini 1696. 8.* Breuis est idea atque character plerorumque Scriptorum, siue impressorum siue manuscriptorum, qui vtiles esse possunt generalem Angliæ historiam molientibus. Scriptores iusto ordine recenset, illos etiam qui in scribenda generali historia Angliæ occupati fuerint, indicauit. *Altera* huius scripti *Pars, Londini 1697. 8.* prodiit, qua exhibet catalogum plerorumque historicorum ecclesiasticorum cum animaduersionibus criticis in potiores. Tertia denique Pars *Londini* formis impressa *1699. 8.* atque sistit recensum tabularum publicarum, librorum iuris municipalis ac nummorum, ab inuasione Normannorum vsque ad decessum Elisabethæ reginæ celebrium, quatenus historiæ inseruire possunt. Scriptum est elegantissimum, quo multæ etiam illustrantur antiquitates. Recusa emendatior & auctior hæc *Bibliotheca, Londini 1714. f.* Neruose, sed egregie de *Anglicanæ Historiæ Periodis & Scriptoribus sententiam* dixit, breui libello HERMANNVS DIETERICVS MEIBOMIVS, *Helmstadii 1703. 4.*

§. II.

Choro- & Topographias plures, recentiori cumprimis æuo curiosissima Britannorum diligentia dedit. Pertinent huc ex parte IOHANNIS HORSLEY *Britan-*

Britannia Romana, or the Roman Antiquities of Britain, London 1732. f. cum multis figuris æneis, non solum historiam gestorum a Romanis per Britanniam in primis militarium, viarum, munitionum, quæ Tabulis tum Geographicis tum chorographis aliisque geometrica ratione perfectis sistit, syllogenque lapidum & inscriptionum cum earum illustratione exhibet; sed quoque Geographiam Britanniæ Romanam, in qua Ptolemæi, Antoniniani Itinerarii, Notitiæ, Anonymi Ravennatis, & Tabulæ Peutingerianæ, quæ de Britannia agunt, verba proponuntur, variaque circa ipsos hos Scriptores & commemorata ab illis Britanniæ loca, tentantur ac illustrantur. Commentarius sane eruditionis singularis plenus. Eius dem argumenti est plenum itidem curiosarum obseruationum WILLIAM STVCKELEY *Itinerarium curiosum, or an Account, of the Antiquities and Curiosities in Nature and Art observ'd in Travels thro' Great Britain Centurie I. London 1724. f.* cum centum figuris æneis. Eadem erudite tractant & exponunt: WILLIAM BVRTON *Commentary ou Antoninus his Itinerary so far as it concerns Britain, London 1658. f.* Ipsum *Antonini Iter Britanniarum commentariis illustratum* dedit THOMAS GALE, quos post ipsius mortem, reuisit, auxit, edidit R. G. accessit *Anonymi* RAVENNATIS *Britanniæ Geographia*, cum coniecturis plurimis, nominibusque locorum Anglicis quotquot iis assignari potuerunt. *Londini 1709. 4.* Nec hic omittendæ AYLEIT STAMMES *Britannia antiqua illustrata, or the Antiquities of antient Britain, London 1676. f.* cum figuris æneis. Antiqua, media & quæ recentioris suique æui erant ad hoc argumentum f cientia summo studio conduxit apteque disposuit ac illustrauit GVILIELMVS CAMDENVS insigni opere:
Britan-

Britannia, quæ typis expreſſa *Londini 1582. 8. ibid. 1667. f.* & *Francofurti 1617. 8. Amſtelodami 1659. f.* Atlantica forma, qua ſingulæ prouinciæ atque vrbes plenius deſcribuntur. Hanc primum in epitomen contraxit & tabulis illuſtrauit *Regnerus Vitellius, Zirizæus, Amſtelodami 1639. 12.* In Anglicam linguam tranſlati ſunt præclari hi commentarii. Prodierunt enim hoc idiomate, aucti cura PHILEMONIS HOLLANDI, *Londini 1610. f.* & multis cum acceſſionibus *1637. f.* Sed has editiones longe vincit & accuratione & aucto dicendorum apparatu quam dedit EDMVND GIBSON inſcriptam: CAMDEN'S *Britannia newly translated in tho English with large additions and emprovements, London 1695. f.* & *1721. f. 2. Voll.* cum magno mapparum geographicarum & aliarum tabularum æneārum, quibus antiquitatum reliquiæ & numorum figuræ inciſæ. Eſt hæc verſio elegantiore facta ſtilo, ipſumque opus multis inſtructum additamentis, quæ non unius hominis labore, ſed cura & induſtria multorum eruditorum virorum acceſſerunt, quorum nomina eruditus editor in Præfatione recenſet. In hiſce nouis additionibus ampliſſimis, quæ a textu Cambdeniano ſeparatæ ſunt, multa noua congeruntur, quæ vel ad naturalem Britanniæ hiſtoriam ſpectant, vel origines Vrbium concernunt, aut Antiquitates & monumenta Romanorum, Saxonum & Britonum vlterius illuſtrant. Multa in hac noua editione, recenſentur veterum monimenta, quæ aut a Camdeno omiſſa, aut non ita pridem in Anglia detecta ſunt. Multam quoque in colligendo diligentiam adhibuit IOHN SPEED qui compilauit *Hiſtory of Great Britain, London 1632. f.* quæ congeries maximam partem quidem ad vniverſalem Hiſtoriam Britanniæ pertinet, habet tamen

men plura quæ ad hanc claſſem quoque faciunt. Latine prodiit ſub indice: IOANNIS SPEDAEI *Theatrum Magnæ Britanniæ, Scotiæ, Hiberniæ*, atque adiacentium Inſularum, *Amſtelodami 1616. & 1646. f.* Poſtmodum edita: *Epitome of* IOHN SPEED'S *Theatre of the Empire of Great-Britain, London, 1676. 12. oblongo.* Ex *Cambdeno* illisque qui huic Supplementa dederunt, induſtrius quidam ANONYMVS, alio tamen ordine expoſuit: *Or a new Survey of Great-Britain, containing Geographie Eccleſ. Civil, Natural and Litterary Hiſtory Antiquities, Maps* &c. *Magna Britannia & Hibernia antiqua & noua, in the Savoy, Londini 1720. 4. 2. Voll.* cum figuris, quo libro cuiusque Prouinciæ antiquitates primum, ſtatumque Geographicum & politicum, tum Hiſtoriam naturalem, eccleſiaſticam & literariam, familiasque illuſtres conſiderat auctor, libris poſt Camdenum editis & MSCtis quibusdam vſus. Hos egregie quoque ſupplet *The Itinerary of* IOHN LELAND *the Antiquary publiſh'd by Thomas* Hearne *Oxford 1710. 1712. 8.* nouem Voluminibus mediocribus, cum figuris. Tanta autem exemplorum paucitate formis impreſſum hocce Itinerarium vt 120. tantum exempla excuſa dicantur, vide *Acta Eruditorum Lipſienſia L. An. 1729. p. 185.* Acceſſere *T. I.* LELANDS *Newyears Gift &* HEARNE'S *Diſc. concering ſome Antiquities lately found in Yorkshire;* Tomo II. LELANDI *Næniæ in mortem Thomæ Viati;* HEARNE'S *Account of ſeveral Antiquities in and about Oxford; Oratio Catabrigiæ coram Henrico VII. R. habita & D* PLOT'S *Account of his intended Journey throug Engl. and Wales;* Tomo III. ANTONINI *Iter Britannicum cum variis Lectionibus & notis Roberti* TALBOTI; Tomo IV. LELANDI *Excerpta ex variis Codd. MSCtis;* Tomo V. W. VALLAVS *a Tale of two Swannes or of ſeveral*

and

parts of Hartford-Shires & HEARN's Account of some Antiqu. between Windsor and Oxford; T. VI. FR. BROKESBY *Observations relating to the Antiqu. and Nat. Hist. of England &* ANON. *Essay towards the Recovery of the courses of the four great Romain Ways.* Tom. VII. *Anonymi de voce Anglo-Saxonica* Aestel *Diss.* Tom. VIII. *Anon. Disc. concerning the Stunds field tessellated Pavement &c.* IO. WOWARD's *Account of some Roman Vrns &c. lately digg'd up in London,* & GVIL. STEPHANIDIS *Descriptio Londoniæ* cum notis HEARNII; Tomo IX. LELANDI *Genethliacon Eaduerdi Principis Cambriæ, Ei. Cygnea cantio &* NICOLAI FIERBERTI *Descriptio Academiæ Oxoniensis.* Ad noscendas porro Antiquitates Britanniæ conferre aliquid possunt: *Itinerarium septentrionale, or a Journy thro most of the Counties of Scotland and those in the Nordh of Engeland, by* ALEXANDER GORDON, *London 1726. f.* Celeberrimum est monumentum *Stonebenge* dictum, de quo curiose commemorat scriptum cui titulus: *The most notable Antiquity of Great Britain vulgarly called Stone-Heng, restored by* INIGO IONES, *to which are added* Chorea Gigantum *or Stone-Heng restored to the Danes by* WALTER CHARLETON *and* (IOHN) WEBB's *Stonebeng a Roman Work and Temple, London 1725. f.* cum figuris elegantissimis. Quæ opuscula heic iunctim edita, prodierant ante hanc editionem singillatim & quidem INIGO IONES *Stone-benge restor'd, London 1658. f.* & quæ in huius libri defensionem exarata: *Vindication of Stone-benge restor'd by Mr.* WEBB, *London 1655. & Stone-benge restord tho the Danes by* D. CHARLTON *London 1663.* 4. Non magni hodie est momenti: RVTGERI HERMANNIDIS *Britannia Magna, Amstelodami 1671. 12.* Elegantibus sunt ornatæ fi-

guris æneis tabulisque Vrbes, arces, palatia, collegia, antiquitates quasdam exhibentibus addita breui explicatione & deſcriptione topographica IAMES BEVEREEL, *Delices de la grande Bretagne & de l'Irlande Leyde, 1707. 12. 8. Voll.* Splendidiſſimum eſt opus inſcriptum: *Britannia illuſtrata, or Views in perſpective of the Seats, of the Nobilty and Gentry of Great Britain,* Volumen *primum & ſecundum, London 1717. 2. Voll.* fol. & Volumen *tertium* inſcriptum: *Or Views of all the Cathedrals and ſome of the Chappels of Great-Britain, London 1713. f.* cum figuris multis æri inciſis pulcerrimis. Addatur: *Noveau Theatre de la Grande Bretagne, Londres* ſiue *Amſterdam 1708. f.* Ad Vrbium & ciuitatium Angliæ res illuſtrandas in primis facit egregius & rarus liber THOMAE MADOX *Firma Burgi or an Hiſtorical Eſſay concerningh the Cities, Towns and Bourougs of England, taken from Records, London 1726. f.* Notabile WILLIELMI BAXTER *Gloſſarium Antiquitatum Britannicarum, ſiue, Syllabus Etymologicus Antiquitatum veteris Britanniæ atque Iberniæ temporibus Romanorum; acceſſit* EDVARDI LVIDII *de fluviorum, montium, vrbium &c. in Britannia nominibus, Londini 1719. 8. charta max.* qui liber nitide quidem ſed paucis exemplis excuſus & per eſt rarus. Atque alius egregius libellus, inſcriptus: *Roman Stations in Britain, according to the Imperial Itinerary by* N. SALMON, *London 1726. 8.* DANIEL LANGHORN edidit *Elenchum antiquitatum Albionenſium, Britannorum, Scotorum, Danorum, Anglo-Saxonum, Londini 1673. 8.* & IOANNES BATTELY *Antiquitates Rutupinæ, Oxoniæ 1711. 8.* quibus repertas ibi antiquitates, nummos, vrnas illuſtrat.

§. III

§. III.

Alii docti curiosique in Magna Britannia viri, institutis itineribus solertissimaque & antiquarum & naturalium rerum inuestigatione instituta, singulares Prouincias, Comitatus & insignes commemorabilesque maxime Vrbes, Ciuitates & Loca descripserunt. Ex quorum numeris hosce incidamus. Enimvero, DANIEL KING exposuit *the Vale Royal of England, London 1656. f.* quo regionis *Cheshire* a *W. Smith* & W. WEBB iam factas descriptiones iunctim edidit variisque obseruationibus & figuris æneis illustrauit. Idem de hac prouincia præstitit: PETER LEICESTER in *Historical Antiquities, London 1673. f.* quibus iungenda: IOHN DODERIDGE *History of the antient and modern State of Cheshire, Wales and Cornwal, London 1630. 4.* De eodem *Cornubiæ* Comitatu egit RICHARD CAREW *the Survey of Cornwall, London 1602.* & *ibid. 1723.4.* addita auctoris Vita, auctore H. C. Alios *Comitatus* & *Vrbes* alii illustrarunt. Nempe extant: THOMAS RISDON *Chorographical Description of Devonshire, London 1713. 8.* IOHN PRINCE *Daumonii Orientales illustres, or the Worthies of Devon, Exeter 1701. f.* & RICHARD IZACKE *remarkable Antiquities of the City of Exeter, continued to 1723. by* SAMVEL IZACKE, *London 1681. 8.* & *ibid. 1724. 8.* cum figuris. *Glocestriæ* regionem descripsit: ROBERT ATKINS *antient and present State of Glocestershire, London 1712. f.* De *Hartfordiæ* Comitatu extant: IOHN NORDEN *Chorographical Description of Mid Hartfordshire, London 1593. 4.* & HENRY CHAVNCY *Historical Antiquities of Hartfordshire, London 1700. f.* *Ducatum Leodiensem, or the Topography of the ancient and populous Town and Parish of Leedes* curate descri-

describsit RADVLPH THORESBY, *London 1715. f.* Egregius & memorabilis est Liber inscriptus: *Registrum bonoris de Richmond, exhibens Terrarum & Villarum quæ quondam fuerunt Edwini Comitis infra Richmundshire Descriptionem ex libro Domesday in Thesauraria Domini Regis, cum tabulis Genealogicis & obseruationibus variis, Londini 1722. f. Cantium* descriptum in: WILLIAM LAMBARD *Perambulation of Kent, London 1570. & 1596. 4.* & a W. SOMNER *Treatise of the Roman Ports and Forts in Kent, Oxford 1693. 8.* addatur: THOMAE PHILPOT VILLARE *Cantianum, London 1664. & 1695. f.* IOANNIS LELANDI libellus inscriptus *Cygnea Cantio*, & edita *Londini 1658. 12.* ad hanc regionem pertinet. Antiquitates *Canterburiæ* inuestigavit solicite: WILLIAM SOMNER in *Antiquities of Canterbury, or a Survey of that ancient City with its Suburbs and Cathedral, London 1640. 4. & with Additions* of Mr. I. BATTELY *London 1703. f. Leicestria* memorabilia dedit: WILLIAM BVRTON's *Description of Leicestershire, with Antiquity Armory, London 1622. f. Mittelsexiam* exhibuit IOHN NORDEN in *Speculo Britanniæ or a Description of Middlesex and Harfordshire, London 1593. 4. & ibid. 1622. f.* cum figuris. In hac regione sita princeps Ciuitas Angliæ, sedes regia, & insigne Emporium *Londinum*, cuius fata & res visu dignas consignarunt: IOHN STOW *Survey of London, London 1598. 4.* atque IAMES HOWEL *Londinopolis, an historical Discourse, or perlustration of the City of London, London 1657. f.* qui plura antecedenti scriptori debet. Coniungenda omnino quum multa sint mutata alia recentior scriptio, hoc indice: *A new View of London or an ample Account of that City, London 1708. 8. 2. Voll.* cum figuris. Varia curiosa legas, in Compilatione cui index:

The

The London-Spy in XVIII. Parts by EDWARD WARD *London 1718. 8. West Monasteriensis* Abbatiæ & templi, quæ partem insignem celeberrimæ Vrbis faciunt memorabilia deprehendes in collectione quæ GVILIELMO CAMDENO adscribitur, titulumque habet: *Reges, Reginæ, Nobiles, & alii in Ecclesia Westmonasteriensi sepulti vsque ad annum 1606. Londini 1606. 8.* Instructior & amplior autem alia est compilatio inscripta: *Monumenta West Monasteriensia, or an historical Account of the Abbey-Curch of Westminster, with all the Epitaphs &c. by* HENRY KEEPE, *London 1682. 8.* Antiquitates quasdam cum aliis curiosis in *Nortfolcia*, sistit THOMAS BROWNE *Hydrotaphia, Vrn-burial, or a Discurse of sepulcral Vrns lately found in Norfolk, London 1658. 8.* R. THOROTON conduxit: *Antiquities of Nottinghamshire London 1677. f. Oxoniæ* ornamentum est celeberrima Academia quæ est *Oxonii*, de qua præter alias scriptiones adhibendæ ANTONII WOOD *Antiquitates Vniuersitatis Oxoniensis, Oxonii 1674. f.* eiusdemque docti viri: *Athenæ Oxonienses, or an exact History of the Writers and Bishops, who hat their Education at Oxford, London 1691. 1692. f. 2. Voll.* sed alter Tomus fuit suppressus. Altera nobilis Angliæ Academia *Cantabrigiensis* descripta in: *History and Antiquities of the Vniversity of Cambridge, Londini 1721. 8.* Aliis regionibus pernoscendis inseruiunt: I. WRIGHT *History and Antiquities of Rutland Shire, London 1684. f.* GYRALDI Cambrensis *Itinerarium: & Descriptio Walliæ* edita cum obseruationibus D. POWELL, *Londini 1585. 8.* PERCY ENDERBY laudatur *Cambria triumphans, or the antient and modern British and Welsh History, London 1661. f.* cum figuris. Addatur: *The History of Cambria, new called Wales, from the Brytish*

Language translated in to English by H. LLOYD, *and continued by* DAVID PAVEL, *London 1584. 4.* Nec omittenda HENRY ROWLANDS *Mona antiqua restaurata, an Archaeological Discourse, or the Antiquities natural and historical of the Isle of Anglesey, the antient Seat of the British Druids, Dublin 1723. 4.* cum figuris. De eodem Principatu agit: IOHN DODERIDGE *History of the ancient and modern State of Wales, London 1630. 4.* WILLIAM DVGDALE solicitus fuit circa conquirendas: *Antiquities of Warwickshire illustrated Londini 1656. f.* *Insularum* in America occupatarum & *Coloniarum* in has deductarum originem accurate describunt RICHARD BLOME *in the present State of the English Isles and Territories in America, London 1687. 8.* extant quoque huius libri versiones gallica & germanica, sed anglica editio plenior est. Addatur: *the British Empire in America, London 1708. 8.* quem librum alii HERMANNO MOLL adscribunt, alii cuidam OLDMIXON dicto.

§. IV.

Alii, ad mores incolarum Regnorum Magnae Britanniae statumque naturalem faciunt. Tales: IOANNIS TWINI *de rebus Albionicis, Britannicis & Anglicis ad finem Romani Imperii in Britannia Commentariorum Libri II. Londini 1590. 8.* GVILIELMVS MVSGRAVE Dissertatione singulari egit *de Britannia quondam pene Insula, Isca Dunmoniorum 1719. 8.* IDEM dedit *Belgium Britannicum, in quo illius limites, fluuii, vrbes &c. exponuntur, Isca Dunmon. 1719.* c. f. *8.* M. N. *Remains concerning Brittaine, especially England's Inhabitants and their Languages, Names, Armories, Monys, Proverbes, Poesies &c. London 1629. 4.*

Sic

Sic enim CHRISTOPHORVS MERRETVS edidit *Pinacem rerum naturalium Britannicarum, continentem vegetabilia, fossilia & animalia, Londini 1667. 8.* I. CHILDREY scripsit *Britannia Baconica, or the Natural Rarities of England Scotland and Wales, according, to every Shire, London 1661. 8.* & gallice: *Histoire des singularites naturelles d'Angleterre, d'Ecosse & du pais de Galles, ecrite en Anglois, & traduite par M. P. B. à Paris 1669. 12.* Insecta Angliæ curiose descripta in: *A natural history of English Insects illustrated with a hundred Copper-Plates curiously engraven from life &c. by the Author* ELEAZAR ALBIN, *London 1720. 8.* Prostant etiam annotata naturæ memorabilia in singularibus regionibus studiosissime conquisita. Sic IOHN MORTON collegit: *Natural History of Northamptonshire, London 1712. f.* ROBERT PLOT conscripsit: *Natural History of Oxfordshire, Oxford 1677. f. ibid. 1695. 4.* S. ERDESWICK extat *Natural History of Staffordshire, Oxford 1686. f.* Egregia non minus est CHARLES LEIGH *Natural History of Lançashire cheshire and the Peak of Derbyshire, Oxfort 1700. f.* cum figuris, cuius libro primo enarrauit, quæ naturalem historiam; secundo, quæ medicinam; tertio, quæ antiquitates concernunt. De *Scotiæ* statu naturali habemus ROBERTI SIBBALDI *Scotiam illustratam*, siue prodromum Historiæ naturalis, in quo regionis natura, incolarum ingenia & mores, morbisque medendi methodus & medicina indigena accurate explicantur, *Edinburgi 1684. f. Historiam naturalem* vero *Hiberniæ* descripsit GERARDVS BOATE, ex anglico traductam & gallice editam *Parisiis 1666. 12.*

§. V.

Inter antiquiores, qui de origine Populorum Insulam hanc felicem inhabitantium & statu rerum Britannicarum antiquo egerunt, primus est atque antiquissimus Scriptor, GILDAS, dictus Sapiens, qui in libro *de excidio Britanniæ*, de Saxonum ferocia atque crudeli Britannorum iugo, vsque ad sua tempora, & seculum sextum commemorauit. Hunc excepit NENNIVS, Anglus, qui de origine Britannorum historiam condidit, cui SAMVEL Britannus notas addidit. RADVLPHVS de DICETO præter alia scripsit *de aduentu Saxonum, gesta Normannorum, origines Hibernorum & Scotorum, volumen de Regibus Anglorum, de mirabilibus Anglorum* aliaque, quæ partim a Twisdeno fuerunt edita. Vt taceam alios Angliæ Scriptores antiquos, qui adhuc in variis bibliothecis adseruantur manuscripti. Ex recentioribus ROBERTVS SHERINGAMIVS, erudite exposuit in sua disceptatione *de Anglorum gentis origine, Cantabrigiæ 1670. 8.* in qua Britones a Troianis, Anglos vero a Gothis deducit. Addatur THOMAE INNES *Critical Essay, of the anciens Inhabilitants of the Northern Parts of Britain, London 1729. 8.* Ex parte huc facit HIERONYMVS CYPRAEVS *de origine Saxonum, Anglorum, Cimbrorum Liber, editus Hafniæ 1637. 4.*

§. VI.

De hisce antiquis & medii cumprimis æui Scriptoribus ex archiuorum thesauris atque Bibliothecis producendis, emendandis atque ornandis præclaro studio occupati fuerunt doctissimi Viri. De IOANNE LELANDO testatur BALEVS *cent. VIII. de Scriptoribus Britannicis cap. LXXXI.* eundem exoletos, seu ab vsu remotos atque adeo

adeo obliuione pene sepultos Britannicos auctores solum resuscitasse. Extant tamen *Nouem* præstantissimæ *Scriptorum* vetusti & medii temporis *Britannicorum, Collectiones:*

Prima est, quæ ex Bibliotheca illustri Palatina Heidelbergensi curis & sumptibus HIERONYMI COMMELINI prodiit, hoc titulo: *Britannicarum Rerum Scriptores vetustiores & præcipui, Heidelbergæ 1587. f.* licet & quædam exempla *Lugduni in Galliis* nomen, & alterius bibliopolæ, qui ea a Commelino acceperat, præferant. Qua continentur:

1) *Galfridi Monumetensis* de origine & gestis Regum Britanniæ.
2) *Pontici Virunnii* Historia Britannica.
3) *Gildæ* Sapientis Epistola de excidio & conquestu Britanniæ.
4) *Bedæ* Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum cum Continuatione Anonymi.
5) *Guilielmi Neubrigensis* de rebus Anglicis.
6) *Ioa. Froissardi* Epitome de bellis Anglorum & Gallorum.

Alteram faciunt: *Anglicarum rerum Scriptores post Bedam præcipui*, editi a HENRICO SAVILE, *Londini 1596. f.* & recusi *Francofurti 1601. f.* qua secunda anglici idiomatis quædam verba non adeo curate expressa. Huic insunt:

1) *Wilhelmi Malmesburiensis* de gestis Anglorum.
2) Historiæ nouellæ & de gestis Pontificum Anglorum.
3) *Henrici Huntindoniensis* Historia Anglicana.
4) *Rogerii Houedeni* Annales.
5) *Ethelwerdi* Chronica.
6) *Ingulphi Croylandensis* Historia.
7) Fasti Regum & Episcoporum Angliæ vsque ad Wilhelmum Seniorem.

Tertia inscripta est: Anglica, Normannica, Hibernica & Cambrica a veteribus scripta, & edita e Bibliotheca GVILIELMI CAMDENI, *Francofurti 1603. f.* qua exstant: 1) *Asser*

1) *Asser Meneuensis* de gestis Aelfredi.
2) *Thomæ Walsingham* Historia ab Eduardo I. ad Henricum V.
3) *Eiusd.* Hypodigma Neustriæ.
4) *Guilielmus Gemeticensis* de Ducibus Normanniæ.
5) *Silv. Giraldi* Cambrensis Topographia Hiberniæ, *Eiusd.* Itinerarium Cambriæ.

Quarta: Historiæ Anglicanæ Scriptores Decem ex Editione ROGERII TWYSDEN & IOANNIS SELDENI, *Londini 1652. f. 2. Tomi*, qua prostant:

1) *Simeon* Monachus *Dunelmensis.*
2) *Ioannes* Prior *Hagustaldensis.*
3) *Richardus* Prior Hagustaldensis.
4) *Ailredus* Abbas *Rieuallensis.*
5) *Radulphus* de *Diceto* Londonensis.
6) *Iohannes Brompton* Iornallensis.
7) *Geruasius* Monachus *Dorobornensis.*
8) *Thomas Stubbs* Dominicanus.
9) *Guilielmus Thorn* Cantuariensis.
10) *Henricus Knighton* Leicestrensis.

Quintam facit: *Rerum Anglicarum Scriptorum* Tomus I. editore IOANNE FELL Episcopo Oxoniensi, *Oxonii 1684. f.* qui complectitur:

1) *Ingulfi Croylandensis* Historiam, cum *Petri Blesensis* & *Anonymi* continuatione.
2) Chronicam de *Mailros.*
3) Annales Bustonenses.

Ceteros Tomos, quos destinarat, morte impeditus non edidit.

Sexta: Historiæ Britannicæ, Saxonicæ, Anglo-Danicæ Scriptores quindecim, a THOMA GALE *collecti* Tomus Primus, *Oxonii 1691. f.* hoc Tomo, qui post secundum prodiit, habentur vetustiores Scriptores: *Gildas*, *Eddius*, *Nennius*, *Asserius*. *Ran. Higden*; *Wilhelmus* Malmesburiensis; *Thomas* Elyensis, *Io. Wallinford*, *Radulphus* de *Diceto*, *Ioannes Fordun*, *Alcuinus Flaccus*. Ante hunc Tomum lucem viderant: *Historiæ Anglicanæ*

canæ Scriptores quinque, nunc primum editi a T. G. h. e. THOMA GALE *Oxoniæ 1687. f.* qui Tomum II. faciunt, quo habes:

1) Annales *Marganenses;*
2) *Thomæ Wikes* Chronicon;
3) Annales *Wauerleienses;*
4) *Gaufridi Vinisauf* Richardi Iter Hierosolymitanum;
5) *Walteri Hemingford* Chronicon Regum Angliæ.

Septima & recentissima, extant: *Historiæ Anglicanæ Scriptores varii e Codicibus MSS. nunc primum editi,* editore IOSEPHO SPARKE, *Londini 1723.f.* qua continentur:

1) *Ioannis* Abbatis S. Petri de Burgo Chronicon Angliæ ab An. 654. ad 1259. cum Continuat. *Roberti* de *Buston* ad An. 1368.
2) Hugonis *Candidi;* Roberti *Swaphami;* Walteri de *Whitlesey* & Anonymi Historia Cœnobii Petriburgensis; Wilhelmi *Stephanidis*, Iohannis *Sarisberiensis* Vita S. Thomæ Archi-Episcopi Cantuariensis.

§. VII.

Progredimur ad illos, qui subsidia ad antiquiorem magnæ Britanniæ Historiam præbent & vel in laudatis iam collectionibus extant vel singillatim sunt excusi. Agmen horum merito ducit *Venerabilis* BEDA *Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Anglorum* Libris V. quibus tamen de rebus gestis secularibus enarrationes magni faciendæ, insunt, cuius præstantissima editio est, quæ cum reliquis eius Operibus Historicis editore *Ioan. Smith* prodiit *Cantabrigiæ 1722. f.* reliquas annotabimus suo loco. FLORENTIVS *Bravonius*, WIGORNIENSIS monachus, *Chronicon* conscripsit ab initio mundi vsque ad annum 1118. quod inde alius eiusdem cœnobii ad annum 1163. vsque continuauit. Primus illud ex bibliotheca sua edidit *Guilielmus Howardus, Londini 1592. 4.* atque

cum

cum *Matthæo Monasteriensi Francofurti* apud *Wechelum* *1601. f.* Ad continuandum *Bedam* faciunt porro GVILIELMVS *Malmesburiensis* qui in *Saviliana* extat Collectione, HENRICVS *Huntingdonensis* in eadem, atque ROGERIVS HOVEDENVS. Insigne plane Historiæ Anglo - Saxonicæ monumentum exhibet *Chronicon Anglo - Saxonicum* ad an. 1154. quod cum versione edidit EDMVNDVS GIBSON, *Oxonii 1692. 4.* MATTHAEVS WEST-MONASTERIENSIS *Flores Historiarum* scripsit ab orbe condito vsque ad annum 1307, editus a *Matthæo Parkero Londini 1570. f.* & cum *Florentio Wigorniensi*, *Francofurti 1601. f.* atque laudem habet non minimam. RICHARDI VITI *Historia Insulæ Britanniæ* ab O. C. ad annum Christi 800, *Duaci 1602. 8.* Huc facit etiam *Chronologia Anglo-Saxonica* cum latina versione Abrahami Wheloci, & leges Anglorum veterum, Saxonice, cum versione *Guilielmi Lambardi*, *Cantabrigiæ 1644. 4.* GALFREDVS ARTVRIVS, *Monumetensis*, libros VIII. conscripsit *de rebus Britannicis*, quibus ad sua vsque tempora & seculum septimum progreditur, *Parisiis 1517. 4.* in hac tamen multa reperiuntur fabulosa. Anglice translatus prodiit *Monumetensis* curante *Aaron Tompson*, *London 1718. 8.* Ex recentioribus, *Antiquorum Angliæ Regum historiam* scripserunt DANIEL LANGHORN *Chronico Regum Anglorum*, *Londini 1679. 8.* quo Regum vsque ad Egbertum qui a. 821. Heptarchiæ finem fecit, res maxime memorabiles breuiter sed neruose complexus. IOANNES MILTONVS *Historiam Britanniæ* & speciatim Angliæ condidit, a prima origine vsque ad Guilielmum Normannum Conquestorem, anglice, *Londini 1668. 12.* atque inter Opera *Amstelodami 1698. f.* Illustrant hæc tempora IOANNIS

SELDENI libri II. *Analecton Britannicon* de ciuili adminiftratione Britanniæ magnæ vsque ad Normanni aduentum, *Francofurti 1615. 4.* atque inter *Opera* a *Wilkinfio* iunctim edita.

§. VIII.

Inter Scriptores fuperius memoratos reperiuntur quidem aliqui, qui ad *Normannorum in Anglia Hiftoriam* faciunt, funt tamen alii vel folum hiftoriam illorum defcribentes, vel ab eadem inchoantes, qui res memorabiles & Angliæ & exterorum fimul confignarunt. Faciunt huc primum ANDREAE *du* CHESNE *Normannorum Hiftoriæ Scriptores*, quos fuperius inter rerum Gallicarum Scriptores iam recenfuimus. Alias MATTHAEVS PARISIENSIS inter hofce præcipuus eft, qui *Hiftoriam Maiorem a Guilielmo Conqueftore* ad vltimum annum Henrici III. compofuit, *Londini* primum editam *1571. f. Tiguri 1606. f.* poft emendatius collatam cum MStis codicibus *a Guilielmo Watfio*, *Londini 1640. f.* qui etiam auctuarium atque gloffarium adiecit. Edita quoque *Parifiis 1644. f.* & *Londini 1684. f.* quæ eft optima. Hæc autem hiftoria non folum ob fidem atque induftriam æftimatur quam maxime, fed etiam quod Paparum fcelera atque attentata in Angliæ regnum cordate expofuerit. EADMERI, Monachi *Cantuarienfis* extant *Hiftoriæ nouorum, feu fui feculi fub Guilielmis I. & II. & Henrico I, Angliæ Regibus ab anno 1066. ad annum 1122.* cum notis & fpicilegio *Ioannis Seldeni*. *Londini 1623. f.* Quæ Notæ & inter Opera *Seldeni a Wilkinfio* iunctim edita, comparent. *Eadmerum* quoque *S. Anfelmi Cantuarienfis* Operibus adiecit *Gerberonius Parifiis 1675. f.* atque a facundia & finceritate laudatur. GVILIELMVS NEVBRIGIENSIS de *rebus Anglicis* fcripfit,

scripsit, easdemque orditur ab anno 566. quo Guilielmus Conquestor Haraldo, Regi Anglorum bellum intulit, vsque ad annum 1197. Prior editio *Antwerpiae* prodiit *1567. 8.* altera vero auctior est cum notis *Ioannis Picardi*, *Parisiis 1610. 8.* & studio *Thomae Hearne*, *Londini 1719. 8. 3. Voll.* atque scriptor est magni iudicii. NICOLAVS TRIVETVS Dominicanus, *Annales* condidit *Sex Regum Angliae*, quos ex Codice Glastoniensi emendate edidit ANTONIVS HALL, *Oxonii e Theatro Sheldoniano 1719. 8. maj.* qui *Triuetus* Guilielmum Malmesburiensem continuaturus, res Anglicas inde a Stephano Rege ad obitum Eduardi IV. quo regnante vixit & ab An. 1136. ad a. 1307. non modo terse & eleganter sed etiam fideliter ac dextre descripsit. Secuta eiusdem TRIVETI *Annalium Continuatio*, vt & ADAMI MVRIMVTHENSIS *Chronicon;* accedunt: IOANNIS BOSTONI *Speculum Coenobitarum* & EDMVNDI BOTTONI *Hypercritica siue, de scribenda Historia Anglicana*, *Oxonii 1722. 8.* THOMAS WALSINGHAMVS *Historiam breuem* scripsit ab Eduardo I. ad Henricum V, *Londini 1574. f.* & in Collect. Camden. GVILIELMVS PICTAVIENSIS *de gestis Guilielmi II*, Angliae Regis scripsit atque extat in Historia Normannica. Plures huius classis scriptores, ex MSCtis codicibus singillatim produxit laudabili maxime studio THOMAS HEARNE. Siquidem is dedit ALVREDI *Beuerlacensis Annales de gestis Regum Britanniae* ad a. C. 1129. ex edit. *Tho. Hearnii*, *Oxonii 1716. 8.* cuius libri tantum 46. exempla excusa. THOMAE SPROTTI *Chronica*, a Mundi origine vsque ad a. 1339. *Oxonii*, *e Theatr. Sheldon. 1719. 8. mai.* accessere Fragmenta *Sprottiana* alia; Tractatus *de Coenobiis Petroburgensi & Ramesiensi*; NICOLAI CANTALVPI *Historia de antiquitate*

Vniuer-

Vniuerſitatis Cantabrigienſis; Fragmentum veteris Chronici Anglici de rebus Eduardi IV. ROBERTI *Gloceſtrienſis* S. ROBERT *of* GLOVCESTER *Chronickle, Oxford* 1724. 8. & PETRI LANGTOFTI Chronica *Chronickle, improod by* ROBERT *of* BRVNNE, *by Th. Hearne, Oxford* 1725. 8. 2. *Voll.* huic vtrique carminice ſcripto acceſſere Gloſſaria & Diſſertationes quædam antiquariæ. Porro IOHANNIS Confratris & Monachi *Glaſtonienſis Chronica, ſiue Hiſtoriam de rebus Glaſtonienſibus, Oxonii*, e theatro Sheldoniano 1726. 8. *mai.* & ADAMI *de* DOMERHAM *Hiſtoriam de rebus geſtis Glaſtonienſibus, Oxonii* 1727. 8. *mai.* qui vltimus ad an. vsque 1290. quo vixit, res ſuas deduxit, & *Wilhelmum Malmesburienſem de antiquitate Eccleſiæ Glaſtonienſis* ab a. 1126. incipiens, continuat. His acceſſit: *Hiſtoria vitæ & Regni Richardi II. Angliæ Regis a Monacho quodam de* EVESHAM *conſignata*; acceſſit: IOANNIS ROSSI *Hiſtoriola de Comitibus Warwicenſibus & alia Oxonii,* 1729. 8. Nec in hoc cenſu omittenda, quæ eodem *Thoma Hearnio* obſtetricante in lucem producta IOANNIS LELANDI *de rebus Britannicis Collectanea*, Tomi Tres, cum Appendice, *Oxonii* 1715. 8. *VI. Voll.* Certiſſimum autem Hiſtoriæ *Magnæ Britanniæ* ſubſidium præbent *Acta Publica* ex Archiuis regiis, ſcriniis aliorum & Bibliothecis, opera meritiſſimorum de republica virorum producta, quo in numero principem locum merito habent: *Fœdera, Conuentiones, Literæ & cuiuscunque generis Acta Publica, inter Reges Angliæ, & alios quosvis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes, vel Communitates, ab ineunte Seculo duodecimo, videlicet ab anno 1101. ad noſtra vsque tempora, habita aut tractata, ex Autographis infra ſecretiores Archiuorum regiorum Theſaurarias per multa Secula reconditis fideliter exſcripta, in lucem miſſa de mandato*

nuperæ Reginæ, *accurante* THOMA RYMER *eiusdem Serenissimæ Reginæ Historiographo*, *Londini 1704. f.* præstantissimi huius Operis *Tomus Primus*, hoc quo scripsi anno formis excusus, incipit ab anno 1101. & finit in anno 1. *Eduardi I.* 1272. Tomus *Secundus 1705.* recenset Acta ab anno 1273. vsque ad an. 1307. Tomus *Tertius 1706.* habet Acta annorum sedecim priorum regiminis *Eduardi II.* Tomus *Quartus 1707.* Acta *Eduardi II.* ad finem perducit & partem vitæ *Eduardi III.* præterea tangit. Tomus *Quintus & Sextus 1708.* refert Acta ab an. 1338. vsque ad 1372. Tomus *Septimus & Octauus 1709.* habet Acta sub *Edvardo III. Richardo II. & Henrico V.* Tomus *Nonus 1709.* seruat Acta *Henrici V.* ab an. 1413. ad an. 1420 Tomus *Decimus 1710.* exhibet Acta ab an. 1420. vsque ad 1441. Tomus *Vndecimus 1710.* sistit Acta ab an. 1441. vsque ad 1474. Tomus *Duodecimus 1711.* continet Acta ab an. 1475. vsque ad 1483. Tomus *Decimus Tertius 1712.* exhibet Acta postremorum annorum *Henrici VII.* & priorum *Henrici VIII.* vsque ad annum 1523. Tomus *Decimus Quartus 1712.* seruat Acta ab anno 1523. ad 1543. Tomus *Decimus Quintus 1713.* ad ann. 1583. pertingit; *Tomus Decimus Sextus* e Schedis THOMAE RYMER editus a ROBERTD SANDERSON *1715.* ad an. 1616. excurrit; Tomus denique *Decimus Septimus 1717.* accurante eodem ROBERTO SANDERSON ad an. *1625.* porrigitur. Accessit huic *Tomo Index* nominum & locorum in omnem hanc amplissimam Syllogen. Quum autem nobilissimum hoc opus ob exemplorum paucitatem & pretium in aliis Europæ regionibus fere extra commercium esset magnoque væniret, vtili consilio & improbo labore ac studio GEORGII HOLMES, a multis mendis, ad autographa in Turri Londinensi summa fide collata, emendata ac repurgata,

noua

noua Editio prodiit, sed itidem exemplorum numero non adeo copioso. Sapienter itaque & ex vsu Reipublicæ literatæ *Tertiam* Editionem producere cœpit *Hagæ-Comitis*, celebris nominis bibliopola *Ioannes Neaulme*, qui Editionem alteram *Georgii Holmes*, paucioribus Voluminibus *Decem* nimirum in *Folio* æquiori pretio dare apud animum constituit, cuius *Tomus Primus* hoc an. 1738. f. prodiit. Qua in editione, ea quæ in prioribus anglico sermone publicata saltim sunt, addita versione latina, quæ communis eruditorum est lingua, exhibentur. Excerpta ex sumtuosissimo olim Opere facta, quæ in *Clerici Bibliothecæ selectæ* ac *nov-antiquæ* tomulis extant, vna sylloge iuncta exhibuit, insignis historicus nominis: RAPIN THOYRAS præfixo indice: *Abrege historique de ce qui est contenu dans les Actes Publics imprimez a Londres a l'an 1704. & suivans recueilles par Thomas Rymer 4.* Cum hac amplissima Compilatione iungendum rarissimum extra Britanniam THOMAE MADOX *Formulare Anglicanum, or a Collection of ancient Charters and Instruments from the Norman Conquest to the End of the Reign of K. Henry IIX. London 1702. f.* quo insignia monimenta exhibentur. Quumque ad perscribendam accurate Gentis historiam & *Leges* sint inspiciendæ cum iudicio, adiungimus nouum illudque præstantissimum earum corpus, cui titulus: *Leges Anglo-Saxonicæ Ecclesiasticæ & Ciuiles; accedunt Leges Eduardi Latinæ & Guilielmi Conquæstoris Gallo-Normannicæ, & Henrici I. Latinæ,* cum HENRICI SPELMANNI *Codice veterum Statutorum Angliæ, &* GVILIELMI NICOLSONI *Dissertatione de Iure Feudali veterum Saxonum* cum notis, versione & Glossario DAVIDIS WILKINS, *Londini 1721. f.* Addatur liber singularis, cuius est inscriptio:

Oo 2 *Textus*

Textus Roffensis. Accedunt Professionum, antiquorum Angliæ EpiScoporum formulæ de canonica obedientia ArchiEpiscopis Cantuariensibus præstanda, & LEONARDI HVTTENI Dissertatio de *Antiquitatibus Oxoniensibus*, quæ edidit THOMAS HEARNE *Oxonii 1720. 8.* qui liber hac de caussa heic laudatur, quia quatuor antiquissimas Cantii Leges, refert. Partem Actorum Historiæ Britannicæ inseruientium exhibet insigne opus: IOHN RVSHWORTH *Historical Proceedings of priuat Passages of State and remarkable Proceedings beginning 1618. and ending 1648. London 1721. 1722. f. 8. Voll.*

§. IX.

Ex his igitur fontibus vniuersalem Angliæ historiam deducere plures fuerunt conati, sed non omnes pari successu. IOANNES MAIOR quidem *Historiam maioris Britanniæ*, tam Angliæ quam Scotiæ, libris VI. composuit, *Parisiis 1521. f.* atque vsque ad Henrici VIII. connubium cum Catharina Arragonia progreditur. Sed in commemoratione rerum ad Scotiam pertinentium felicior fuit quam Anglicarum. Maiori apparatu ex ipsis maxime Anglis vitas resque gestas Regum, simul magnam euentuum memorabilium in omni Britannia, Europæ etiam parte enarrarunt sequentes. Digna imitatione est & ex optimis monimentis petita: *A Genealogical History of the Kings of England and Monarchs of Great Britain &c. from the Conquest Anno 1066. tho the Year 1699. with their Effigies, Seals, Tombs, Cenotaphs, Deuises, Arms, Quarterings, Crests, and Supporters*, figuris æneis accuratissime sculptis *by* FRANCIS SANDFORD *Esq. Lancaster Herald of Arms, in the Savoy*, sumptibus ipsius Auctoris *1677. f. & Londini 1683. f.* Diligentem quoque operam, more suo

suo præstitit IACOBVS WILHELMVS IMHOFF *Historia Genealogica Regum Magnæ Britanniæ, Norimbergæ 1690. f.* Maximam rerum in Britannia cum primis Anglia gestarum partem enarrare conati: WILLIAM HARRISON *and* RAPHAEL HOLINSEAD *Chronickle of England, London 1577. & 158 . f..3. Voll.* IOHN quoque CLAPHAM dedit: *History of Great-Britain, London 1606. 4.* Diligenter quidem conquisiti, sed multa quoque vulgaria habent IOHN STOW *Annales of England, London 1615. & 1631. f.* WILLIAM non minus MARTYN conscripsit: *History and Lives of the Kings of England, London 1628. f.* atque SAMVEL DANIEL *the Collection of the History of England, London 1618. continued by* IOHN TRVSSEL, *London 1685. f.* Sub *Iacobo I.* iam scripta, sed paucis abhinc annis edita fuit IOHN LEWIS, Equitis, Juris Practici *History of Great Britain and of the Kings of Scotland, London 1729. f.* inde a primis insulæ habitatoribus, de quibus multa præclare obseruat, idque ad mortem Cadwalladeri Britonum Regis vltimi, vt & Regum Scotiæ, vsque ad Eugenium V. cum relatione breui de Regibus, Ducibus & Comitibus Britanniæ minoris, vsque ad Ducatus huius cum Regno Galliæ coniunctionem. Multo apud Anglos applausu excepta, acrique iudicio perscripta & sæpius recusa RICHARD BACKER *Chronicle of the Kings of England, continued by* EDWARD PHILIPS, *London 1696. f.* qui non solum cuiusuis Regis vitam & res gestas breuiter descripsit, sed etiam de legibus & ordinationibus eius, statu Ecclesiastico sub eo, modo & ratione collectarum, fundationibus piis, aliisque quæ ad notitiam reipublicæ faciunt, præclara annotauit. Ad mortem vsque Iacobi I. suas narrationes perduxit Bakerus; alius vero Caroli I. Historiam

addidit atque alia appendix auctore *E. Philips* adiecta est, ea complectens, quæ post Carolum I. vsque ad Caroli II. mortem in Anglia acciderunt. ROBERT BRADY multum in enarranda historia Britannicæ gentis & regni operam consumsit, dedit enim primum: *Introduction tho de Old Englisch History, with an Appendix of several Records and a Glossary of Woords vsed in antient Records, Laws and Historians (or the first Volume) of his Compleat History of England, London 1634 f.* Secuta post: *A Compleat History of England from the first Entrance of the Romans to the End of the Reign of K. Henry III. (or the II. Vol. of the compl. Hist) Savoy 1685. f.* Eiusdemque: *A Continuation of the Compleat History of England, containing the Lives of Edward I. II. and III. and Richard II.* (or the III. Vol.) *Savoy 1700. f.* cuius scriptor hunc sibi maxime finem proposuit, vt ius hereditarium Regum Angliæ eorumque iura prærogatiua demonstraret. Aliam viam ingressus inque vindicandis Parlamenti Populique inprimis iuribus adsiduus IAMES TYRELL Armiger, in *General History both Ecclesiastical and Civil, London* Tom. I. *1697*. Tom. II. *1700*. Tom. III. *1704. f. 3. Voll.* qui expositiones suas quoque ad Richardi II. tantum æuum perduxit. Nec omittendæ BVLSTODE WHITLOCK *Memorials of the English Affairs from the suppos'd Expedition of Brute to the end of the Reign of K. James I. London 1682. f. & ibid. 1709. f.* Ex præstantissimis autem Historiæ Britannicæ per ipsos Anglos conditæ scriptoribus omnino habendus LAVRENCE ECHARD ArchiDiaconus Stowensis, in *the History of England*, cuius Tomus I. *London 1707*. Tomus *II.* vero & *III. London 1718. f. 3. Voll.* prodierunt. Quo insigni sane opere ita versatus est, vt neutri parti fauere videatur, sed vt rerum

vt rerum gestarum periodos rite distingueret, Regum & Primatum characteres describeret, in quibus tamen exprimendis non semper felicem fuisse Angli censent, vtque ad oblectandum docendumque lectorem argute dicta insereret, consiliaque magnorum euentuum quantum fieri posset explicaret. *Tomo* autem *Primo* res a Julii Cæsaris in Britanniam aduentu ad mortem vsque Iacobi I. commemorauit, præmissa Introductione, in qua de veteri Britannia eiusque incolis disseruit; Tomus II. vero eas exhibet vsque ad Caroli II. restitutionem, & *Tertius* ad inaugurationem Wilhelmi III. & Mariæ est productus. His ab ipsis auctoribus elaboratis historiis addimus ex auctoribus variis iisdemque præstantissimis in vnum corpus conductam *Historiam*, quæ inscribitur: *A compleat History of England, London 1706. f. 3. Voll.* cum figuris, quo in opere habetur integra Angliæ Historia ab origine ad mortem Wilhelmi III. anglico idiomate partim a variis Auctoribus conscripta, partim ab Anonymo suppleta. Extant autem

Tomo Primo:

1) IOHN MILTON's *History of Britain to William the Conqu.*
2) SAMVEL DANIEL's *History from the Conquest to the end of Edward III. the Reigns of Richard II. Henry IV. V. and VI. by an Anon.*
3) IOHN HABINGTON's *Reign of Edward IV.*
4) THO. MORE *Lives of Edward V. and Richard III.*
5) GEORGE BVK's *Life of Richard III.*
6) FRANC. Lord BACON *Life of Henry VII.*

Tomo *Secundo* extant:

1) EDWARD *Lord* HERBERT *of* CHERBVRY *History of Henry VIII.*
2) IOHN HAYWARD *Life of Eduard VI.*
3) WILLIAM CAMDEN's *History of Q. Elizabeth, and Annals of James I.*

4) ARTHVR WILSON's *History of James I.*

Tomo *Tertio* comparent: *the Lives of Charles I. Charles II. James II. William and Mary and William III. by an Anon.*

Ex *Gallis* Historiæ Britannicæ Scriptoribus notandi ALANVS BOVCHARDVS, qui composuit *Historiam Angliæ & Britanniæ, Parisiis 1531. f. & Histoire d'Angleterre, d'Ecosse & d'Irlande* par ANDRE *du* CHESNE, *Paris 1614. 1634. & 1641. f.* quæ vltima editio ad annum 1641. perducta, quam ipse auctor fœtum præmaturum appellat. Feliciores longe ex hac gente Duumviri scriptores præclarissimi *Larreius* atque *Rapinus Thoiras.* Primus enim dedit opus scriptum iusta methodo, stilo perspicuo, terso, florido, elegantissimisque figuris, quibus viri fœminæque maxime illustres repræsentantur, hoc titulo: *Histoire d'Angloterre d'Ecosse & d'Irlande*, par Mr. de LARREY, Tomis Quatuor, qui prodierunt *Rotterdam* Tom. I. & II. *1707.* Tom. II. & III. *1697.* Tom. IV. *1712. f. 4. Voll. Primus* ab vltima gentis origine, progreditur ad an. *1272.* qui Henrico III. fatalis fuit; *Secundus* in Richardo III. tyranno deficit, qui a. *1485.* interiit; *Tertius* ad a. *1558.* & sic ad obitum Mariæ deductus; *Quartus* res sub *Elisabetha* & *Iacobo I.* ad annum vsque 1625. gestas, complectitur. Egregios sciteque factos illustrium virorum characteres inseruit, fontes, vnde sua deduxit in margine notauit, commemorabiles euentus omnis Europæ, rebus Britannicis coniunxit. Alter vero RAPIN THOYRAS concinnauit scriptam candide, libere, erudite & ab ipsis Anglis probatam eandemque elegantissimam: *Histoire d'Angleterre, a la Haye 1724. 4. X. Volumin.* quæ per partes in Anglicum sermonem fuit translata. Compendium huius ab amico Rapini concinna-

cinnatum prodiit ſub titulo: *Abregé de l' Hiſtoire d'Angleterre par Mr.* RAPIN THOYRAS prodiit *à la Haye 1730. 4. 3. Voll.* & *8. 10. Voll.* quo, Acta quæ in maiori opere in forma, vt vocat exhibita, heic per ſummam referuntur, Diſſertationes vero Hiſtoriam Britannicam illuſtrantes, plane ſunt omiſſæ. Coniungendæ omnino *Remarques Hiſtoriques & Critiques ſur l'Hiſtoire d'Angleterre de Mr. de Rapin Thoyras par Mr.* N. TINDAL & *Abregé Hiſtorique du Recueil des Actes de* T. RYMER *par Mr. de* RAPIN THOYRAS *avec les notes de Mr.* ETIENNE WHATLEY, *à la Haye 1733. 4.* Non omittendus ex Italis GREGORIVS LETI, qui compoſuit commentarios inſcriptos: *Teatro Britannico, Amſtelodami 1684. 12. 5. Voll.* Vix priores bini tomi in Anglia, *Londini 1680. 4. 2. Voll.* editi erant, cum prohiberentur non ſolum in Anglia, ſed ipſe etiam auctor eandem relinquere cogeretur, eo quod de periculis, ſi catholicus ſucceſſor thronum occuparet, libere monuiſſet. Exponit autem in iisdem Chorographiam, religionem, huiusque varias ſectas, fortunam Catholicorum, ſtatum ciuilem, indolem Anglorum, aulam regiam & fundamenta politica, rationem parlamentorum, animos miniſtrorum, legatorum etiam, qui tunc in Anglia, atque ſimilia, vt multa inde hauriatur notitia. Poſteriores vero tomi omnem Regum hiſtoriam ad noſtra vsque tempora deſcribunt, in quibus ſuo loco Cromwellii tyrannidem accurate exponit.

§. X.

Alii ſunt qui *Angliæ* ſaltim Regum hiſtoriam ab antiquo vsque ad ſua tempora deſcripſerunt aut *breues* Hiſtoriæ Britannicæ *Expoſitiones* concinnarunt. POLYDORVS VERGILIVS quidem

Historia Anglicæ libros XXVI. ſcripſit, poſt alias Editiones, recuſos *Baſileæ 1570. f.* quorum recentiorem eandemque accuratiorem editionem procurauit *Antonius Thyſius, Lugduni Batauorum 1649. 1657. 8.* Sed quum vir hic Italus linguæ anglicæ imperitus fuerit, ſenili ætate ad ſcribendum acceſſerit, ductus præterea adfectibus, non multum valent ipſius teſtimonia. Contra hunc *Vergilium* edidit IOANNES PRISCVS *Hiſtoriæ Brytannicæ Defenſionem, Londini 1513. 4.* cui addita: HVMFREDI LHVYD *de Mona Druidum inſula*, Epiſtola. Cum autem ad Henricum VIII. vsque ſaltim peruenerit, continuauit eundem poſtea GEORGIVS LILIVS in *Chronico Regum & Principum Britanniæ, Francofurti 1565. 4.* ab Egberto R. & A. C. 801. ad Eliſabethæ initia annumque 1559. IACOBI HOELII *Medulla Hiſtoriæ Anglicanæ*, ſcite eſt compoſita editaque *Londini 1679. 8.* A LAMBERTO SYLVIO tale compendium leui opera editum ſub titulo: *Florus Anglicus, Amſtelodami 1651. 12.* RICHARDI VITI *Hiſtoria Britanniæ Inſulæ* ad an. C. 800. prodiit *Duaci 1602. 8. De rebus geſtis Britanniæ Commentarioli* editi *Hamburgi 1598. & Ambergæ 1603. 12.* Gallico ſermone exaratæ: *Hiſtoire abregee de France, Angleterre, & d'Ecoſſe*, par DAVID CHAMBRE, *Paris 1579. 12.* libere ſcripta. VANEL *Abregé nouveau de l'Hiſtoire Generale d'Angleterre, d'Ecoſſe & d'Irlande, Paris 1689. 12.* particulam tantum Britannicæ Hiſtoriæ exhibet a temporibus Henrici VIII. ad motus qui ſub Iacobo II. coorti. Primas Lineas tantum duxerunt: IOUVENEL *Methode facile pour apprendre l'Hiſtoire d'Angleterre, Amſterdam 1706. 12.* & ſummus vir WILLIAM TEMPLE *Introduction to the English Hiſtory, London 1695. & 1699. 8.* atque *gallice, Amſterdam, 1695. 12.* Laudatur multum: *The Hiſtory of England*

in two

in two Volumes, London 1706. 8. quæ ad regnum Annæ pertingit. An eadem sit cum hac, an diversa: *The History of England, extraited from authentik Records, (from the Beginning to 1720.) London 1724. 8. 2. Voll.* ignoro. A viro Societatis Iesu quidem est scripta, nec tamen in omnibus displicuit Anglis Protestantibus pereleganter exarata: *Histoire des Revolutions d'Angleterre depuis le commencement de la Monarchie*, par le P. D'ORLEANS, *Paris 1693. 4. ibid. 1693. 12. 3. Voll.* & *Amsterdam 1714. 12. 3. Voll.* cum figuris æneis. Cuius pars in anglicum translata idioma, additis quibusdam, sub titulo: *The History of the Revolution in England under the Family of the Stuarts, from 1603. to 1690. by* F. I. *d'* ORLEANS *London 1711. 8.* Huius commissos errores emendat, atque res cordate recenset, additis egregiis obseruationibus de legibus, moribus iudiciis, *Abregé Chronologique de l'Histoire d'Angleterre par Mr.* I. G. D. C. I. E. *de* CHEVRIERES, *à Amsterdam 1730. 12. VII. Voll.* ad ann. 1689. quo Wilhelmus III. & Maria thronum conscenderunt. Regum Angliæ a *Wilhelmo Conquestore* facta acerbissime perstrinxit Anonymus quidam ad secretas quandoque literas & commentarios prouocans, sed caute legendus, cuius edita: *The Critical History of England Ecclesiastical and Civil wherein the Errors and Partiality of the Englisch Historians, particularly* of (Clarendons) *History of the gread Rebellion and* (Echard) *History of England are exposed, with Remarks on some obiections made to* B. Burnet's *History, London 1726. 8.* castigata quoque non sine bile a ZACHARIA GREW edito libro: *a Defense of our antient and modern Historiens against a late Pretender to Critical History, with an Answer to his Review, London 1725. 8.* Prodiit porro: *A Reviews of* Z.

of Z. GREY's *Defense of our antient and moderns Historians, London 1725. 8.* quæ ſcriptiones licet ſingularia exponant, multum tamen luminis Hiſtoriæ Britannicæ adfundunt. Coniungi hiſce omnino merentur, quæ auctore THOMA SALMON conſcriptæ fuerunt commentationes: *A Chronological Hiſtory, or an Account of all Transactions, of the English Affairs, London 1723. 8.* cum fig. & *A Review of the Hiſtory of Engeland as far as it relates to the Titles and Prætenſions, of our ſeveral Kings, London 1722. 8. mai.* & Eiusd. *A Review of the Hiſtory of England containing the three laſt Reigns of K. Iames II. William III. and Q. Anne, London 1724. 8. 2. Voll.* quo curioſo Libro, accurata recenſio Hiſtoriæ Anglicanæ, quatenus ſpectat ad Iura Regum ſingulorum, eorumque characteres, a Wilhelmi Conqueſtoris tempore, vsque ad conuerſionem rerum ſub Iacobo II. vt & de rebus maxime memorabilibus ſub eorum regimine geſtis, vna cum ſolennibus, quæ in dethroniſatione Richardi II. Henrici VI. & Iacobi II. Regum obſeruatis, exponuntur. Addatur: EDWARD LEIGH *choice Obſervations of all the Kings of England from the Saxons to the Death of K. Charles I. London 1661. 8.* Lectu quoque digniſſima: *The true ſecret Hiſtory of the Lives and Reigns of all the Kings and Qveens of England from K. William I. to Charles I. by a Perſon of Qvality 1702. 8.* cuius forte verſio eſt quæ prodiit: *L'Hiſtoire veritable & ſecrete de tous les Rois & Reines d'Angleterre depuis Guillaume ſurnommé le Conquerant, juſqu' à la fin du Regne de la Reine Anne; où l'on a joint, un Abregé de l'Hiſtoire generale de chaque Regne tirees principalement des Manuſcrits originaux, des meilleurs Memoires anecdotes & Hiſtoriens authentiques, traduite de l'Anglois, à Amſterdam 1729. 12.*

§. XI.

§. XI.

Eorum Scriptorum, qui vitam resque gestas singulorum quorundam Regum, literarum monimentis consignarunt, insignis plane est numerus, qui dum caussas rationesque magnorum negotiorum & circumstantias curate inuestigarunt, sæpe ea proferunt, quibus vniuersalis Historia Gentis & Regni mirifice illustratur. Operæ pretium igitur facturum credo, si huiusmodi scriptiones, quantum fieri potest solerter consignatas, attulero. *Annales Rerum gestarum* AELFREDI *M.* auctore ASSERIO *Meneuensi*, recensuit FRANCISCVS WISE, A. M. Collegii Trinit. socius, *Oxonii 1722. 8.* Eiusdem *Aelfridi M. Anglorum* (Saxonum), *Regis Vita tribus Libris comprehensa a* IOANNE SPELMANNO Henrici F. Anglice conscripta, deinde latine reddita, ab *Aelfredi*, in Collegio Magnæ Aulæ Vniuersitatis Oxoniensis *Alumnis*, *Oxonii 1678. f.* egregias obseruationes exhibet. AILREDI Abbatis *Rieuallensis*, *Vita S. Eduardi*, *Regis & Confessoris* extat in *Collectione Twisdeni p. 369.* WILLIAM PRYNNE dedit *Lives of K. Iohn*, *Henry III. and Eduard I. London 1670. f.* Commemorabilis quoque est HENRY CAREW *History of Eduard II. London 1680. 8.* RICHARDI Prioris HAGASTALDENSIS *Historia de gestis Regis Stephani & de Bello Standardii* in eadem *Collectione Twisdeniana* reperitur *p. 309.* ROBERTI *de* AVESBVRY *Historiam de mirabilibus gestis Eduardi III.* edidit singulatim THOMAS HEARNE, *Oxonii 1720. 8.* idemque de historia Britannica præclare meritus vir *Historiam vitæ & Regni Richardi II. Angliæ Regis a* MONACHO *quodam de* EVESHAM consignatam primus edidit, *Oxonii 1729. 8.* Ex recentioribus *Eduardi III.* Regis

Regis gesta consignauit, sed non adeo felici cum successu IOSHVA BARNES *History of Eduard III. Cantabrigiae 1688. f.* ROBERTVS vero HOWARD in *History of the Reigns of Edward and Richard II. London 1690. 8.* qua actiones horum expendit Cruentas illas concertationes de Regno inter Familias Lancastrensem & Eboracensem, in quibus multus sanguis regius etiam fusus, iussu Regis Iacobi I. huiusque largo stipendio conductus enarrauit: GIOVANN. FRANCISC. BIONDI in *Historia delle Guerre civili d'Inghilterra tra le due Case di Lancastro & Iorck dopo Richardo II. fin' al Arrigo VII. Venetia 1637. 4. 3. Voll.* quae & anglice est versa interprete *Monmuthio* Comite, editaque *Londini 1641. 1646. f. 2. Voll.* sed haec Blondi expositio parum grata fuit Britannis, qui extulisset nimium regiam potestatem. Idem argumentum tractauit: de ROSEMOND *Histoire des Guerres civiles d'Angleterre entre les Maisons de Lancastre & d'Iorck, Amsterdam 1690. 12.* De *Henrico IV.* extant IOHN HAYWARD *Life of Henry IV. London 1599. 4.* TITVS LIVIVS *Foroiuliensis* complexus leuiter *Vitam Henrici V. Regis Angliae*, quam cum Sylloge Epistolarum a variis Angliae Principibus scriptarum edidit THOMAS HEARNE A. M. Oxoniensis *1711. 8.* Idem quoque publicauit: THOMAE ELMHAM *Vitam & gesta Henrici V. Anglorum Regis* ex Codd. MSCtis, *Oxonii 1727. 8.* Eiusdem *Henrici V.* fata ample commemorauit: THOMAS GOODWIN in: *the History of the Reign of Henry the V. London 1704. f. Eduardi IV.* res memorabiles plures consignandas consuerunt, nimirum: IOHN HABINGTON dedit *Life and Reign of Edward IV. London 1640.* atque in iam laudata Collectione, quae inscribitur: *Compleat History of England*, Tom. I. in eadem prostant: THOMAS

MOOR

MOOR summi viri & Cancellarii Angliæ insigni virtute præditi: *Life of Edward IV.* alias edita *London 1651. 8.* Idem tyrannicas artes *Richardi III.* posteritati exposuit, in *Tragical History of Richard. III.* quam tamen non absoluit. *Anglice* extat formis excusa singillatim *London 1651. 8.* & recusa in *Compleat History* Tom. I. ac latine versa inter *Opera Mori*, *Francofurti & Lipsiæ 1689. f.* iunctim edita. Præterea, produxit GEORGE BVCK *History of Richard III. London 1646. f.* atque in *Compleat History*, Tom. I. Indicis rerum maxime memorandarum vice adhiberi potest: WILHELMI FLEETWOOD *Elenchus Annalium Eduardi IV. Eduardi V. Richardi III. Henrici VII. & Henrici VIII. Londin. 1597. 12.* Specimen vitæ regiæ exactissime descriptæ dedit in opusculo pragmatico FRANCISCVS BACONVS *de* VERVLAMIO Angliæ Cancellarius, cuius anglice scripta *Life of Henry VII.* prodiit *London 1629. f.* illata est in *Compleat History* Tom. I. versio vero Latina lucem vidit, indice: *Historia Regni Henrici VII. Angliæ Regis*, opus vere politicum, *Lugduni Batavorum 1642. & 1647. 12. & Amstelod. 1662.* atque inter opera Viri, *Arnoldi* curis iunctim *Francofurti 1665.* in f. latino sermone edita. Qui alias in prudentissimi huius Regis regimen meditationes desiderat, legat: *Histoire de Henry VII. Roy d'Angleterre, surnomme le Sage & le Salomon d'Angleterre par Mr. de* MARSOLIER Chanoine de l'Eglise Cathedrale d'Vsez *à Paris 1700. 8.*

§. XII.

Vix inter Reges Anglorum reperitur, in cuius vita & Historia scribenda plures fuerint occupati, quam *Henricus VIII.* ROBERTVS BROOKE quidem

quidem scripsit *nouos casus annorum regis Henrici VIII. Eduardi VI. & reginæ Mariæ*, anglice *Londini 1604. 8.* & *Hagæ Comitum 1653. 12.* qui ob varias circumstantias memorabiles sunt æstimandi. Perelegantes plenique memorabilium exemplorum sunt: *Rerum Anglicarum Henrico VIII. Eduardo VI. & Maria regnantibus Annales*, qui auctorem habent FRANCISCVM GOODWIN, editique *Londini 1616. f.* & *Hagæ Comitum 1653. 12.* Lectu quoque digna: EDVARD *Lord* HERBERT *of* CHERBVRY *Life and Reign of King Henry VIII. London 1649. f. 1666. 1682.* quæ editio optima habetur, extat quoque in *Compleat History of England Tom. II.* Partem Regni Henrici illustrant quoque de fatis *Thomæ Moor*, Cancellarii summique viri narrationes, nimirum: GVILIELMI ROPER *Vita Thomæ Mori*, ex editione *Thomæ Hearne*, accessit: *Chronicon Gostouianum & alia*, *Oxonii 1716. 8.* addi potest: DOMINICO REGI *Vita di Tomaso Moro, Milan 1675. it. Bologna 1681. & Padoua 1703. 12.* Statum Regni sub *Eduardo VI.* & insignes plane huius virtutes describunr: IOHN HAYWARD *Life and Reign of King Edward VI. London 1622. 8.* & in: *Compleat History Tom. II.* atque GISBERT *van der* HOOLK *Leven van Eduard de Seste, Hage 1690. 8.* Ad extrema huius regis, regnumque *Mariæ* sororis facit: *Narratio historica vicissitudinis rerum, quæ in Britanniæ Regno acciderunt Anno 1553. Mense Iulio*, scripta a P. V. *1553. 8.* Præcipue vero hic memorandi veniunt, qui Diuortium Regis, Schismatis ac Reformationis Anglicanæ, quæ sub eodem cœpit, descripserunt. Pertinet huc, memorabile & rarum scriptum, sub indice: REGINALDI POLI, *Cardinalis Britanni ad Henricum VIII. Britanniæ Regem pro Ecclesiasticæ Vnitatis Defensione Libri Quatuor*, qui pri-

ma

ma vice typis excusi, *Romæ* in primæ magnitudinis forma, per *Antonium Bladum* Asulanum, anno; editionis haut indicato. Quæ editio studiose suppressa fuit; Recusi cura *Petri Pauli Vergerii, Argentorati 1555. f. & post Ingolstadii 1587. 8.* editi. De opere hoc editionibusque accuratissime egit V. C. *Ioannes Georgius Schelbornius Amœnitatibus Historiæ Ecclef. & Literariæ* P. I. p. 1. obseruatione doctissima inscripta: *Historia Operis raro obuii, quod Reginaldus Polus aduersus Henr. VIII. Angliæ Regem, olim conscripsit.* NICOL. SANDERVS quoque *Historiam Schismatis Anglicani* libris tribus scripsit *Coloniæ 1610. 8.* quam postea auctiorem *Eduardus Ristonus* cum appendice *Petri Ribadeneiræ* edidit, *Coloniæ 1628. 8.* in gallicum sermonem transtulit *Maucroix, Parisiis 1677. 12.* In eadem ab Henrici VIII. historia incipit, in Elisabetha vero desinit, atque omnem historiam divortii Henrici, iterata connubia, reformationis initia atque similia describit. Sed cum in reformationis historia nimium faueret Papæ, GILBERT BVRNET accuratius exposuit, *History of the Reformation of the Church of England, London T. I. 1681. Tom. II. 1683. Tom. III. 1715. f. 3. Voll.* eandemque ab Henrico VIII. vsque ad annum 1559. deduxit. *Anglico* sermone primum prodiit, postea vero in *gallicum* translata fuit per *Rosemundum, Londini 1683. & 1685. 4.* it. *Amsterdam 1689. 12. 4. Voll.* atque in latinum sermonem per *Michaelem Mittelholtzerum, Geneuæ 1686. f.* in Germanicum *Casselis 1688. 8.* atque historia est elegantissima & accuratissima variis documentis illustrata. Sed non omnibus ciuium suorum grata fuit, aduersarios accepit cum primis *Lowthium*, aliumque *Antonium Harmer*, contra quos sua *Tomo Tertio* defendit. Idem Burnetus postea *Antonio Varillasio* respondit, quid

de mutationibus in religione apud Anglos factis, secus ac verum, proposuerat, indicauit in *critica noui libri*, quæ ex anglico gallice versa prodiit *Amstelodami 1686. 12.* Ad easdem censuras cum respondisset Varillasius, Burnetus *defensionem* in publicum emisit *Amstelodami 1688. 12.* Sanderum postea contra Burnetum defendere conatus est IOACHIMVS le GRAND in *Histoire du divorce de Henry VIII. Roy d' Angleterre & de Catharine d' Arragon, avec la defense de Sanderus, à Paris 1688. 12. 3. Voll.* In hac autem Burneto ignorantiam rerum tum extra Angliam, tum intra eandem, iniqua iudicia, malam fidem & quæ sunt alia, obiicit. Sed eidem sufficienter respondet Burnetus in *epistola ad Theuenotum*, quam postea cum animaduersionibus suis recudi fecit *le Grand, Parisiis 1688. 12.* Eidem tamen denuo respondet Burnetus in *Critique de l' Histoire des Variations des eglises Protestantes par H de Meaux traduit de l' Anglois, à Amsterdam 1690. 12.* quæ errores varios quos in historia Anglicana commiserat le Grand, refutat.

§. XIII.

Ad Historiam *Mariæ* atque *Elisabethæ* præter supra memoratos annales facit *narratio historica vicissitudinis rerum, quæ anno 1553. mense Iulio in regno Britanniæ sub Maria acciderunt 1553. 8.* Eadem regina imperante periit ex rationibus status & zelo nimio religionis *Iana Graia*, ornamentum feminei sexus, de qua commemorat: *The Life, Character and Death of the Lady Iane Gray, London 1714. 8.* Prudentissimæ & felicissimæ Reginæ Elizabethæ res præclare gestæ, & omnia quæ ad ipsius vitam moresque pertinent, per nobiles Scriptores literarum monimentis sunt commendata.

Inter

Inter præcipua Hiſtoriarum monimenta cenſendi ſuo merito ſunt GVILIELMI CAMDENI *Annales rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Eliſabetha, Londini Tomus Primus 1615. Tomus II. ibid. 1627. f. Lugduni Batauorum 1628. Amſtelodami 1677. 8.* Opus eſt exquiſitiſſimum, cuius primum tantum tomum vsque ad annum 1589. euulgauerat auctor, *Londini 1615. f.* Alterum poſt eiusdem mortem primum in Gallia edidit Peireſcius, ad quem transmiſerat, ne fata prioris experiretur, atque aliqua in eodem immutarentur. Iudicio vtitur graui & fide debita, niſi quod in cauſſa Mariæ Scoticæ aliqua iuſſu Iacobi Regis ex MSto eraſa atque alterata. Notatu digna ſunt, quæ ea de re indicauit Burnetus in ſua ad Varillaſium replicatione p. 50. quæ cum ad illuſtrationem faciant, adducere licebit. *Dominus de Thou*, ait, *cum generalem hiſtoriam contexere in animo haberet, commercium colere cœpit cum omnibus Europæ viris, qui maxime idonei erant, quæ vera eſſent ad ipſum transmittere: Magnum itaque cum Camdeno commercium habuit: Cum autem Camdeni volumen primum in lucem exiiſſet, ſevere ad ipſum ſcripſit, deprehendere, id adeo diſcrepans eſſe ab iis, quæ in mutuis ipſorum epiſtolis exarata fuerant, præſertim reſpectu Scotorum reginæ. De quibus quod verum erat ipſi confeſſus eſt Camdenus, ſcilicet Regem Iacobum illud neceſſario reuiſere voluiſſe, idemque poſtea tradidiſſe in manus Comitis Northamptonii, qui erat Ducis Norfolciæ frater, qui propter illam reginam capite truncatus fuerat, & plurima ex illo eraſa, plurimaque alterata fuiſſe. Hoc moleſtiſſimum fuit Camdeno, qui ſollicitus fuit, ne poſterioris partis idem eſſet fatum: & ea propter illam extra Angliam ad præſtantem illum virum transmiſit, vt poſt ſuum obitum fideliter typis man-*

dari posset. Hoc in Anglia notissimum est, & secundæ partis vltra mare ad extraneum transmissio facile quemuis inducit ad credendum, eam huius veram rationem fuisse. Hosce *Annales* ex Codice Auctoris manu correcto multisque additionibus aucto, recusos dedit *Th. Hearne Oxon. 1717.-8. 3. Voll.* sed paucis exemplis formis impressis. Vt insigne hoc opus perfectius multisque additamentis; quæ ab ipsa Camdeni manu profectæ sunt auctius prodiret, curaturum se promisit *Thomas Smith Vita G. Camdeni*, quæ præmissa *Camdeni & illustrium virorum ad G. Camdenum Epistolis*, editis *Londini 1691. 4.* Multa quæ *Camdenus* expromere non potuit, narrat, qui *Buchanani* grauem continuatorem agit ROBERTVS IOHNSTONVS *Historia rerum Britannicarum ab anno 1572. ad an. 1628. Amstelodami 1655. f.* Præter hos alii singularia de vita, moribus, gestis *Elizabethæ* Reginæ curiose annotarunt. Quorsum pertinent: *Historia o vero Vita di Elisabetha Regina de Inghilterra, Amsterdam 1693.12.2.Voll.* auctore GREGORIO LETI quo libro ex notitiis quibusdam curiosa annotauit, præmissa breuis expositio sub titulo: *Il vero carattere d' Elisabetha, come anchi de suoi favoriti*, anglice primum scripta, quæ & singillatim prodiit præmisso titulo: *The Character of the Queen Elizabeth by* EDMVND BOHVN, *London 1693. 8.* post gallice versa & edita sub indice: *Le Charactere de la Reine d'Elizabeth* excusa etiam *à la Haye 1694. 12. a Leti* vero in italicum idioma translata. Prodiit quoque hæc *Vita Elisabethæ, gallice, Amsterdam 1694. 12. 2. Voll. belgice 1698. 8. 2. Voll.* & germanice *Hamburgi 1706. 8.* Lumen rebus *Elisabethæ* insigne adferunt: *Memoires & Instructions pour les Ambassadeurs, où Lettres & Negociations de Walsingham, Ministre & Secretaire d'Etat sous Elisabeth, Reine*

d'Angle-

d'Angleterre IV. Tomes, à Amsterdam 1700. 4. & ibid. 1717. 8. & anglice hoc titulo: *The compleat Ambassador, or two Treaties of the intended Mariage of Q. Elizabeth, comprised in the Lettres of* FR. WALSINGHAM, *and Lord Burleigh, collected by* DVDLY DIGGES, *London 1655. f.* in quibus egregia historiam Reginæ & æui illius illustrantia reperiuntur, *Walsinghamus* enim legationi in Galliam ad Carolum IX. a. 1590. aliisque negotiis grauissimis fuerat adhibitus. Additæ Walsinghami regulæ politicæ, vna cum characteribus morum, quibus præcipui Elisabethæ ministri præditi fuerant, editi alias lingua Gallica sub titulo: *Secrets des Cours, Cologne 1695. 12. & anglice*, cum indice: *Arcana Aulica, Londini 1694. 8.* Singularia multa & præcipuas negotiorum & eventuum caussas legas in commentariis de magnis viris, qui Elisabethæ a consiliis & ministerio fuerunt, quales sunt: *Secret Memoirs of* ROBERT DVDLEY *Earl of* LEYCESTER *publis'd by Dr.* DRAKE, *London 1706. 8.* quæ lectu sunt dignæ, atque EDWARD *late Earl of* CLARENDON *the Charakteurs of Robert Earl of Essex, and George D. of Buckingham London 1706. 8.* Non omittenda *The Secret History of the mostre nowned Q. Elizabeth and the E. of Essex Cologne 1689. 12.* Coniungantur omnino *The Memoirs of Sir* IAMES MELVIL *of Hallhil, or a impartial Account of the Affairs of England and Scotland under the Reigns of Queen Elisabeth Q. Mary, and K. Iames, publis'd by* GEORGE SCOTT, *London 1683. f.* & gallice: IACQVES *de* MELVIL *Memoires du Regne d'Elizabeth, à la Haye 1694. 12. & Lyon 1695. 12. 2. Voll.* in quibus particularia de Elisabetha & Maria Scotica, cui a seruitiis erat, legas. Nec non: ROBERT NAVNTON *Fragmenta regalia, or Observations on the late Q. Elisabeth*

sabeth her times and Favorits 1641. 4. atque: quæ & *gallice versa*, par JEAN *le Peletier* prodierunt *à Rouen 1683. 8. The History of the Life and Regn of the famous Princesse Elisabeth by* THOMAS BROWNE, *London 1634. 8.* Cum his comparandæ: THOMAS HEYWOOD *England's Elisabeth, her Life and Troubles from the cradle to the Crown, Cambridge 1641. 12.* & CLARK's *History of the Life of Q. Elisabeth, London 1682. 12. Acta Parlamentaria* sub *Elisabetha* condita, conquisita ediderunt SIMON DEWES *Londini 1682. f.* atque *Historicals Collections, of the Proceedings of the four last Parliaments of Q. Elizabeth, with the History of those Times by* HEYWOOD TOWNSHEND, *Member in those Parliaments, London 1680. f.* Nec omittendæ: *Memorials of Affairs of State in the Reigns of Q. Elizabeth and K. Iames I. collected chiefly from the original Papers of* RALPH WINWOOD, *Secret. of State and publish'd by* EDMVND SAWYER *London, 1725. f. 3. Voll.* Similis argumenti est liber inscriptus: WILLIAM MONSON *a particular and exact account of last 17. Years of Queen Elisabeth Reign both military and civil, London 1682. f.* Add. Scriptum, sub elogio: *Cabala, siue Scrinia sacra, i. e. Mysteries of State and Government in Lettres in the Reigns of K. Henry VIII. Q. Elizabeth, and K. Charles I. London 1654. & 1663. 3. Tom. 2. Voll. it. with a new Collection of Letters, London 1691. f.* Pertinent non minus huc libelli in negotiis magni momenti publicis editi, nempe: *Expositio causarum, cur Elisabetha suppetias tulerit Carolo IX. Galliæ Regi, seu causa Profectionis Anglorum in Galliam, Basileæ 1574. 4.* nec non: *Iustitia Britannica (qua nullum ob religionem, multos ob seditionem in capitis discrimen vocatos esse, probatur) 1553. 8.* cui a RCatholicis

variæ

variæ oppositæ scriptiones. In eadem caussa reformationis, quam suscepit *Elisabetha*, atque edicto pontificios Anglia exire iussit, habemus ANDREAE PHILOPATRI *Responsionem ad singula capita edicti Elisabethæ Reginæ, hæresin Calvinianam propugnantis, Augustæ 1592. 8.* Contra idem edictum agit commentariolus *de persecutione Anglicana, Romæ 1582. 12. & Concertatio Ecclesiæ Anglicanæ sub Elisabetha, Treuiri 1585. 12.* vt &: *Declaratio causarum, quibus adducta Angliæ Regina Belgis afflictis & oppressis quasdam copias auxiliares miserit, Richemonti 1585. 4.*

§. XIV.

Acerbo stilo impudentique fere Regum ex Stuarta familia facta perstrinxit ANONYMVS: *In the History of England during the Reings of the Royal of Stuart by the Author of the Critical History of England, Londin. 1730. f.* sed cum cautione legendus. Regis eruditi & philosophi res & regnum non adeo prudenter gestum describunt: quem iam laudaui ROBERTVS IOHNSTONVS Scoto Britannus, *Historia Rerum Britannicarum, Amstelædami 1655. f.* ab anno 1572. ad 1628. atque ARTVR WILSON *History of Great Britain, being the Life and Reign of King Iames I. London 1653. f.* atque in *Compleat History of England T. II.* vt &: WILLIAM SANDERSON *History of Mary Queen of Scotland and of K.* IAMES *VI. London 1656.* his iungendæ: *Memoirs of the Reign of K. Iames I. London 1648. 8.* & libellus inscriptus: *The Court and Character of King Iames by A. W. London 1650. 12.* cui opposita: *A Vindication in Answert o a Pamphlet intituled: The Court and Character of K. Iames by A. W. London 1650. 12.* nec non: *The narrative History of King Iames I. London 1651. 4.* cum figuris, & *Historical Memoirs or the Reigns of Q. Elizabeth and K. Iames*

 London

London 1658. 12. IS. WAKE *Rex Platonicus, seu de aduentu Iacobi Regis Angliæ ad Academiam Oxoniensem Narratio, Oxonii 1663. 12.* plenus est libellus scholasticæ adulationis. Ipse Rex IACOBVS I. varia scripsit, ex quibus ad pernoscendum ipsius regimen peti quædam possunt. Sunt autem iunctim edita: *Iacobi Primi Regis Angliæ Opera a Iacobo Montacutio, Londini 1690. f.* recusa *Francofurti 1689. f.* quæ inter commemorabile hic maxime: *Iter Edimburgo Londinum* versus institutum; βασιλικὸν δῶρον s. *Donum regium ad Filium Henricum;* atque cumprimis: *Conspiratio sulphurea, quibus ea rationibus & auctoribus cœperit, maturuerit, apparuerit, vna cum reorum examine, scripta a Rege, sed nomine suppresso,* atque extat in editione *Operum, Francofurtensi p. 100.* De eodem horribili facinore quoque extant: *Series patefacti diuinitus parricidii inter maximum Regem, regnumque Britanniæ cogitati & instructi Nonis Nouembribus MDCV. illo ipso Nouembri scripta, nunc demum edita, nimirum in calce* EVPHORMIONIS LVSININI, *seu, Satyrici* IOANNIS BARCLAII, *Amstelodami 1664. 12.* Docta est: CHRISTIANI AVGVSTI ROTHII *Dissertatio Historica de Conspiratione Sulphurea in Anglia tempore Iacobi I. Lipsiæ 1709. 4.* Huc etiam pertinet: GVILIELMI CAMDENI *Actio in Henricum Garnetum & cæteros pulueraria Coniurationis in Regem Iacobum complices, Londini 1607. 4.* in qua instruenda Actis publicis vsus fuit Cambdenus. Prodiere porro libelli sequentes, inscripti: *De quorundam Anglorum contra Regem coniuratione discursus 1606. 8. Narratio de prodigiosa a Iesuitis & coniuratis in Iacobum Angliæ Regem intentata coniuratione, Lugduni Batauorum 1607. 4. Narratio duarum liberationum populi Anglici, alte-*

rius

rius quidem ex inuasione Hispanorum anno 1588. alterius ex conspiratione puluer aria & vere diabolica, anglice, *Londini 1670. 8. Series coniurationis pulveris commentarii, Londini 1606. 4.* & germanice, *Francofurti 1606. 4.* WOLFGANGI MEYERI *descriptio coniurationis Anglicæ puluerariæ, Basileæ 1610. 8.* RVDOLPHI BAPTISTAE a SALIS *de proditione Anglica pyreopuluerea* liber, *Basileæ 1617. 4.*

§. XV.

Ex hac autem Coniuratione notabilis illa de *Iuramento fidelitatis* orta fuit controuersia. Præscripserat enim *Iacobus* Rex subditis suis iuramentum, fidelitatis dictum, quo se obligarent, vt nullum alium Regem legitimum adgnoscerent quam *Iacobum*, Papam nullam potestatem habere in Reges, & quæ similia. Hoc vero iuramentum cum per bullam infirmare conaretur Papa, ipse Iacobus scripsit *Apologiam pro Iuramento Fidelitatis cum Pauli V. duobus Breuibus & epistola Bellarmini, Londini 1608. 8.* Huic se opposuit ROBERTVS BELLARMINVS, qui sub nomine MATTHIAE TORTI aduersus *Iacobum* scripsit, *Coloniæ 1608. 8.* Cum vero huic in prolixa præfatione monitoria ad omnes Germaniæ proceres, quo sibi a tyrannide Papæ cauerent, respondisset, edidit *Bellarminus* Apologiam, qua dictam præfationem refutat. Alius sub titulo TORTVRAE TORTI, *Hanouiæ 1610. 8.* Iacobi caussam suscepit, contra quem MARTINVS BECANVS dedit *Refutationem Torturæ Torti, Moguntiæ 1610. 8. controuersiam Anglicanam de potestate regis & pontificis, Moguntiæ 1612. 8. examen concordiæ Anglicæ de primatu ecclesiæ regiæ, Moguntiæ 1613. 8.* GVILIELMI TOCKERI vero habemus *Duellum cum*

 Becano,

Becano, refutante Apologiam Iacobi Regis, Heidelbergæ 1611. 8. Sic etiam prodiit ſcriptio, ſub indice: *Triplici nodo triplex cuneus, ſeu Apologia pro iuramento Fidelitatis aduerſus duo Breuia Pauli V. & epiſtolam Bellarmini ad G. Blackvellum ſcriptam, Londini 1610. 4.* LEONARDVS COQVAEVS vero edidit *Examen præfationis monitoriæ Iacobi Regis, præmiſſæ apologiæ ſuæ pro iuramento fidelitatis, Friburgi 1611. f.* IACOBVS GRETSERVS quoque *commentarium* edidit, cui titulus: *in Regis Iacobi præfationem monitoriam & apologiam pro iuramento fidelitatis, Auguſtæ 1610. 4.* Ipſa ſcripta *Iacobi I.* continentur inter alia eiusdem *opera, cura Iacobi Montacutii* edita, *Londini 1619. f. & Francofurti 1689. f.*

§. XVI.

In Hiſtoria *Caroli I.* commemoranda plures occupati fuerunt Scriptores. Ex ſuperioribus potiſſimum huc faciunt IOHNSTONVS *in Hiſtoria,* & GREGORIVS LETI *in Theatro Britannico.* De infelicibus Anglorum expeditionibus *Gaditana* 1625. vt & altera in Inſulam *Rheam* 1627. auſpiciis Caroli I. ſuſceptis extant ſingulares narrationes anglice ſcriptæ: RICHARD GRANVILLE *Two Original Iournals 1.) of the Expedition to Cadix 1625. 2. of the Expedition to the Isle of Rhee, London 1724. 8.* cui adiungenda EDVARDI HERBERTI Baronis de CHERBVRY *Expeditio in Rheam Inſulam, London 1656. 4.* WILLIAM SANDERSONI habemus *Hiſtory of the Life and Reign of King Charles I. London 1658. f.* qua nimis regi fauet. Ad *Carolum* hunc *I.* potiſſimum pertinet WILLIAM LILLYS *true Hiſtory of King Iames I. and King Charles I. London 1715. 8.* atque libelli inſcripti: *A ſort View of the Life and Reign of K. Charles,*

Charles, *London 1658. 12.* atque *Abregé de la vie & du Regne de Charles I. second Monarque de la grande Bretagne*, *Paris 1664. 12.* Vxoris reginæ, quæ caussa inter alias fuit motuum Britanniæ vita descripta extat: *in The Life and Death of Henrietta Maria de Bourbon Queen tho Charles I. London 1671. 12.* Præcipue vero plures sunt, qui nefariam illam *rebellionem & parricidium* Anglicanum descripserunt. ROBERTVS MANLIVS quidem composuit *Commentarios de Rebellione Anglicana ab anno 1640. vsque ad 1649.* quo morti adfectus fuit Carolus, *Londini 1686. 8.* atque omnem historiam breviter narrat. Inter præcipuos æstimandus est GEORGIVS BATEVS, Regius Proto Medicus, qui scripsit *Elenchum motuum nuperorum in Anglia*, quorum partes duæ *Londini* primum prodierunt *1661. 8.* quæ ad Cromwelli mortem vsque procedunt. Addidit hisce tomum tertium eundemque magni pretii THOMAS SKYNNERVS, *Londini 1676. 8.* quo vsque ad decimum annum regiminis Caroli II. progreditur. Iunctim excusi *Londini 1676. 8. & Amstelodami 1663. 12.* duo priores. His opposuit ROBERTVS PVGH *Elenchum Elenchi, siue Animadversiones in Georgii Batei Elenchum motuum Angliæ*, *Parisiis 1664. 8.* Insignem huic tragicæ conuersioni lucem adfundunt *Acta* Parliamentorum & aduersaria ministrorum publicorum aut aliorum virorum illustrium. Historia *Parliamenti* illius *Carolo I.* maxime fatalis & sanguinarii descripta legitur, in THOMAS MAY *History of the Parliament of England which begun Nov. 3. 1640. London 1647. f.* non sine partium studio scripta, quæ & breui compendio latine prodiit, titulo præfixo: *Historiæ Parliamenti Angliæ Breuiarium*, *seu causæ & progressus Belli ciuilis autore* T. M. *Londini 1651. 12.* Coniungendæ: *Relations and obseruations histori-*

historical and politik upon de Parliament begun 1640. 4. atque *London 1661. 4.* auctior, cuius compilator CLEMENS WAKER. *An exact Collection of all Remonstrances, Proclamations &c. and other remarkable Passages between the King an the Parliament from Dec. 1641. to March 1643. London 1643. 4.* Acta exhibent variæ Collectiones. In IOHN RVSHWORTH *Historical Proceedings &c.* quam iam laudauimus nouæ editionis, eadem ad ann. vsque *1648.* publicata videmus. Supplementa exhibet: HENRY SCOBELL *Collection of Acts and Ordinances made in the Parliament from 1640. to 1656. London 1658. f.* quæ continuatio est alterius Collectionis *Pultonianæ.* Partium quidem studium quandoque elucet in EDWARD *Earl of* CLARENDON *History of the Rebellion and civil Wars in England begun in the Year 1641. Oxford 1704. f. 3. Voll.* quæ gallice prodiit sub titulo: *Memoires de la Rebellion d'Angleterre sous Charles I.* par EDVARD *comte de* CLARENDON, *Haye 1706. 1709. 8. 6. Voll.* sed propter singularia quæ narrant, magni tamen sunt æstimandæ, licet loci quidam, dum imprimeretur opus, iussu superiorum omissi. Coniungenda est omnino huic Operi: *The History of the civil Wars in Ireland, by* EDVARD *Earl of* CLARENDON *or the first additional Tome to his History of the grand Rebellion, London 1721. 8.* & quæ secuta: *An Appendix (or the second additional Tome) to the History of the grand Rebellion, consisting of valvable Pieces written by* EDWARD E. *of* CLARENDON, *with his Life and a Vindication of his Character, London 1724. 8.* Adhibendæ sunt quoque: PHILIP WARWICK *Memoirs of the Reign of K. Charles I. with a continuation to the happy Restauration of K. Charles II. London 1701. 8.* Sic & hic non plane negligendæ: *Memoires of* IOHN BERCKLEY,

LEY, *containing an Account of his negotiation with Cromwell &c. London 1702. 8.* & MEMOIRES *of* DENZIL *Lord* HOLLES *from 1641. to 1648. London 1699. 8.* Horum motuum caussas politice & iuridice expenderunt: IAMES HOWEL *in divers historical Discourses of the late popular Insurrections in Great Britain and Ireland, London 1661. 8.* & IAMES WELWOOD *in Memoirs of the most material Transactions in England, 1700. 8.* nec non: RICHARD BVLSTRODE *Memoirs and Reflexions upon the Gouvernement of K. Charles I. and the II. London 1721. 8. Memoires sur la Reuolution d'Angleterre d'* EDMOND LVDLOW, *Amsterdam 1699. 12. 2. Voll. & Nouveaux Memoires de Ludlow, Amsterdam 1708. 12.* a prioribus diuersæ, quibus omnem suam vitam describit, quæ in notabilis istius conversionis tempora incidit. Prout autem auctor Parlamenti caussam in hoc ipso bello ciuili enixe iuverat, ita omnem culpam in Iacobum reiicit, ipsum inculpat imminutæ clam & astu publicæ libertatis, &, quæ sunt eiusmodi. Ex Gallis elegantissime de hisce turbis commemorationes factæ *in Histoire des Troubles de la Grande Bretagne depuis l'an 1633. jusqu' en 1646. avec la Relation de causes & conjonctures favorables, qui ont contribué au Retablissement de Charles II. par* ROBERT MENTET *de* SALMONET, *à Paris 1661. f.* Eadem quoque edita sub titulo: *Histoire des Troubles de la Grande Bretagne depuis l'an 1633. iusqu' à la fin de l'An 1646. par* R. M. D. S. *Paris 1649. 4.* Germanico idiomate prostat *Historische Beschreibung des 20. iæhrigen innerlichen Krieges in denen Königreichen Engelland, Schottland und Irrland,* quæ ex anglico versa prodiit *Noribergæ 1669. 8.* Partem motuum bellicorum insigniter illustrat libellus egregius, cuius index; *De rebus, auspiciis Caroli, Magnæ*

Magnæ Britanniæ Regis sub Imperiis Iacobi, Montisrosarum Marchionis, supremi Scotiæ Gubernatoris, 1644. & duobus sequentibus præclare gestis, interprete A. S. *Londini 1662. 12.* anglice opusculum hoc editum fuerat sub titulo: *The History of King Charles's Affairs in Scotland, under the Conduct of Iames Marques of Montrose, in the Years 1644. 1645. & 1646. Hagbe 1647. 8.* Hos motus contra Regem defendunt alii. IRENAEVS PHILALETHES siquidem in *Historia rerum in Scotia gestarum, Dantisci 1642. 8.* caussam Puritanorum potissimum contra episcopales agit. Scotorum caussam defendere conatur *Auctor motuum Britannicorum verax Cushi ex ipsis Iacobi, & oculati testis prototypis totus translatus, Roterodami 1647. 8.* Institutum potissimum auctori est, vt doceat, Scotos nihil in hac caussa contra officium suum egisse, idque vt eo melius demonstret, multa scripta publica inseruit, quæ plurimum ad omnem historiam momenti præbent, licet alias stylo duriori, difficili & obscuro vtatur. Postea prodiit *perfecta narratio totius processus tribunalis iustitiæ in examine Regis in aula Westmonasteriensi, & ad præuertendum falsas & incongruas relationes, Londini 1649. 8.* quo etiam caussa Parlamenti agitur. Multo conatu quoque Parlamenti actiones defendere conatur auctor libri, quem inscripsit: *Britannischer Maccabæus, oder von des Englischen Generalen Thomæ Fairfax Kriegs-expedition, durch Erethur Griephiren von Wahrendorff, 1668. 12.* in quibus multas quidem rationes detegere conatur auctor, quæ potissimum eo vergunt, Carolum iura parlamenti voluisse supprimere & religionem catholicam introducere. Vsurpatoris tyrannici, viri cetera prudentissimi *Oliuerii Cromwellii* vitam resque magnam partem feliciter gestas plures descripse-

runt.

runt. Quos inter notandi: In Anglia ſcripta & edita: IAMES HEATH, *the Flow, or the Life and Death of Olivier Cromwell, London 1663. 8.* & germanice, ſub titulo: *Politicus ſine exemplo, oder kurzer Begrief der Kriegs und Staats Handlungen Sr. Hobeit Olivier Cromwells, Nürnberg 1663. 12. The Hiſtory of Oliuier Cromwell by* R. B. *London 1706. 12.* Particularia multa quæ ſe in Anglia collegiſſe dicit auctor, exhibet: *Hiſtoria & Memorie recondite ſopro alla vita di Oliverio Cromvele ſcritta da* GREGORIO LETI, *Amſterdam 1692. 8. 2. Voll. & gallice Amſterdem 1694. 12. 2. Voll.* atque *belgice 1697.* & germanice *Hamburgi 8.* editæ. *Gallice* primum ſcripta: *La Vie d' Olivier Cromwell, Amſterdam 1649. 12.* & quæ plenior eſt *Hiſtoire du Olivier Cromwell* par RAGVENET, *à Paris 1691. 4.* & in Belgio *12.* quam tamen Romanenſi fabulæ comparat interpres ſubſequentis libri: *La Vie d' Olivier Cromwell Lord Protecteur de la Republique d'Angleterre, à la Haye 1725. 8.* verſio eſt Anonymi Angli, qui facta viri graui ſtilo memorauit & multa addidit, ne ipſis quidem Anglis, vti ſcribit, nota. Supplementi loco ſubiuncta ſunt & accuratior familiæ *Cromwellianæ* genealogia, ab ipſo Auctore Anglo ſcripta, & animaduerſiones criticæ ſatis acerbæ in *Gregorii Leti* Vitam Cromwelli, ab Interprete Gallo additæ. Ad res geſtas porro faciunt: *Hiſtorie and Policie reviewed in the heroick Transactions of Oliver the late Lord Protector by* H. D. (i. e. H. DAWBENY) *London 1659. 8.* add. PETRI NEGESCHII *Comparatio inter Claudium Tiberium Principem & Oliverium Cromwellium Protectorem inſtituta 1657. 4.*

§. XVII.

§. XVII.

Prodierunt tamen ab vtraque parte Scripta, qui modo *Regis* vel *Parlamenti* cauſſam defenderent. Reſponſionem *Regis* ad ea, quæ a *Parlamento* obiiciebantur, factam videmus in libro, cui titulus: Εἰκὼν βασιλικὴ vel *Imago Regis Caroli in ſuis ærumnis*, quod edidit *Ioannes Earles, Hagæ Comitum 1649. 12.* *Anglice* edita ſingillatim *London 1648. 8.* & in *Caroli Regis Angliæ Operibus Londini 1662. f.* expreſſis formis. Genuinum autem huius libelli ſcriptorem fuiſſe Regi familiariſſimum GAVDENVM Worceſtrienſem, poſt Exonienſem Epiſcopum, probare anniſus ANTONIVS WALKER in *A true Account of the Author of a Book entituled* Εἰκων βασιλικὴ, *London 1692. 4.* quod negauerat D. *Hollingsworth* & regi aſſeruit, qui auctore Walkero tantum quædam ſua manu correxerit. Libello huic tamen poſtea reſpondit anglico ſermone IOANNES MILTONVS libro peculiari, qui in gallicum ſermonem fuit translatus, ſub titulo: *reſponſe au livre intitulé* Εἰκὼν βασιλικὴ, *à Londres 1652. 12.* Eadem regis innocentia declaratur in *Sylloge variorum tractatuum Anglico quidem idiomate & ab auctoribus Anglis conſcriptorum, ſed in linguam latinam translatorum, quibus Caroli R. innocentia illuſtratur & parricidium iniuſtiſſime & immaniſſime in illum perpetratum a pſeudo parlamento & perduelli exercitu declaratur, acceſſit reſponſum neceſſarium ad declamationem ſ. prouocationem Mr. Io. Cocke, auctore* I. V. A. R. *Londini 1649. 4.* Continet ſcripta XVI plerumque publica, vtpote Reſponſum & declarationem Regis, variorumque Angliæ iudiciorum & academiæ Oxonienſis iudicium pro innocentia Regis, narrationem totius proceſſus

Supremi

Supremi Tribunalis iustitiæ in aula Westmonasteriensi & scripta similia. Cum his iungendæ *Histoire entiere & veritable du Procez de Charles Stuart Roy d'Angleterre, contenant en forme de Journal tout ce qui s'est fait & passé sur ce sujet dans le Parlement, & en la Haute Cour de Justice, & la façon, en la quelle il a este mis à mort, au mois de Janvier a Londres 1650. 12. Histoire veritable du Procez de Charles Stuart Roy d'Angleterre avec les Pieces authentiques, Londres 1650. 8.* Præcipue autem nota est illa controuersia quæ inter *Salmasium & Miltonum* fuit hac de caussa, de qua quidem in *Bibliotheca Philosophica* iam fuit dictum, hic tamen repetere licebit. CLAVDIVS SALMASIVS quidem tecto primum nomine scripserat *Defensionem regiam pro Carolo I. ad Magn. Britanniæ Regem Carolum II. quæ Parisiis 1650. 4.* prodiit, idque sine dubio auspiciis Caroli II. In hac totus est, vt Anglos regicidas increpet, & demonstret, parlamentum Anglicanum esse infra Regem. Respondet eidem atque *Defensionem pro Populo Anglicano* suscepit IOANNES MILTONVS, in singulari libro *Londini 1652. 12.* edito. Ad hanc postuma prodiit *Claudii Salmasii Responsio, Londini 1660. 8.* Certe, eruditione superior erat Salmasius Miltono, non æque iudicio pragmatico. Ad normam reipublicæ Romanæ, atque ex scriptoribus antiquis Angliæ statum deducit, quod in ipso *Miltonus* atque alii reprehendunt. Commune igitur de vtrisque est iudicium, quod Salmasius caussam optimam pessime, Miltonus pessimam optime defenderit. Id quod de rationibus ex forma Regni & Reipublicæ Anglicæ facile concedimus, cum alias magis erudita sint Salmasii: *Miltoni* vero speciosa argumenta. *Secundam postea Defensionem pro Populo* suscepit MILTONVS,

TONVS, contra tractatum anonymi, cuius titulus: *Regii sanguinis clamor ad cœlum, aduersus Parricidas Anglicanos, Hagæ-Comitum 1654. 12.* In hoc, potissimum exemplis ex historia, præsertim Anglica petitis docet, Parlamentum esse supra Regem, & Imperii summam penes populum. Culpandus autem potissimum est, quod *Caroli I.* imperium dicat fuisse tyrannicum. Alius Miltono respondet in *Apologia sua pro Rege & Populo Anglicano, contra Ioannis Polypragmatici, alias Miltoni Angli, Defensionem destructiuam Regis & Populi Anglicani, Antwerpiæ 1652. 12.* Hic autem potius iniurias in Miltonum euomit, quam vt eius argumenta euertat. IOANNEM BRAMMALVM huius scripti auctorem facit, eius vitam describit, eidemque respondet IOANNES PHILIPPVS, Anglus, in *Responsione ad Apologiam Anonymi cuiusdam tenebrionis pro Rege & Populo Anglicano infantissimam, Londini 1652. 12.* Sed etiam hæc responsio pluribus iniuriis quam argumentis atque rationibus est referta. IOAN. ROWLANDVS postea *polemicam* scripsit, siue *supplementum ad Apologiam pro Rege & Populo Anglicano aduersus Miltoni defensionem, Hagæ-Comitum 1653. 12.* Regicidium defendere quoque conatus WILLIAM ALLEN, in libro, quem scripsit: *Traite politique, que tuer un tyran, n' est pas un meurtre, à Lyon 1658. 8.* id quod ex multis scriptoribus demonstrare conatur. Alii porro contra *Miltonum* atque adseclas egerunt. Quos inter ALEXANDER MORVS edito libello: *Fides publica contra calumnias Ioannis Miltoni, Hagæ-Comitum 1654. 12.* Prodiit etiaim *Carolus I. Britanniæ Rex a securi & Miltoni calamo vindicatus, Dublini 1652. 12.* IACOBI SCHALLERI *Dissertatio ad quædam loca Miltoni, Argentorati 1652.* habita, post recusa *Lugduni 1653.4.*

Abregé

Abregé des derniers mouvemens d' Angleterre, avec un raisonnement, à Anvers 1651. 12. Examen Anglicum, exhibens quaestiones politico-iuridicas, maiestatem non esse violandam, Rintelii 1653. 4. 10. CHRISTOPHORI NEANDRI *Discursus de Principum potestatis summitate contra Regicidium Anglicanum, Francofurti 1661. 12.* GVILIELMI VRSINI *de* RIVO *Vindiciae pro capite Regis Angliae contra rebelles parricidas, Hagae Comitum 1649. 12.* & qui tractatus sunt similes, quos inter non omittendus libellus CASPARIS ZIEGLERI inscriptus: *circa Regicidium Anglorum Exercitationes, Lipsiae 1652. 12.* & sub titulo: *Regicidium Anglicanum, iura Regia probe defendens.* His coniungendae ad illustran- omnis huius Tragoediae historiam in singularibus momentis: *Literae Pseudo-Senatus Anglicani, Cromwellii, reliquorumque Perduellium nomine ac iussu conscriptae a* IOANNE MILTONO *1676. 12.* atque *Literae, nomine Senatus Anglicani, Cromwellii, Richardique ad diversos in Europa Principes exaratae a* IOANNE MILTONO, *quas in Germania recudi fecit* IOA. GEORGIVS PRITIVS, *Lipsiae 1690. 12. Amstelodami 1676. 12.*

§. XVIII.

Pergimus ad eos, qui historiam Caroli II. huiusque fratris, Iacobi II. scripserunt. Ad commemorationem aduersorum fatorum, quae Carolum II. presserunt, post martyrium parentis, sub initia regni, pertinet scriptum singulare, cuius index: *Boscobel, où Abrege de ce qui s' est passé dans la Retraite memorable de sa Majeste Britannique apres la Bataille de Worcester l. 13. Septembre 1651. traduit de l' Anglois, à Rouen 1676. 12.* Describi-

tur locus ille memorabilis, quo Carolus II. poſt prælium Worceſtrienſe per aliquot dies latuit. Cauſas & circumſtantias felicis in patrium Regnum reuocationis conſignarunt: ANONYMUS in libello inſcripto: *Relations des veritables cauſes du Retabliſſement du Roy de la Grande Bretagne, Paris 1661. 8.* quumque *Monkius* Exercitus Parlamentarii dux negotium promouiſſet, adhibenda quoque eſt THOMAS GUMBLE *Vie du General Monk, Duc d'Albemarle, Londres 1672. 12.* Honores redeunti per Belgiam fœderatum regi magnifice exhibitos legas in: *Journal de Voyage & Sejour de Charles II. Roy de la Grande Bretagne en Hollande, la Haye 1660. f.* cum æneis figuris. Facit huc libellus inſcriptus: *Die verſchmæhete doch wieder erhœhete Maieſtät, das iſt, Carl des zweyten, Kœnigs von Engelland Wunder-Geſchichte durch* FILIP *von* ZESEN, *Amſterdam 1661. 12.* Eiusdem argumenti eſt libellus anglice ſcriptus: *The Reſtitution of King Charles II. London 1660. 8.* IAMES HEATH *the Glories and Triumphs of the bleſſed Reſtitution of K. Charles II. London 1662. 8.* More adulatorio exaratus libellus: *Auguſtus Anglicus: the Life and Reign of Charles II. London 1686. 12.* Reſtitutionem Regis ſequebatur ſupplicium eorum, qui deteſtandum in Regem iudicium peregerant. De quo extant narrationes ſequentes: *The Tryal and Iudgment of 29. Regicides, the Murtherers of King Charles I. with a Summary of thoſe Cabbaliſts, London 1713. 8. & : A Collection of the Lieves, Speeches, Letters, &c. of Th. Hariſon, Io. Carew, I. Cook, Th. Scot, Andr. Scroop, Dan. Axtel and Fr. Hacker, with Obſervations, London 1661. 8.* Res regiminis Caroli II. Britannis parum grati, Europæ vero non ſalutaris, petenda maxime eſt ex libris ſingularibus ſummo-

ſummorum Virorum, & adminiſtrorum, quibus vel res politicas vel militares Regis auſpiciis geſtas, conſignarunt. De vtroque *Carolo I. & II.* ſingularia annotauit: RICHARD BVLSTRODE in: *Memoirs and Reflections upon the Reign of K. Charles the I. and K. Charles the II. London 1721. 8. mai.* quibus res quædam ſingulares quæ ab an. 1640. ad an. 1685. contigerunt, indicantur. Inſigniter non minus res ſub *Carolo II.* geſtas illuſtrant: SAMVELIS PARKERI Epiſcopi Oxonienſis *de rebus ſui temporis Commentariorum Libri IV. Londini 1726. 8. max.* qui eorum negotiorum, quæ ab anno 1660. ad 1663. tractata fuerunt, vel teſtis fuit oculatus, vel ab aliis, qui factis interfuerunt, accepit, vel actorum publicorum teſtimonio corroborauit. Magna pars quoque *Commentariorum* (Memoires) GILBERTI BVRNETI Epiſcopi Salisburienſis, ad regimen *Caroli II.* facit, cordate & libere ſcriptorum, quorum editiones infra annotandæ. Pacem inprimis Hiſpaniam inter ac Luſitaniam promouit per ſuos Legatos *Carolus II.* cuius momentoſi ſeriem negotii Legati expoſuerunt. Editus ſiquidem elegans liber, cui titulus: *Original Letters of Sir Richard Fansbaw during his Embaſſies in Spain and Portugal, London 1702. 8.* vnde, quæ inter Anglos Hiſpanosque inde ab an. 1663. ad 1665. tractata ſunt, cognoſci non ſine voluptate poſſunt. Secuta: *A ſecret Collection of the Affairs of Spain, during the Negotiations between the Courts of England and Madrit from 1667. to 1678. &c. London 1720. 8. mai.* qua exhibentur Epiſtolæ a Legatis Angliæ Comite de *Sandwich;* Comite de *Sunderland, & Wilhelmo Godolphin* e Hiſpania miſſæ, de negotiationibus ipſorum ab an. 1667. ad an. 1678. exponentes. Dolendum omnino Reſponſiones Legatis datas

hac in Collectione omissas. Referunt tamen eæ singularia multa olim magnam partem arcano charactere expressa, sed feliciter hac in compilatione detecta & explicata. Momentosæ quoque ad res Angliæ & omnis Europæ regnante *Carolo II.* in maiori luce ponendas sunt: *Letters written by Sir* W. TEMPLE *and other Ministers of State from 1665. to 1672. London 1702. 8. 2. Voll. & Letters to the King, the Prince of Orange, and other Persons, by Sir* W. TEMPLE, *from 1673. to 1679. London T. I. & II. 1700. Tom. III. 1703. 8. 2. Voll.* atque HENRY BENNET *Earl* of ARLINGTON *Letters to Sir W. Temple from 1664. to 1674. London 1701. 8. 2. Parts,* quæ & *gallice* hoc prodierunt titulo: *Lettres du Comte d'* ARLINGTON, *à Vtrecht Tom. I. 1701. Tom. II. 1706. 12.* Ad Legationes quoque ab eo Rege missas pertinent: *Les trois Ambassades de Comte de Carlisle Ambassadeur du Roi Charles II. Amsterdam 1700. 12.* Acta quædam publica refert: *Recueil des Lettres, Harangues, Messages & Declarations de Sa Majeste de la Grande Bretagne depuis le 14. Avril 1660. jusqu' au 8. Janvier 1661. la Haye 1661. 4.* Amores veneresque Regis, quibus deditus maxime, indicant: *Memoires de la Vie du Comte de Gramond, contenant l'Histoire amoureuse de la Cour d'Angleterre sous le Regne de Charles II. Rotterdam 1716. 8.* adiungendæ: *Histoire secrete de la Duchesse de Portsmouth, Londres 1690. 12.* quæ amica Regi e Gallia adducta fuerat & *The Memoires of the Dutchess Mazarine with her true Character, Londres 1690. 12.* Meliora in commemoratione vitæ & actionum, quorundam huius temporis ministrorum status inueniuntur, vtpote in libro, cuius inscriptio: *The compleat Statesman or the Life and Politicks of Antony Earl of Schaftesbury, London 1683. 12. &: Memoirs of the Life and*

Negotia-

Negotiations of Sir William Temple, London 1714. 8. Secretiora quædam exponuntur in: *The Secret History of Europe, London 1715. 8. 4. Voll.* cuius tres Partes in gallicum idioma translatæ ſub titulo: *Hiſtoire Secrete des Intrigues de la France en diverſes Cours de l' Europe, London 1715. 8. 3. Voll.* Ad infelix Iacobi II. Regimen cauſſasque conuerſionis politicæ in Magna Britannia huiusque regis dethroniſationis faciunt ſequentes. Potiora huius Regis vitæ memorabilia cognoſci poſſunt ex libello: *Hiſtoire abregée de Jacques II. Paris 1701. 8.* Præclara ſubſidia ad cauſſas motuum inueſtigandas præbet inſignis compilatio, quæ inſcripta: *A Collection of State-Tracts, publish'd on occaſion of the late Revolution in 1688. and during the Reign of King William III. London Tom. I. 1705. Tom. II. 1706. Tom. III. 1707. f. 3. Voll.* conducta in eadem Scripta plusquam centum & ſexaginta, quæ inter eminent: Tom. I. *Hiſtory of the war of Holland 1672. by de Count de Mayole; Memorial from the English Proteſtants by Wildmann; G.* Burnets *Enquiry in to the preſent State;* Edmund Bohun's *Doctrine of paſſive Obedience;* Anonymi: *New Hiſtory of the ſucceſſion of the Crovvn of England, from Egbert to Henry VIII.* Stillingfleet's *Anſvver to the Hiſto. of paſſive obedience;* Tom. II: Iohn Hawles *Remarks upon the Trials of Fitzharris, Count Coningsmarck, Ruſſel, Sidney &c. Account of the Conſpiracy againſt K. William III. The Hiſtory of Standing Armies;* Tom. III: *Account of all the ſecret Negot. of the Romish Party in Ireland from 1660. to 1689. the Revolution vindicated; a true Account of the Autor of the Book Icon Regia; the Claims of the People of England. &c.* Ipſam vero rerum geſtarum in hac memorabili conuerſione ſeriem exponunt: EZ. BVRRIDGE *Hiſtoria nuperæ mu-*

 tationis

tationis in Anglia, in qua res a Iacobo Rege contra leges Angliæ, & ab Ordinibus Angliæ contra Regem patrata, recensentur, Londini 1697. 8. qua, contra Petrum Iosephum Aurelianensem (d'Orleans) Societatis Iesu Sacerdotem, qui in tertio Historiæ suæ libro, quam de rerum Statusque in Anglia conuersionibus composuit, Populum Anglicanum magni sceleris arguerat, Ordines defendere & crimen omne & iniustitiam a patriæ suæ ciuibus depellere voluit. Singularia multa & cum primis ea quæ contra Leges Angliæ susceperit Iacobus II. breuiter commemorat libellus inscriptus: *Histoire de Revolutions d'Angleterre, sous le Regne de Jacques II. Amsterdam 1689. 12.* Varia ad hanc mutationem spectantia monimenta conduxit, illaque breui & succincta rerum enarratione illustrauit *Anonymus*, quem nonnulli *Lambertum* vocari scribunt, in: *Memoires de la derniere Revolution d'Angleterre contenant l'Abdication de Jacques II. l'avenement de Guillaume III. à la Couronne & plusieurs Evenemens de son Regne jusqu'en 1689 par Mr.* M. L. B. T. *la Haye 1702. 12. 2. Voll.* Quosdam saltim regiminis *Iacobi II.* annos resque in illis gestas illustrant: ROGER COKE *a Detection of the Court and State of England during the four last Reigns and the Interregnum, London 1697. 8.* & DANIEL IONES *Secret History of Whitehall, London 1697. 8. 2. Voll.* qua aliqua quæ ab an. 1676. vsque ad annnm 1696. contigerunt, annotauit. Accessit Tomo II. *The tragical History of the Stuarts* eodem auctore. Ad caussas mutationis noscendas, missique a Belgis fœderati auxilii facit scriptum, sub titolo: *Englands Godsdienften en Vryheid herfteldt door den Prince van Oranie, Amsterdam 1689. 4.* Addatur H. V. P. ad B. *de nuperis Angliæ motibus Epistola, Roterodami 1686.*

1686. 4. Ad Acta publica sub Regno Iacobi II. pertinent collecti: *Royal Tracts containing all the Speeches, Orders, Letters of his Sacred Majesty* (Iames II.) *Paris 1692. 12.* Ad Historiam Parliamenti 1688. in quo de Iuramento religionis abrogando, frustra egerat *Iacobus II.* faciunt Scripta quædam eristica minora, nempe scriptum, cui index: *Parlamentum pacificum, ou Parlement pacifique 1688. 12.* cui oppositus libellus. *Defense de Mr. Burnet pour refuter calomnies d' un Livre: Parlamentum pacificum 1688. 12. & Reflexions politiques, sur un livre: Parlamentum pacificum.* Legationis splendidæ Romam missæ cæremonias narrat: *Ragguaglio della solenne Comparsa, fatta in Roma 8. Gennaio 1687. dall' Illustrissimo Conte di Castelmaine, Ambasciadore Straordinario della S. R. M. Giacomo II. Re d' Inghilterra in andere publicamente all'udienza della Santità di nostro Signore Papa Innocenzo XI. da* GIOVANNE MICHELE WRIT *Maggiordomo del medesimo Signor Ambasciodore.* Super natalibus filii *Iacobi II.* quem *Prætendentem* vocant insignis libellorum series edita, in quibus tamen & fabulosa & ficta multa. Sic prodiit GVIL. FVLLER *de la veritable Mere du pretendu Prince de Galles 1696. 12.* & quæ pro Principe propositæ: *Questions proposees en faveur du Pretendant 1712. 12.* vna saltim & dimidia plagula comprehensa & statim confutata. Fata potiora narrant: *Memoires du Chevalier de S. George, Cologne 1712. 12.* in germanicum idioma quoque translatæ, & editæ quibusdam adiectis, addito indice: *Curieuse Nachricht von dem Ritter von St. Ioris oder prætendirten Prinzen von Wallis, nebst einigen Anmerckungen des teutschen Vbersetzers, Nancy in Lothringen* siue potius *Hamburgi 8. & Leben des Ritters von S. George, oder prætendirenden Prinzens von Wallis, erster*

und anderer Theil, Cœln 1713. 8. Addantur his: *Les Larmes d'Angleterre, ou la Source de malheurs, qui ont afflige ce Royaume sous le Regne de Jacques I. & de son fils, & qui ont causé la guerre civile, la mort de Charles I. & enfin l'abdication de Jacques II. à Cologne 1692. 12.*

§. XIX.

Wilhelmi III. Regis, libertatis Europeæ assertoris & custodis, res bello & pace gestæ per varios Scriptores, non semper iustis instructos præsidiis, sunt consignatæ. Quorum e serie nobis innotuerunt: Breuis libellus, est commemoratio inscripta: *Histoire de Guillaume III. Roy de la Grande Bretagne, Amsterdam 1692. 12.* ad annum vsque 1692. perducta. Plena curiosarum est narrationum: *Histoire de Guillaume III. depuis sa naissance jusqu' a sa mort en 1702. Amsterdam 1703. 12.* alia in eodem Belgio prodiit: *Histoire de Guillaume III. Amsterdam 1703. 12. 2. Voll.* variis figuris æri incisis ornata. Notabilis quoque: *Histoire de Guillaume III. par* P. A. SAMSON, *la Haye 1703. 12. 3. Voll.* sed non omnem vitæ & rerum a Wilhelmo III. gestarum seriem, complectitur. Elegans & lectu dignissima est: *The History of King William the III. London 1703. 8.* cuius auctor *Boyerus* natione Gallus, qui expositiones suas de rebus Anglicis ex Actis Parliamenti, cum prelo vulgatis, tum manuscriptis, aliisque secretioribus monimentis deduxit, & ita eo in argumento est versatus, vt Anglorum plausum meruerit. In Anglia quoque prodiit: *The glorious Life and heroik Actions of William III. London 1702. 8.* Numismatibus & aliis monimentis illustrata est *Histoire de Guillaume III. par Medailles, Amsterdam 1692. f.* cuius auctor compilatorque diligentissimus, NICOLAVS CHEVALIER,

LIER. Quo opere ſimul iuſto ordine, ſtilo ſatis libero res Wilhelmi III. terra marique geſtas annotauit, vt ſimul bellorum cum Anglis & Gallis geſtorum hiſtoria dici mereatur. His coniungendæ: *Memoires pour ſervir a l'Hiſtoire de Guillaume Henry de Naſſau, Prince d'Orange, Roy d'Angleterre, Paris 1703. 4.* Ad illuſtrandum quoque *Wilhelmi* regimen ſubſidia præbent: *Memoires concernant la Campagne de trois Rois (Louis XIV. Jaques II. & Guilaume III. faite en l'An 1692.) Cologne 1693. 8.* vt &: *Relation Veritable, ou Journal du Siege de la Ville de Londonderry en Irlande, écrit par le Sieur* WALKER, *a Amſterdam 1689. 12.* nec non: *Recueil van de Militaire Ordres van Syne Maj. Wilhelm III. Graven Hage 1690. 8.* Nec omittendæ: *Original Lettres from K. William III. then Prince of Orange to K. Charles II. Lord Arlington &c. London 1704. 8.* Laudes Regis Orationibus complexas exhibent: *Funebres Laudationes* iunctim editæ *Lipſiæ 1703. 8.* quibus *Melchior Leydekkerus; Io. Georgius Grauius; Iacobus Gronouius; Iacobus Triglandius; Auguſtus Gabillonius* Iuſta ſuprema ſolemniter fecerunt. Conſpirationis impiæ in optimum Principem & iuſtiſſimarum pœnarum executionem narrat: *Relation de la procedure criminelle contre Robert Charnok, Eduard King, & Th. Key. convaincus d'avoir conſpire contre la Vie de Guillaume III. Haye 1696. 8.* Virtutes conſortis Regni & Coniugis laudatiſſimæ *Mariæ* Reginæ ex merito laudatæ a GILBERTO BVRNET *anglice*, quæ & *gallice* editæ ſub indice: *Eſſais ſur la Vie de la feu Reine d'Angleterre, par Mylord* BVRNET, *la Haye 1695. 12.* quæ & interprete *Ioa. Georgio Pritio, germanice in 12.* editæ. Inſunt & hiſtoricæ quædam obſeruationes in libro inſcripto: *Iuſta parentalia, quæ Magnæ Britanniæ Reginæ Mariæ,*

Mariæ, *celeberrimi in Belgio Viri*, *Fridericus Spanhemius*, *Ioannes Georgius Grauius*, *Iacobus Perizonius*, *Petrus Francius*, *Orationibus solenniter recitatis persoluerunt*, *Idibus Martiis 1695.* iunctim edita *Lipsiæ 1695. 8.* *Annæ Stuartæ*, Reginæ regimen magnorum plenum fuit euentuum, quos commemoratos cum in singularibus de vita & gestis narrationibus legimus, tum in singularibus scriptis. Condidit autem A. BOYER *History of the Life and Reign of Queen Anne*, *London. 1722. f.* cum æneis figuris. Alia autem expositio edita, hac inscriptione: *The Life of Q. Anne*, *as well beforeher accession to the Throne as after*, *II. Parts London 1721.8.* Gallice prodiit: *La Vie d'Anne Reine d'Angleterre*, *Amsterdam 1716. 12.* & *germanice*: *Das Leben Annæ Kœnigin von Groß Britannien*, *Franckreich und Irrland*, *Franckfurt 1709. 8.* Ad extremam vitæ reginæ huius periodum facit libellus inscriptus: *Secret Memoirs of Barleduc*, *from the Death of Queen Anne to the present Time*, *London 1715.8.* Cumprimis ad res domi & in aliis Europæ partibus gestas Carolo II. Iacobo II. Wilhelmo III. & Maria, Anna denique regina ad clauum sedentibus adhibenda est magna libertate & insigni candore scripta: GILBERT BVRNET *History of his own Time*, cuius Vol. I. *London 1724. f.* & alterum *London 17. f.* prodiit, in gallicum inde idioma translata, hoc titulo: *Histoire des derniers Revolutions d'Angleterre*, *par feu Mr.* BVRNET *Evêque de Salisbury*, *a la Haye 1725. 4. IV. Tom.* & *ibid. 1725.* & *1735. 8. VI. Voll.* atque *germanice* interprete *Mattheson* sub titulo: *Bischof Burnets Geschichte die er selbst erlebet hat*, *Hamburg 1734. 4. 2. Voll.* Aliquot nacta hæc narratio censores, quos inter THOMAS SALMON, qui scripsit: *an impartial Examination of Bishop Burnet's History of his own* *Tim es*,

Times, London 1724. 8. 2. Voll. Res mari gestas narrat singulare scriptum: NATHANIEL TAUBMANN *Memoirs of the British Fleets in the Mediterranean Anno 1708. and 1709. London 1710. 8.* Recondita varia de magnis administris & illustribus hominibus aperiunt sequentia scripta, sed cum salis grano legenda, qualia: *Secret Memoirs and Manners of several Persons of Quality, from the New Atalantis II. Tomes, London 1709. 8. 2. Voll.* Similia aperiunt: *Memoirs of Europe written by* Eginardus *done in to English by the Translator of the New Atalantis, London 1711. 8. 2. Voll.* & in scripto quod in gallicum sermonem translatum hoc indice: *L' Atalantis de Madame* MANLEY, *ou les secrets des revolutions en Angleterre depuis 1683. jusqu' à present III. Tomes, Haye Tom. I. & II. 1713. Tom. III. 1716. 8. 2. Voll.* & germanice in *Schmaussii Bücher-und Staats-Cabinet.* De eiusmodi secretioribus etiam quædam annotauit, is qui scripsit: *Histoire Secrete de la Reine Zarah & des Zaraziens, 1708. 12. 2. Parties; & Suite de l'Histoire secrete de la Reine Zarah & de la Zaraziens, ou la Duchesse de Marlborough demasquee 1712. 12.* Idem institutum tenent: *Memoires du Sieur* JEAN MACKY *Ecuyer, contenant principalement les Characteres de la Cour d' Angleterre sous le Regne de Guillaume III. & Anne I. à la Haye 1733. 12.*

§. XX.

Regum ex Guelfica gente sapientissimorum & felicissimorum *Georgiorum I. & II.* res memoria dignas consignare in visum posteritatis iam docti quidam viri cœperunt. Sic enim in Anglia editi: *The Annals of K. George, Year the First, London 1716. 8.* Pleniorem apparatum sistunt: *Memoires du Regne de George I. Roi de Grande Bretagne, à la Haye 1729.*

1730.

1730. 1731. 12. V. Tomes, V. Voll. quarum collector D. LIMIERS. *Vitam* quoque & *res gestas Georgii I.* Regis heroico carmine descripsit ESAIAS PVFENDORFIVS *Cellis 1727. f.* singulisque paginis annotationes subiecit, quibus ad scriptores & Acta publica remittit. Coniugis, quae ipsi Principi Electorali nupserat, infelicia fata memorat *Anonymus*, in: *Histoire secrete de la Duchesse d' Hannover, Epouse de George I. Roi de la Grande Bretagne, a Londres 1732. 12.* cui narrationi tamen admixta quae fabulam sapere videntur. Singularia regiminis *Georgii I.* peti possunt ex sequentibus: Initia nimirum regni & adhibitae tum caeremoniae ex duobus libellis germanice scriptis, petendae, quorum primus est: *Relation der Reise K. Georg I. von Hannover nach Londen, und dessen Englische Kroenung, Hamburg 1714. 8.* alterum: *Nachricht von den Englischen Kroenungen, sonderlich Georgii I. 1714. Hamburg 1715. 8.* De inquisitione ex Decreto Parliamenti contra ministros Annae Reginae institutos, quaedam memorat: *Rapport du Committe secret nomme par la Cambre basse de la grande Bretagne, pour examiner la derniere Paix par* ROBERT WALPOLE, *Amsterdam 1715. 8.* ex anglico translata. Cum qua coniungendi qui partem Actorum publicorum faciunt: *Articles d' Accusation contre le Comte d' Oxford, 8.* Lectu dignae sunt, sed adhibito probe iudicio: *The Memoirs of* IOHN KEHR, *containing his secret Negotiations in Scottland, England, the Courts of Vienna, Hannover &c. with an Account of the Rise and Progres of the Ostend-Compagny, publish'd by himself, London 1716. 8.* & *gallice: Memoires de Mr.* IEAN KER *de Kersland, a Rotterdam 1726. 1727. 1728. 8. 3. Tomes*, nec non *germanice, Hamburgi 4.* Elegans & vtilis liber est: WILLIAM GIBSON *Hi-*

story

ſtory of the Affairs of Europa (eſpecialy England) from the Peace of Vtrecht to the Concluſion of the Quadruple Alliance with a Treat of the Intereſts, of Europe, London, 1725. 8. Nec plane omittendum eſt ſcriptum, ſub titulo: *Die neuentdeckte Groß-Britanniſche Haupt-Verrætherey, nebſt dem umſtændlichen Bericht der Herren Deputirten, welche das Vnter Haus zu Befragung des bekannten Chriſtopher Layer, und anderer ernennen wollen, aus dem Engliſchen Memorial verteutſcht durch* MATTHESON, *Hamburg 1723. 4.* *Georgii II.* hodie auſpicato regnantis ſplendidiſſima Inauguratio deſcripta in: *Vollſtændiger Beſchreibung der Ceremonien bey dem hœchſtbeglückten Crœnungs-Feſt Ihro Kœnigl. Kœnigl. Maieſt. Maieſt. Georgii des II. und Wilhelminæ Carolinæ von Groß-Britannien, Franckreich und Irrland &c. Hannover 1728. 4.* Incomparabilis Reginæ *Carolinæ*, Patronæ ingeniorum & literarum, magno omnium luctu rebus humanis exemtæ, virtutes prædicarunt iam multi per Europam interque Anglos D. CLARKE in: *Eſſay Towards the Caracter of her late Maieſty Caroline Queen-Conſort of Great Britain &c.* quem libellum *germanice* exhibuit, additis variis in laudem Reginæ compoſitis GEBHARD LVDWIG MEYER, im *kurzen Verſuch den Character Ihro weiland Kœnigl. Maieſtæt Carolinæ, Kœnigin von Groß-Britannien zuentwerffen, Altona 1738. 8.*

§. XXI.

Ab *Anglia* progredimur ad *Scotorum* Hiſtoriam. IOANNIS *de* FORDVN, (qui Seculo XIV. vixit) *Scoti Chronicon genuinum, vna cum eiusdem Supplemento ac continuatione*, quod integrum edidit de hiſtoria Magnæ Britanniæ meritiſſimus THOMAS HEARNE *Oxonii e Theatro Sheldoniano, Oxonii*

Oxonii 1722. 8. 5. Voll. ANDREAE MELVIN *Fragmentum de origine Gentis Scotorum Amstelodami 1602. 8.* Ad Statum Choro-& Geographicum faciunt: WILLIAM CAMDEN *Description of Scotland publish'd with Supplements of* IAMES DALRYMPLE, *Edimburg 1695. 8.* Plura *Chorographiae* capita attingit congesta multa cura ROBERTI SIBBALDI *Scotia illustrata, Edimburgi 1664. f.* quae alias res naturales huius regni curiose describit. Nec reticenda: PERRVCCIO VBALDINI *Descrittione del Regno di Scotia & delle Isole sue adiacenti, Anversa 1588. f. Respublica*, siue *Status Regni Scotiae & Hiberniae, Lugduni Batauor. 1627. 24.* ex *Buchanani, Boetbii & Camdeni* scriptis decerpta exhibet. Quae ad *Scotiam* referuntur Insulae *Orcades* descriptae in THORMODI TORFAEI *Historia Rerum Orcadensium Libris III. Hafniae 1697. f.* quibus Insularum situs, numerus; Comitum, Episcoporum & Procerum origines, familiae & gesta ad annum 1469. exponuntur. Addatur IAMES WALLACE *an Account of the Islands of Orckney, London 1700. 8.* Res gestas consignarunt: IOANNES MAIOR *Historia Maioris Britanniae, tam Angliae, quam Scotiae, Parisiis 1621. 4.* qui in commemorandis gestis Scotorum copiosior est. IOANNES IONSIDONVS *Inscriptiones* dedit *historiae Regum Scoticorum, Amstelodami 1602. 12.* DAVID CAMERARIVS *de Scotorum fortitudine, doctrina & pietate, ac de ortu & progressu haeresis in regno Scotiae & Angliae libros IV. Parisiis 1631. 4.* HECTOR BOETHIVS *Historiarum Scotiae a prima gentis origine ad an. 1460.* scripsit ex commentariis MSCtis *Wilbelmi Elphistoun* Episcopi Aberdeensis, Regni Cancellarii, magnam partem desumtos, libros XVII. quorum XV. auctoris sumptibus prodierunt *Parisiis 1526. f.* apud *Ascensium*, inde insi-

gne

gne & eleganter scriptum opus, additis reliquis duobus Boethii libris, & *Ferrerii* continuatione quæ leuis est editum *Parisiis 1574. f.* ut multi scribunt. Extat tamen & alia Editio, sequenti anno formis excusa, hac inscriptione: *Scotorum Historiæ, cum aliarum & rerum & gentium illustratione non vulgari, Libris XIX. cum continuatione Ioannis Ferrerii, Pedemontani*, ad an. 1500. perducta, quæ prodiit *Lausannæ* apud *Franciscum le Preux 1575. f.* Iis autem dispiciendum relinquo quæ has inter sit differentia, qui vtramque conferre possunt. Puto editos titulos saltim fuisse mutatos, vt sæpe faciunt bibliopolæ. IOANNES porro LESLEVS, Scotus Romæ Exul *de origine, moribus & gestis Scotorum a primordiis gentis ad an. 1562.* scripsit Libros X. quibus accessit: *noua regionum & Insularum Scotiæ, cum vera eiusdem tabula topographica, descriptio, Romæ 1578. 4. & Londini 1674. 4.* quo singularia de statu religionis memorat, idque sæpe multo candore suorum errores quoque adgnoscens. Insertæ sunt Regum icones & perducti hi commentarii ad *Mariam Reginam* vsque. [1]Optimus in Historia Scotica est GEORGIVS BVCHANANVS, qui *Rerum Scoticarum Historiam* ad IacobumVI. ad an. vsque 1571. Libris XX. scripsit, *Edinburgi 1582. f.* in qua non extat Dialogus de Iure Regni. Edita porro *Geneuæ 1583. f.* ad exemplar *Edimburgense; Bis* quoque *Francofurti 1594. & 1624. 8.* sed parum culte & curate; *Lugduni* porro *Batauorum 1643. 8. Vltraiecti 1688. 8.* reuisa cura *Roberti Sibbaldi* cum notulis quibusdam *Thom. Crawfordi & Irwini* iterum *ibid. 1697. 8. & Edimburgi 1700. 12.* atque inter *Opera* viri eruditissimi *Omnia*, quæ cura *Thomæ Ruddimanni*, prodierunt *Edimburgi 1721.* quamvis titulus *an. 1715.* præferat f. duobus Voluminibus, quæ

recusa, cum *Petri Burmanni* Præfatione, *Lugduni Batauorum 1725. 4.* Historia est gentis Scoticæ a prima origine vsque ad annum 1571. perducta eleganti grauique sermone, omni fide & iudicio exquisito perscripta, licet eundem Mariæ Scoticæ infestiorem esse velit Camdenus, sed sine caussa. Accessit in multis huius Historiæ editionibus, Liber *de iure regni, apud Scotos*, singillatim *Edinburgi 1580. 8.* editus, in quo regiam autoritatem nimis deprimit, contra quem tamen calamum strinxit *Guilielmus Barclaius.* Nec omittendi sunt: DAVID HVME *General History of Schottland, Edinburg 1617. f. & London 1657. f.* & IOHN MONNIPENNY *Abridgment of the Scotch Chronicles, London 1612. 8. & Edinburg 1633. 8.* vt & IAMES DRAKE *Historia Anglo-Scotica, or an impartial History of wat happen'd between England and Scottland, London 1703.8.* Bella cruenta inter Gentem vtramque gesta descripserunt: ED. AYSCV *History of the Wars, treaties &c. between England an Scottland, London 1607. 4.* IACOBI quoque HOELII extant *Bella Scot-Anglica, Londini 1648. 4.* & quæ notabilis est IOHN DRVMMOND *History of Scotland, or Annals of the Reign of K. Iames the I. the II. the III. the IV. and the V. London 1655. f. & ibid. 1681. 8.* successit: *A Continuation of* DRVMMOND'S *History of Scotland, London 1700. 8.* Inter singularia scripta non omittendæ: *Epistolæ Iacobi IV. Iacobi V. & Mariæ, Regum Scotorum,* Volumen Primum, *Edinburgi 1722. 8.* nec non: *Epistolæ Iacobi IV. Iacobi V. & Mariæ Regum Scotorum*, Volumen Secundum, *Edinburgi 1724. 8.* Vltimam Historiæ Scoticæ Periodum memorabilem maxime facit *Vnio* cum Anglia, arctior, ita facta vt sub *Magnæ Britanniæ* appellatione, iam vnum sit Regnum. De qua singula-

gularia narrant: *Memoirs concerning the Affairs of Scotland from Queen Annes Succession to the Throne, to the Commencement of the Vnion of the two Kingdoms of Scotland and England, London 1714. 8.* quarum auctor GEORG LOCKHART partibus Iacobiticis addictus. His oppositae: *Memoirs of Nord Britain. London 1715. 8. Histoire Ciuile & Ecclesiastique d'Ecosse par Mr.* R. KEITH, vid. Bibliotheque Britannique P. I. T. VIII. & P. II. T. IX. *Vitam S. Margarethae*, Reginae Scotiae scripsit GVILIELMVS LVDOVICVS LESLEVS, italico sermone, *Romae 1675. 12.*

§. XXII

Notissima est *Stuartorum* Familia in Scotiae Regno, de qua extant: *Memoirs of the Family of the Stuarts, Londini 1683. 8.* quam a prima origine deducit auctor, ROBERT WATSON, caussam Mariae Stuartae exponit, sed defendere conatur. Add. *The Tragical History of the Stuarts*, quae extat Tom. II. libri: *Secret History of Whitehall* Plures in Mariae Reginae historia fuerunt occupati. De *vita & rebus gestis Mariae Scotorum Reginae Scriptores XVI.* iunctim edidit latino & gallico sermone exaratos editosque SAMVEL IEBB, *Londini 1725. f. 2. Tomis.* Cuius Collectionis *Tomo Primo* continentur: 1) D. CHAMBRE *de la Succession des Femmes au Gouvernement;* 2) IOANNIS LESLAEI *de titulo & Iure Mariae Scotiae Reg. in Successionem Angliae, (Rhemis* alias *1580. 4.* singillatim editus, libellus) 3) EIVSD. *de rebus gestis Scotorum sub Maria;* 4) GEORGII BVCHANANI *detectio Mariae Reginae Scotiae;* edita quoque Tomo I. Operum Buchanani & 1582. 8. singillatim; 5) ANONYMI *Histoire tragique de Marie &c. touchant la Conjuration faite contre le Roi son Mary;* 6) OBERTI BARNESTAPOLII *siue* ROBERTI

TVRNERI *Maria innocens a cæde Darleiana*; (excusum antea opusculum *Ingolstadii 1588. 8.*) 7) ANONYMI siue FRANCISCI de BELLEFOREST *l'Innocence de la Marie d'Ecosse*, edita alias *Lyon 1592. Tomo* autem *Secundo* comparent: GEORGII CONAEI *Vita Mariæ*; alias edita *Romæ 1624. 12. Wirceburgi 1624. 8.* 2) NICOLAI CAUSIN. *Histoire de la Reine Marie*; 3) FAMIANI STRADAE *narratio de vita & morte Mariæ*; 4) ROMOALDI Scoti, *Summarium rationum, quibus persuasa Elisabetha Mariam occidendam curauit*; 5) AD. BLACKWOOD *Martyre de la Reine d' Ecosse*; 6) ANTONII *de* HERRERA *Historia de lo succedido en Escotia*; 7) *Extrait de Memoires de* MICHAEL *de* CASTELNAU *& des Additions de Mr. le Laboureur*; 8) AN. *la Mort de la Reine d'Ecosse*; 9) de BOUAGES *Oraison funebre de la Reine d'Ecosse*. His coniungenda WILHELMI VDALL scripta anglice *Historia Vitæ & Mortis Mariæ Stuartæ Scotorum Reginæ ab an. 1559. ad an. 1585. Londini 1624. f. & Londini 1636. 8.* priori editioni præfixum erat nomen W. STRANGVAGE. itidem anglice edita: *Historia Mariæ Reginæ Scotiæ & Regis Henrici VI.* auctore WILHELMO SANDERSON, *London 1656. 8.* & alia *Vitæ* infelicis huius Principis descriptio *anglice* facta, quæ germanice edita interprete *Matthefon* sub titulo: *die Geschichte von dem Leben und von der Regierung Mariæ Kœnigin der Schotten, Hamburg 1726. 8.* ex optimis monimentis conducta. *Histoire de la mort de Marie Stuart, avec plusieurs Lettres de cette & de Michel de* CASTELNAU. impressa est Tomo I. L III. c. I. ipsius, *Memoires*, quæ editæ *Paris 1659. f. Mariæ Stuartæ supplicium & mors pro fide Catholica constantissima*, scripto exhibita *Coloniæ 1587. 8.* Exoticis quoque linguis scriptæ Narrationes singillatim extant, vtpote: *Della Morte della*

della Regina di Scotia moglie di Francesco II. Re di Francia, in Vicenza 1587. 8. & alia: *La mort de la Reine d'Ecosse, Doüairiere de la France, où l'on voit la Procedure de son Execution, ses Funerailles &c. 1588. 8.* Pro innocentia Reginæ scripta: *Summaria rationum, quibus Cancellarius Angliæ, & Prolocutor Pukeringius, Elisabethæ Reginæ Angliæ persuaserunt, occidendam esse Reginam Scotiæ Mariam Stuartam, cum eorundem Confutatione,* auctore ROMVALDO SCOTO, *Ingolstadii 1588. 8. Coloniæ 1627. 8.* eiusmodi Scriptis opposita: *Apologie, ou Defense de l'honorable Sentence & très-juste Execution de Marie Stuart, Reine d'Ecosse, avec les Actes, qui servent à justifier la trahison de la dite Reine contre la Reine Elizabeth traduite de l'Anglois 1588. 8.* Nec omittenda heic: *Relatio Mortis Dauidis Rizzi,* Aulici Mariæ Reginæ Scotorum in dictæ Principissæ cubiculo trucidati an. 1565. a D. RVTHEN. *teste oculato conscripta, Londini 1699. 8. anglice.* Hosce de infelicissima Regina scriptores historicos insigniter illustrant IACOBI ANDERSON *Collections Relating tho the History of Mary Qveen of Scotland, Londini 1729. 4. IV. Voll.* qua Acta & documenta ex publicis tabulis protracta libellique rarissime obuii, omnia, si vnicum latinum excipias Anglica vel Scotica dialecto, exarata exhibentur, qualis est *Defensio honoris Mariæ Scoticæ* ex editione *Leodiensi 1571.* quæ nomen præfert *Morgani Philippi,* ab aliis vero *Ioanni Leslæo* adscribunt, cuius alia huic Collectioni præstantissimæ insunt. Quæ anno 1644. & duobus sequentibus gesta fuerunt apud Scotos, exponuntur in libro, cui titulus: *de rebus a Iacobo, Marchione Montisrosarum in Scotia gestis Londini 1662. 12.*

§. XXIII.

Bibliothecam Hiſtoricam Hiberniæ, anglico ſermone: *The Iriſh hiſtorical library, Dublini 1724. 8.* ſummo ſtudio condidit WILHELMVS NICOLSON Epiſcopus Derryenſis eademque ex Bibliotheca Collegii Trinitatis prope Dublinium & Ducis Chandoſii, ſcriptores ac monimenta edita & inedita, quæ vſui eſſe poſſunt Hiſtoriam Hiberniæ ſcripturo, diligentiſſime commemorauit. Ad *hiſtoriam Hiberniæ* facit qui & *Libros II.* de *Scriptoribus Hiberniæ* dedit elegantiſſimus liber IACOBI WARAEI *de Hibernia & antiquitatibus eius, Dublini 1639. 4. & ex ſecunda Editione Londini 1658. 8.* quo notitiam ſtatus antiqui Hibernici optime expoſuit, proſtat *anglice* inter Opera reliqua egregii huius Rerum Hibernicarum promi condi, *Londini & Dublini 1705. f.* Ad illuſtrandas antiquitates & res medii æui Hiberniæ maxime eccleſiaſticas facit *Veterum Epiſtolarum Hibernicarum Sylloge*, quam collegit & recenſuit IACOBVS VSSERIVS, poſt editiones *Dublinienſem & Pariſinam* recuſæ *Herbornæ 1696. 4.* GODOFREDI KEATING *Hiſtoriam generalem Hiberniæ*, ex probatiſſimis documentis compoſitam, ex hibernico idiomate in anglicam translatam, emendatamque produxit DERMITIVS CONNOR, ſub titulo: *The general Hiſtory of Ireland, Londini 1723. f.* in præfatione auctor veterum Hibernorum chronica, quæ ipſius tempore adhuc extabant, curioſe recenſet. Ex eo plurima deſumſit epitomator Hiſtoriæ Hibernicæ H. MAC CVRTIN, cuius liber *Brief Diſcourſe in vindication of the Antiquity of Ireland, Dublini 1717. 4.* prodiit. IACOBI WARAEI *Rerum Hibernicarum Annales ab anno 1485.* vsque ad annum 1558. prodierunt *Dublini 1664. f. & Londini*

dini 1658. 8. qui & *anglice* editi ſub titulo: IAMES WARE *the Antiquities and Hiſtory of Ireland, London 1705. f.* qua editione vitæ quorundam Scriptor. Hyberniæ additæ. THOMAS CARVE exhibuit *Lyram* ſiue *Anacephalæoſin Hibernicam, Sultzbaci 1666. 4.* in qua de origine, nomine, moribus & ritibus gentis Hibernicæ agit, atque annales Hibernicos excerpſit, ſed confuſus eſt ſcriptor, qui multa de iuribus pontificum, reliquiis Sanctorum & ſimilia interſpergit. *Reſpublica Hiberniæ*, inter *Elzevirianas* cum *Scotiæ* eſt edita *Lugduni B. 1627. 24.* & varia Excerpta ex *Camdeno*, *Speedo*, & aliis ſcriptoribus continet. MEREDITH HANMER *Chronicon Hiberniæ, Dublini 1633.* indicio doctorum virorum editum, eorum fide adiungo. EDMVND CAMPIAN *Hiſtory of Ireland, by* IAMES WARE, edita *Dublin 1633. 8.* PETRI LOMBARDI Theologi Louanienſis & Archiepiſcopi Armachani titularis habemus præterea *Commentarium de Regno Hiberniæ, Louanii 1632. 4.* quo geographice potiſſimum de Hibernia agit, & de ſtatu miſero Catholicorum querelas facit & remedia commendat. PHILIPPI OSVLLEVANI *Compendium Hiſtoriæ Hibernicæ, Olyſſiponæ 1621. 4.* RICHARDI STANIHVRSTII *de rebus in Hibernia geſtis Libri IV.* acceſſere annotationes ad *Sylveſtrem Gyraldum*, de *rebus Hiberniæ, Antwerpiæ 1584. 4.* ANTONII PRODINI extat *Deſcriptio Regni Hiberniæ, & de prima origine motuum regnante Carolo I. Romæ 1721. 4.* RODERICI OFLAHERTY *Ogygia, ſeu rerum Hibernicarum chronologia, Londini 1685. 4.* Ex vetuſtis Hiberniæ monumentis, ſed quæ dubiæ fidei pleraque ſunt, primos incolas indicare voluit, coloniasque varias in hanc Inſulam deductas, Reges inde Hiberniæ recenſet, hosque inter Regum Chriſtianorum quadra-

ginta octo catalogum dedit. Plenior adhuc eſt RICHARD COX *Hibernia Anglicana, or the Hiſtory of Ireland from the Conqueſt therof by the English to his preſent time*, *London 1689. f.* qua omnem Hiberniæ hiſtoriam a prima eius per Anglos ſubactione, in hunc vsque diem recenſet. Recentiora potiſſimum tempora illuſtrant, & cauſſas circumſtantiasque motuum & bellorum in hac Inſula geſtorum indicant, ſequentes narrationes: *A Proſpect of the State of Ireland from the Year of the World 1756. to the Year of Chriſt 1652. by* P. W. *i. e.* PETER WALSH, *London 1682. 8. & The Memoirs of* IAMES Lord ANDLEY *Carl of* CASTLEHAVEN, *concerning his Carriage of the Wars of Ireland, from 1642. to 1651. written by himſelf, London 1680. 8.* nec non: *Memoirs of the* Marquis CLANRICARDE *relating to the Treaty between de Duke of Lorrain and the Irish Commiſſioners from 1650. to 1653. with Obſervations concerning the Antiquities of Ireland, London 1722. 8.* add. EDWARD *Earl of* CLARENDON *Hiſtory of the Rebellion and civil Wars in Ireland, London 1720. 8.* atque *The Memoirs of Ireland, London 1717. 8.*

§. XXIV.

Notitiam *Magnæ Britanniæ* dant ſequentes Scriptores: THOMAS SMITH, vir politice doctús, cuius *de Republica & adminiſtratione Anglorum* libri III. extant in latinum conuerſi a *Ioanne Buddeno, Lugduni Batauorum 1630. 1641. 24.* apud Elzeuirios & *Argentorati 1625. 8.* loco non indicato, qui licet breuis ſit, accurata tamen eſt de republica & adminiſtratione Angliæ, qualis ſub Eliſabetha fuit, deſcriptio. IOACHIMI HAGEMEIERI *Epiſtolas duas de ſtatu M. Britanniæ Francofurti 1678. 4.* habemus. Gallico ſermone prodiit

diit: *Etat present d'Angleterre, à Amsterdam 1672. 12.* CAMDENVS quoque in *Britannia* sua statum politicum describit. Breuiter eundem statum exponit MARCVS ANTONIVS CORRIER, *in Relation d'Angleterre, a Montbeliard 1667. 12.* in qua occasione legationis suæ, quam Reipublicæ Venetæ nomine suscepit, multa ipsi inuestigare datum est. Sic etiam prodierunt *Comitissæ d'* AUNOY *Memoires de la Cour d'Angleterre, à la Haye 1695. 12.* quæ tamen non in omnibus fidem merentur. Optimum est Scriptum EDVARDI CHAMBERLAYNE Iurisconsulti Angli *Magnæ Britanniæ Notitia, or the present State of Great-Britain* primum edi cœpta *a. 1668.* a filio vero *Ioanne* continuata, qui *London* anno *1708. 8.* curauerat Editionem *vigesimam secundam*, quæ prioribus longe instructior, quum post *Vnionem*, Notitia *Scotiæ*, accessisset, iam *editionibus*, additis *versionibus Gallicis ad sextum & vigesimam auctis.* Idem argumentum curate tractauit GVY MIEGE Helvetus, sed per triginta annos in Anglia versatus, cuius commentarii anglice prodiere, hoc titulo: *The new State of England under K. William and Q. Mary by G. M. London 1691. 8.* germanice edidit additis multis IOANNES BERNHARD HEINZELMANN sub titulo: *Des Herrn Guy Miege Geist-und Weltlicher Staat von Groß-Britannien und Irrland nach der gegenwartigen Zeit, Leipzig 1718. 4.* Recentior Gallica Editio prodiit sub titulo: *Etat present de la Grande Bretagne sous George II. à la Haye 1729. 8. 3. Voll.* De fortunato *Britanniæ* Statu Rege *Georgio I.* singulariter exponit libellus inscriptus: *The State Anatomy of Great Britain, London 1717. 8.* cui cum opposuisset *Anonymus: Remarcks on the State Anatomy of Great Britain, London 1717. 8.* ille reposuit: *The second part*

 of the

of the State Anatomy of Great Britain, London 1717. 8. Breuior THOMAE WOOD *Notitia Angliæ, siue de præsente Angliæ statu, Oxonii 1686. 12.* Germanico idiomate edita das *Neugebarnischte Gros-Britannien, Nürnberg 1691. 4.* & FVNCKENS *Groß-Britannischer Thron und Kron, Nürnberg 1680. 12.* sed leuioris sunt momenti. Olim vsui erat: *der Engelländische und Holländische Staat unserer Zeit, worinnen dieser beyden Nationen gegenwærtige Beschaffenheit, Reichthum und Macht, ingleichen deroselben vor die allgemeine Freyheit Europæ abgefaßte Consilia, Allianzen, Kriegs-Rüstungen beschrieben werden, Cölln 1702. 4.* Ad Statum Politicum, qui sub *Cromwellio* fuit, facit: *Ratio constituta nuper Reipublicæ Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ, vna cum Insulis aliisque locis eius ditioni subiectis penes Protectorem & Parlamentum,* ex Anglico in latinum versa, *Hagæ Comitum 1654. 12.* In hac auctor demonstrare voluit, constitutionem hanc non modo priorum mutationum rationibus conuenire, & ex illis necessario sequi; sed iis etiam, quæ a parlamento & exercitu declarata palam atque acta sunt, prorsus esse consentaneum. *Breuiarium Historiæ Parlamenti* prodiit *Lugduni Batauorum 1651. 12. Dialogus de fundamentis Legum Angliæ & de conscientia, Londini 1528. 8.* Nobilissima quoque Notitiæ Magnæ Britanniæ capita, singularibus & sæpe contrariis scriptis fuere excusa, quorum insignis copia prodiit, ex qua longa serie aliquot annotabimus. Sic supremum & independens Ius Regis Angliæ vindicauit ADAM REVTER in *Defensione Libertatis Anglicanæ, seu Demonstratione Regnum Angliæ non esse Feudum Pontificis, contra Martinum Becanum, Londini 1613. 4.* De *Proedria Regum Angliæ* extat *Disceptatio super dignitate & magnitudine Regno-*

rum Britanniæ & Gallici habita in Concilio Constantiensi Londini 1690. 8. eadem tractat: IACOB HOWEL *Dissertatio de præcedentia Regum, in qua præcipue Regis Magnæ Britanniæ Iura, Prærogatiuæ & Præeminentia vindicantur, ex Anglico latine versa per B.* Harrisium, *Londini 1664. 8.* Prærogatiuis Angli quoque adscribunt *Donum curandi Strumas*, de quo extat: GVILIELMI TOOCKERI *Charisma, siue Donum Sanationis, vbi præcipue agitur de solenni & sacra strumæ sanatione Regibus Angliæ diuinitus concessa, Londini 1597. 4.* WILLIAM STAVNFORD commentationem composuit *of the Kings Prerogative, London 1567. 4.* idem argumentum tractauit, Iura *Parliamenti* cumprimis extollens WILLIAM PRYNNE, libro inscripto: *the Souveraings Power of Parliaments and Kingdoms, London 1643. 4.* THOMAE SMITHO Iurisconsulto Angliæ clarissimo adscribitur liber a quibusdam, cuius titulus: *The Authority, form and manner of holding Parliaments, London 1685.* Pro *Domus* vt vocant *Communium* Iuribus editum WILLIAM PETYT *Ius antiquum Communium Angliæ assertum, vbi dilucide probatur, eos constituere Parlamenti partem essentialem, Londini 1680. 8.* Notabilis non minus: *The Prerogative of Parliaments in England by* WALTER RALEIGH, *London 1657. 12. & A Manuell of some particular Rights and Priviledges belonging to the High Court of Parliament by* ROBERT DERHAM, *London 1647. 12.* Multa ad *Parliamentorum* Historiam facientia & ad exactiorem cognitionem illustrium *Angliæ* Familiarum, Personarum ad maiora Populi Concilia admissarum conduxit WILHELMVS DVGDALE Eques auratus principalisque Armorum Rex, in vtili collectione, quæ inscribitur: *A Copy of all Summons of the Nobility to the Parliaments, London 1685. f.* Partium illarum

illarum magnarum in quæ Anglica gens eſt diviſa harumque circa ſacrum & ciuile regimen principia libere deſcripſerunt duumuiri exteri THOYRAS RAPIN in *Diſſertation ſur les Wighs & les Torys*, *Haye 1717. 12.* & de CIZE *Hiſtoire du Whigisme & du Torisme*, *Leipſic 1717. 12.* quæ & germanice ibid. verſa prodiit. Vtriusque partis errores indicare voluit *Anonymus* edito libello: *Faults of both Sides*, *or an Eſſay of the Original Progreſs and miſchievous Conſequences of the Factions in this Nation*, *London 1710. 8.* germanice *Lipſiæ 8.* editus. Recentiori æuo prodiit: *La Defenſe des Droits des Communes d'Angleterre, traduite de l'original Anglois, Rotterdam 1702. 12.* Cæremonias in Aula Regis adhibitas & adhibendas curioſa conſignatione illuſtrauit libellus inſcriptus: *Finetti Philoxenis: Some choice obſervations of* IOHN FINETT, *Maſter of Ceremonies*, *touching the Reception*, *Precedence and treatment of forreign Ambaſſadors in England*, *London 1656. 8.* & *germanice*, cum doctiſſima Præfatione *G. S. Treueri 8.* De publicis reditibus in Britannia Romanorum & Anglorum, & in primis, de modo adhibendi bona confiſcata ad debita publica delenda, exponit liber, cui index: *A Diſcourſe upon Grands and Reſumtions*, *London 1700. 8.* Aerarii publici & Theſauri Regii hiſtoriam tradit Auctor *Anonymus* in: *The Royal Treaſury of England*, *or an Hiſtorical Account of all Taxes from the Conqueſt to this preſent Year*, *London 1725. 8.* Monetariæ rei hodie egregiæ mutationes legas in: *Nummi Britannici Hiſtoria*, *or an Hiſtorical Account of English Money from the Conqueſt*, *to K. Iames I. London 1726. 8.* *Cancellariæ Regiæ* ordo deſcriptus in: *A Collection of the Ordres of Chauncery*, *London 1652. 12.* cum fig. De vnione Scotiæ atque Hiberniæ habemus

FRAN-

FRANCISCI BACONIS VERVLAMII *felicem Scotiæ cum Anglia vnionem*, item considerationes vnionem Regni Angliæ & Scotiæ concernentes, quæ inter eius *Opera* continentur. ALBERICI GENTILIS discursum *de vnione Angliæ & Scotiæ, Londini 1603. 8.* qui postea inter eiusdem discursus regales recusus est *Helmstadii 1669. 4.* Facta demum hæc *Vnio*, regnante *Anna*, *a. 1707.* de qua extat elegans Oratio IOA. BVRCHARDI MENCKENII *de Vnione Angliæ & Scotiæ, sub auspiciis Annæ Reginæ Angliæ, ipso die Annæ* dicta, præsentibus Regum Principumque Legatis in primis *Robinsonio*, Britannico Legato, Lipsiæ tum congregatis, *Lipsiæ 1707. f. Magnæ Britanniæ Speculum* anglico sermone scriptum prodiit *Londini 1683. 12.* quo auctor & naturalem & politicum statum exponit, iuri successionis tamen & caussæ pontificiorum potissimum fauet. *Aulam Regis Iacobi* descripsit *anglice* A. D. B. *Londini 1619. 4.* AVGVSTINVS HOLTERSEN edidit *Engellands Appellation und Beruffung von der geheimen Raths-Versammlung zu Witthal an und für den grossen Rath dieser Nation oder die im Parlament versammlete Edelen und Gemeine, 1673. 12.* qua artes coronæ Gallicæ explicat, quibus vsa fuerit, Anglos in bellum Belgicum implicandi. IO. SKENAENI Regiæ Mai. a Consiliis & Archiuis publicis habemus *Regiam Maiestatem Scotiæ* siue *Scotiæ Veteres Leges & Constitutiones, Edinburgi 1609. f.* DAVIDIS CHAMBRE *la Recherche des Singularites plus remarquables concernant l'Etat d'Ecosse, a Paris 1580. 8.* Vetustatem Regni Scotici omnibus modis asserere annisus GEORGIVS MACKENZIVS Eques auratus & Aduocatus regius in Scotia, in libro: *A Defence of the Antiquity of the Royal line of Scotland, London 1685. 8.* idem liber latine prodiit

hoc

hoc titulo: *Defensio Antiquitatis regalis Scotorum Prosapiæ Libris Episcopi Assaphensis & doctissimi Stillingfleti opposita* auctore GEORGIO MACKENZIO, *versa a* P. S. *Traiecti ad Rhenum 1689. 8.* Idem MACKENZIVS, aduersus *Buchanani* Dialogum de *Iure Regni apud Scotos*, edidit: *Ius Regium, or the just and solid foundations of Monarchy, London 1684. 8.* cui commentario varia ad notitiam Scotiæ inserta. Sic etiam prodiit *Respublica, s. status regni Hiberniæ & Scotiæ diuersorum Auctorum, Lugduni Batauorum 1628. 12.* Legum Angliæ veterum optima Collectio ea, quæ inscripta: *Leges Anglo-Saxonicæ Ecclesiasticæ & Ciuiles; accedunt Leges* Eduardi *latinæ* & Guil. Conquestoris *Gallo Normannicæ*, & Henrici I. *latinæ*, cum Henrici Spelmanni *Codice veterum Statutorum Angliæ*, & GVIL. NICOLSONI *Dissertatione, de Iure feudali veterum Saxonum*, cum Notis, Versione & Glossario DAVIDIS WILKINS, *Londini 1721. f.* Coniungendæ hoc in argumento: *Reliquiæ Spelmannianæ, or the posthumous Works of* HENRY SPELMANN *of the Laws and Antiquitaties of England, Oxford 1698. f.* Continetur in hac collectione primum Dissertatio *de origine, incrementis, propagatione & conditione feudorum militarium in Anglia*, Dissertatio *de antiqua regiminis Anglicani forma, de Parlamentis, de diebus iuridicis*, & quæ sunt similia.

§. XXV.

Ecclesiasticæ gentis Anglorum Historiæ Fontes recludunt *Concilia Nationalia*, quorum insignem vtilissimamque Collectionem erudito conduxit labore HENRICVS SPELMANNVS, cuius *Concilia, Decreta, Leges, Constitutiones de re Ecclesia Britanniæ*, edita primum *Tom. I. Londini 1639. f.*

& *Tom.*

& *Tom. II. 1664. 2. Voll.* recusa sub titulo: *Conciliorum magnæ Britanniæ & Hyberniæ, a Synodo Verolamensi A. D. 446. ad Londinensem A. D. 1717. Londini 1737. f. IV. Voll.* quam curauit DAVID WILKINS ArchiDiaconus Suffolciensis & Canonicus Cantuariensis, qui addidit varia quæ in huiusmodi Collectione vix quisquam quæreret. Cum his omnino coniungendum: WILHELMI LINDWOOD *Prouinciale, Parisiis 1506. f. & Oxonii 1679. f.* quo varii Canones & Constitutiones Ecclesiasticæ sunt collectæ, quæ Ecclesias Britannicas tangunt. In ipsa Historia præcipuus est testis *Venerabilis* BEDA *Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Anglorum Libris Quinque,* qui sæpius editi, ex quibus Editionibus notamus sequentes: nimirum *Antwerpiæ 1550. f.* & in Collectione Scriptorum Rer. Brit. *Heidelbergensi 1585. f.* cum Paraphrasi *Anglo-Saxonica*, Regis *Aelfredi*, *Cantabrigiæ 1644. f.* atque sub titulo: BEDAE Presbyteri, & FREDEGARII *Scholastici Concordia editæ a* PETRO FRANCISCO CHIFLETIO *Parisiis 1681. 4.* nec non cum reliquis *Bedæ Operibus*, ex eleganti Editione, quæ curis *Ioannis Smith* fuit edita *Cantabrigiæ 1722. f.* cum fig. Facit huc quoque ex parte ODERICI VITALIS *Historia Ecclesiastica*, in rarissima *Scriptorum Rerum Normannicarum* Collectione *DuChesniana.* Plenæ curiosarum obseruationum & eruditionis EDVARDI STILLINGFLEET *Origines Britannicæ, or the Antiquities of British Churches, London 1685. f.* Continuationem fecit IOANNES INETT Regiæ Mai. Sacellanus Ordinarius, Libro inscripto: *Origines Anglicanæ, or a History of the English Church, London 1704. f.* qua incipit, vbi Episcopus *Stillingfleet* finiuerat, relationemque negotiorum Ecclesiæ Anglicanæ a prima inter Anglo-Saxones Ecclesiæ Christianæ plantatione,

ad

ad Normannorum vsque tempora, geſtorum, exhibet. Eruditiſſimus quoque Hiberniæ Primas IACOBVS VSSERIVS *de Primordiis Eccleſiarum Britannicarum*, *Dublini* 1639. 4. pereruditas inſtituit inueſtigationes, quæ emendatæ & non poenitendis acceſſionibus locupletatæ iterum excuſæ, ſub titulo *Britannicarum Eccleſiarum Antiquitates*, *Londini* 1687. *f.* De *Antiquitate Britannicæ Eccleſiæ & Priuilegiis Eccleſiæ Cantuarienſis* Commentarii editi *Hauouiæ* 1605. *f.* quorum auctor MATTHAEVS PARKER ArchiEpiſcopus Catuarienſis. Partium ſtudio plerumque dediti ſunt & addicti Sacris Romanis & multi quoque Proteſtantium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Britannicæ Scriptores recentiores. RICHARDVS enim SMITHEVS *Florum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Gentis Anglorum Libros Septem* conduxit *Pariſiis* 1654. *f.* editos, quibus demonſtrare volunt, ab omni tempore vsque ad Henrici VIII. ætatem, Anglos catholicæ religioni fuiſſe deditos, ideoque de ſanctis illorum epiſcopis, aliisque viris religioſis agit, Anglosque vt in eccleſiam reuertantur, exhortatur. RICHARDVS BROVGTON ſcripſit *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Magnæ Britanniæ*, anglice, *Londini* 1651. *f.* Idem quoque ſcripſit *Monaſticum Britannicum*, concernens fundationem Monaſteriorum &c. magnæ Britanniæ, *Londini* 1655. 8. Extat porro *Church Hiſtory from the time of Chriſt tul the Year* 1648. *by* THOMAS FVLLER, *London* 1655. *f.* Similem hiſtoriam debemus HIERONYMO HARPSFIELD ſub titulo: *Eccleſiaſtical Hiſtory of the British Church*, *Duaci* 1622. *f.* verum auctor in Proteſtantes eſt iniquior. Multum laboris conſumſit MICHAEL ALFORDVS alias *Griffith*, qui compilauit: *Annales Eccleſiaſticos & ciuiles Britannorum, Saxonum, Anglorum*, *Leodii* 1663. *f. IV. Voll.* IEREMIAE COLLIER extat *Eccleſiaſtical Hiſtory of Great Britain II. Tomes*,

Tomes, London Tom. I. 1708. Tom. II. 1714. f. 2. Voll. ArchiEpiscoporum & Episcoporum vitas & gesta, ex Protestantibus summo studio conquisiuit & simul varia capita Historiæ Ecclesiasticæ Britanniæ illustrauit HENRICVS WHARTON in *Anglia Sacra, siue, Collectione Historiarum, partim antiquitus, partim recenter scriptarum de ArchiEpiscopis & Episcopis Angliæ, a prima fidei Christianæ susceptione ad An. 1540. nunc primum in lucem editarum*, Tomus *Primus, Londini 1691. f.* quo de ArchiEpiscopis & Episcopis Ecclesiarum Cathedralium, quas Monachi possederunt, fit narratio; Tomus vero *Secundus Londini, 1691. f.* varia monumenta antiqua ad Historiam Ecclesiæ Anglicanæ spectantia, & inprimis de vitis & rebus gestis sistit. FRANCISCVS GODWINVS anglice primum *Catalogum* exhibuit *Episcoporum Angliæ, Londini 1615. 4.* post latine factum, *Londini 1616.* & auctiorem *1621. 4.* IOANNIS *le* NEVE *Vitæ & Characteres &c. omnium Protestantium Episcoporum Ecclesiæ Anglicanæ editæ Londini 1720. 8.* IDEM composuit: *Fastos Ecclesiæ Anglicanæ, or an Essay towards deducing a regular Succession of all the principal Dignitarces in each Church of England and Wales, London 1716. f.* Iungenda his HENRICI WHARTON *Historia de Episcopis & Decanis Londinensibus & Assauiensibus, Londini 1695. 8.* In singulari libro, qui inscriptus: *Textus Roffensis* accesserunt: *Professionum Angliæ Episcoporum formulæ*, quæ editæ cura THOMA HEARNE *Oxonii 1720. 8.* *Monasteriorum* præcipue *S. Benedicto* sacratorum origines & fata insigni opere eodemque rarissimo exposuerunt ROGERIVS DODSWORTH & GVILIELMVS DVGDALE *Monastico Anglicano, Londini 1655. f.* Tom. I. *2. Voll.* it. *1658.* it. *1682.* Tom. II. *Londini 1661.* it. *1673. 2. Voll.*

Tom. III. *Londini 1673. 1. Vol.* iteratæ priorum Tomorum editiones forte in mutatione tituli, vti fieri solet, consistunt. Huius *Monastici* Supplementa consarcinauit, inque his origines omnium Ordinum religiosorum, qui vnquam in Magna Britannia extiterunt, quorumque nulla plane mentio in *Monastico* facta, aperuit, Diplomatibus copiose firmauit, inscriptionem operi hanc fecit IOANNES STEVENS: *The History of the antient Abbeys, Monasteries, Hospitals, Cathedral and Collegiate Churches; being two additional Volumes tho Sir* WILL. DVGDALE's *Monasticum Anglicanum,* by IOHN STEVENS, *Londini 1722. f. Vol. I. & Londini 1723. f. Vol. II.* Idem quem excitauimus WILLIAM DVGDALE composuit *History of S. Paul's Cathedral in London from its fundation to the Year 1685. with an Account of the Cathedrals of the Province of Yorck; publish'd by* EDWARD MAYNARD, *London 1716. f.* cum figuris æneis pluribus. Alterius celeberrimæ Abbatiæ fata commemorauit IOHN DART in libro, cui index: *Westmonasterium, or the History and Antiquities of the Abbey-Church of Peter's Westmünster, II. Tomes, London 1725. f. 2. Voll.* cum figuris æneis elegantissimis. Extant porro plures singularium Ecclesiarum, Abbatiarum &c. descriptiones, quæ omnem Historiam Ecclesiasticam Anglicam mirifice illustrant, nimirum: SIMON GVNTON conquisiuit *The History of the Church of Peterburgh, London 1686. f.* Multum quoque laboris adhibuit IOHSTE KENNET, qui inuestigauit *Antiquitates Parochiales,* quas in Historia Ambrosduni, Birini Castri aliorumque adiacentium locorum in Comitatu *Oxoniensi & Buckinghamensi* eruit *Oxonii 1695. 4.* HEMINGI *Chartularium Ecclesiæ Wigorniensis* lucem vidit editore diligentissimo *Thoma Hearne, Oxonii 1723. 8. 2. Voll.* accessere *Pars* Libri *the Domesday,* quæ ad Eccle-

Ecclesiam *Wigorniensem* spectat, & PATRICII IVNII *Epitome Chartularii Wigorniensis* autore GVLIEL. THOMA, *Londini 1725. 8.* cum figuris. RALPH THORESBY descripsit *Vicariam Leodiensem, or the History of the Church of Leedes in Yorkshire, London 1724. 8.* cum figuris. *Antiquitates Prioratus maioris Maluerne in Agro Wicciensi* ex registris Sedis Wigorniensis editæ auctore GVLIELMO THOMA, *Londini 1725. 4.* cum æneis figuris. *Monasticon Feversbamense, or a Surveigh of the Monastry of Feversham in Kent by* THOMAS SOVTHOVSE *London 1671. 8.* prodiit. Extant porro: *Antiquities of the Cathedral Church of Winchester* editæ *London 1714. 8. & The History & Antiquities of the Cathedral Church of the Holy Trinity in Winton, by* SAMVEL GALE, *London 1715. 8.* cum æri incisis figuris; nec non: *A Summary of all the Religious Houses in England and Wales, with an Appendix of religious Ordres that prevail'd in this Kingdom, London 1717. 8.* Memorabilis maxime Periodus Historiæ Ecclesiasticæ Anglicanæ, quæ res sub *Henrico VIII. Eduardo VI. Maria & Elisabetha Reginis* exponit, quibus & Reformatio cœpit & mire turbata fuit, piique homines grauissimis persecutionibus pressi. *Martyrum* memoriam multo studio conduxit seruauitque IOHN FOXE, commentariis satis amplis, quæ primum anglice editi inscriptique fuerunt: *Acts and Monuments, London 1583. f. 2. Voll. 1584. f. 3. Voll.* & sub titulo: *Ecclesiastical History, or the Book of Martyrs, London 1641. f. 3. Voll.* cum figuris, qua Editione Martyres Angli & Scoti additi. In latinam linguam translati: IOANNIS FOXI *rerum in Ecclesia gestarum commentarii, seu Historia Martyrum Angliæ & Scotiæ, ab* HENRICO PANTALEONE *continuatæ, Basileæ 1559. f. 2. Voll.* Ex doctoribus pontificiis de

de hoc argumento, iisque viris qui ex RCatholicorum cœtu, suppliciis adfecti quædam annotauit NICOLAVS SANDERVS *de Martyrio quorundam tempore Henrici VIII. & Elisabethæ, Coloniæ 1610. 4.* Eiusdem viri docti, scripta insigni libertate, sed dubito an pari fide heic repetenda est: *Historia de origine & progressu Schismatis Anglicani, Coloniæ 1585. 8. Romæ 1586. 8. Ingolstadii 1588. 8.* & cum additionibus ED. RISHTON *Coloniæ 1610. 8.* & quibusdam *Petri* RIBADENEIRA S. I. *Coloniæ 1628. 8.* Hanc historiam *italice* versam, præfixo impudenter suo nomine edidit GIROLAMO PELLINI *in Historia Ecclesiastica della Rivoluzion d'Inghilterra, Roma 1594. 4. Sanderi* vestigia sequitur eundemque defendit IOACHIM *le* GRAND, qui scripsit: *Histoire du Divorce de Henry VIII. & de Catharine d'Arragon, avec la Defense de Sanderus, Paris 1688. 12. 3. Voll. Sandero* adseclisque oppositæ sunt: ROGER TWISDEN *Historical Vindication of the Church of England, in point of Shism, London 1675. 4.* Idem ex parte institutum tenent & maiore apparatu omne reformationis negotium insertis multis aliis connexis memorant: PETER HEYLYN *Ecclesia restaurata, or a History of the Reformation of the Church of England, London 1661. f.* in cuius expositione multa notanda esse putarunt ipsi Angli Protestantium sacris addicti. Elegantissima & ex optimis monimentis deducta insignique candore ac libertate scripta est GILBERT BVRNET Episcopi Salisburiensis *History of the Reformation of the Church of England, London* Tom. I. *1679. & 1681.* Tom. II. *1683. &* Tom. III. *1715. f. 3. Voll.* Bini priores *Tomi* versi *latine* editique *Genevæ 1686. & 1689. f. gallice* per quendam *Rosemond London 1683.* ac *1685. 4. 2. Voll. Amsterdam 1689. 12. 4. Voll.* Parliamento grata

grata erat hæc hiſtoria huiusque iuſſu auctori actæ gratiæ, ſed ceterorum ciuium multis, ob nota partium ſtudia placere in omnibus haud potuit, varios igitur accepit aduerſarios, *Lowthium; Antonium Harmer*, alios, quibus reſpondit Tomo operis ſui *Tertio.* Prodiit nobiliſſimorum commentariorum epitome *anglice London 1682. 8. & germanice 1691. 8.* Ad ſupplendum, illuſtrandum & quandoque emendandum hoc *Burnetianum* opus inſigniter faciunt, varia ſcripta IOHANNIS STRYPE. Is enim condidit: *Eccleſiaſtical Memorials vnder K. Henry VIII. K. Edward VI. and Q. Mary I. London 1721. f. 3. Voll.* atque *Annals of the Reformation, from the firſt to the thirteenth Year of Q. Elizabeth, London 1725. f. 2. Voll.* Ad quos maiori in luce ponendos eiusdem Auctoris quædam Præſulum faciunt Vitæ enarrationes nempe: *Hiſtory of the Life and Acts of Edmund Grindal Arch-Biſh. of York and Canterbury, London 1710. f.* & EIVSDEM *Memorials of Thomas Cranmer, Arch-Biſhop of Canterbury, London 1694.* nec non: EIVSDEM *Life and Acts of Iohn Whitgift, Arch-Biſhop of Canterbury in the Reign of Q. Elizabeth, London 1718. f.* Breuius memorabilia varia ad Reformationis in Anglia factæ hiſtoriam, & quæ inde ſecutæ viciſſitudines, ſectas, certamina conſignavit ANTONIVS WILHELMVS BOEHME Georgio Daniæ Principi Annæ Reginæ marito a concionibus aulicis in: *Acht Büchern von der Reformation der Kirchen in England, und was von dem 1526ten Jahre an unter Henrico VIII. und folgenden Kœnigen bis zu Caroli II. Regierung, bey derſelben ſich Merckwürdiges zugetragen,* opere poſtumo, cum Præfatione *Ioa. Alberti Fabricii, Altona 1734. 8.* Varia in hac enarratione notanda cenſuit V. C. PHILIPPVS FRIDERICVS HANE *in Hiſtoriſch-*

und Theologischen Anmerckungen, quae editae *Hamburgi & Kiliae 1735. 8.* Partem Historiae Ecclesiasticae sub *Elisabetha* regina illustrant libelli: MICHAELIS RENNIGER *vulgo* RHANGER *de Pii V. & Gregorii XIII. furoribus contra Elisabetham Angliae Reginam, London 1582. & Brutum fulmen, or the Bull of Pape Pius V. examined by Thomas* (WATSON) *Bishop of Lincoln, London 1681. 4.* Ad statum Ecclesiae sub infelice Carolo I. facit: *History of the Troubles and Tryal of William Laud, Arch-Bishop of Canterbury, wrote by himself, with the Additions of* HENRY WHARTON, *London 1695. f.* & ad recentiora tempora pertinent: IOHN HACKET *Scrinia reserata, or a Memorial of John William Arch-Bishop of York, London don 1693. f. &* IOHN STRYPE *The Life and Acts of Matthew Parker Arch Bishop of Canterbury, London 1711. f.* Nec plane hic omittenda licet ad antiquiora faciat tempora: *Historica Descriptio complectens Vitam & res gestas Beatissimi Viri Guilielmi Wicami quondam Vintoniensis Episcopi, Oxoniae 1690. 4.* qui vixit Seculo XIV. De *Politia Ecclesiae Anglicanae* varii quoque extant Scriptores, sed studiis partium principiisque diuersi. Sic MOCKETVS commentatus *de Politia Ecclesiae Anglicanae*, cui accessit RICHARDI ZOVCHAEI *Descriptio Iuris & Iudicii Ecclesiastici secundum Canones & Constitutiones Anglicanas, Londini 1683. 8.* qua *Mocketus* Hierarchiae Anglicanae ordinem & rationem compendiose exhibet atque ex scriptis antiquioribus conciliisque docet, eius formam ex Papatu minime esse deriuatam, sed potius ab eiusdem abusibus vindicatam. *Zouchaeus* vero Iudiciorum Ecclesiasticorum constitutionem & formam sistit. RICHARDVS porro COSINVS *Ecclesiae Anglicanae Politiam*, breuiter in tabulis exhibuit *Oxonii 1684. f.* WILHELMVS LOYDIVS in *Historica Relatione de Re-*

de Regimine Ecclesiastico Magnæ Britanniæ & Hiberniæ, Londini 1684. 8. anglice edito illam Hierarchiæ dedit descriptionem, qualis fuit cum primum Christianam fidem suscepissent. IO. DVRELLI edita *Historia rituum S. Ecclesiæ Anglicanæ, Londini 1672. 4.* Extat etiam *Historia Independentium*, quæ *Londini 1648. 4.* formis expressa. Ex his aliisque præclaris subsidiis, & sua experientia conduxit composuitque HENRICVS LVDOVICVS BENTHEM commentarios bonæ frugis plenos, quos inscripsit: *Englandischen Kirchen-und Schulen-Staat, Luneburgi 1694. 8.* & ex *Editione Secunda* ab auctore insigniter aucta, vitisque eruditorum instructa, & egregia Præfatione *Menzeriana* ornata, qua de Episcopis Angliæ tum viuentibus instituta commemoratio, *Lipsiæ f. Bremæ 1732. 8. mai*, quo omnis status Ecclesiarum, Academiarum, diuersæ Sectæ & quæ ad accuratiorem Status Ecclesiastici commemorationem adferre quid possunt copiose enarrantur, sunt tamen & addita quæ ad ciuilis status descriptionem maxime faciunt. Præstantissimum sed in Germanicis oris rarum est opus, quod edidit WILLIAM WAKE ArchiEpiscopus Canterburiensis inscriptum: *The State of the Church & Clergy of the Church of England, in their Councils, Synods, Convocations, and other public assemblies, historically deduced from the time of the Saxons to the present Times, with a large Appendix of original Writs and other Instruments, f.* *Scoticæ* Ecclesiæ fata & mutiones sequentes posteritati conseruarunt: GE. TOMPSON *de antiquitate Christianæ Religionis apud Scotos, Romæ 1594. 4.* nec non: GE. CONAEI *de duplici Religionis statu apud Scotos, Romæ 1628.* qui tamen partium studio laborat: Ipsam Historiam Gentis Ecclesiasticam tradunt. THOMAS

DEMPSTER *Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, Bononiæ 1627. 4.* Libere, candide & veraciter iussu Iacobi VI. Regis scripta IOHANNIS SPOOTSWOOD *Historia Ecclesiastica Scotica ab anno 1203. ad annum 1624. London 1655. f. anglice* edita. Huic iungenda IOANNIS KNOX *History of the Reformation of ab anno 1422. ad anno 1567. London 1644. f.* idem argumentum tractauit *Spootswoodo* parum fauens: ALEXANDER PETRIE in: *A compendious History of the Catholik Church from 600. to 1600. Hagæ 1663. f.* *Hiberniæ* res in religionum caussis gestas consignarunt sequentes: PHILIPPVS enim OSSVLLEVANVS *Historiæ Catholicæ Hiberniæ Compendium* dedit *Vlyssipone 1621. 4.* Extat porro FRANCISCI PORTERI *Compendium Annalium Ecclesiasticorum Regni Hiberniæ, Romæ 1690. 4.* Diligentissimus quoque & solertissimus IACOBVS WARAEVS partem *Hiberniæ Sacræ* elaborauit, *de Præsulibus Hiberniæ* exponens *Dublini 1665. f. Monasticon Hibernicum, or the Monastical History of Ireland,* prodiit *London 1722. 8.* cum figuris. Ad recentiora tempora pertinet libellus: *The State of the Protestants of Ireland under the late King Iamey's Gonvernment, London 1692. 8.* ex Editione tertia. Peti ad hoc argumentum vtilia quædam possunt ex: *Veterum Epistolarum Hibernicarum, seu, ab Hibernis ad Hibernos, vel de rebus Hibernicis conscriptarum Sylloge,* quæ edita a IACOBO VSSERIO, *Dublini 1632. 4.* IACOBVS CERTANI exhibuit italico sermone: *Il Mose della Ibernia Vita del Glorioso S. Patrizio, Bononiæ 1686. 4.*

§. XXVI.

Ad illustrium Personarum apud *Anglos* descriptionem facit primum IACOBI WILHELMI IMHOFII *Regum Procerumque Magnæ Britanniæ*

Historia

Historia Genealogica, Noribergæ 1699. f. quæ illustrium apud Anglos familiarum origines atque stemmata exponit, insigniaque exhibet. Cum his omnino coniungendi: RALPH BROOKE *Catalogue and Succession of the Kings, Dukes, Marquesses, Earls and Viscounts of England, with theis Armes, Wives and Childern 1619. f. & The English Baronage, or an historical Account of the Lifes and most memorable Actions of our Nobility, by* ARTHVR COLLINS, *London 1727. 4. Volum. I.* WILHELMVS DVGDALE *Catalogum* edidit *magnorum Angliæ Cancellariorum*, anglice *Londini 1671. 8.* Quos inter eminebat WOLSAEVS Cardinalis, qui sub *Henrico VIII.* multum valebat, cuius acta Ministerii & res alias memorabiles enarrarunt RICHAD FIDDES, *Life of Cardinal Wolsey, London 1724. f.* cum figuris. Singularia de eo legas in: *The Negotiations of Thomas Woolsey, containing his Life and Death, by one of his Servants, London 1641. 4.* Alterius sub eo Cancellarii, doctissimi simul & integerrimi Viri *Thomæ Mori*, virtus, doctrina, fata, a doctis viris literarum monimentis commendata. Extant enim GVILIELMI ROOPERI *Vita Thomæ Mori*, ex editione *Thomæ Hearne, Oxonii 1716. 8.* Porro edita: *The Life of Thomas More, by his Great Grandson* THOMAS MORE, *London 1726. 8.* Vita di *Tomaso Moro* descripta a DOMINICO REGI *Mediolani 1675. 12. & Padova 1703. 12.* Ad ea quoque tempora pertinet: SAMVEL KNIGHT *Life of Iohn Colet, Dean of S. Paul's in the Reigns of King Henry VII. and Henry VIII. London 1724. 8.* cum figuris elegantibus. *Vitam Reginaldi Poli & Roberti Wingfeldii* scripsit LVDOVICVS BOCATELLVS, quam ex italico primum in latinum sermonem transtulit *Andreas Dudithius, Venetiis 1563. 8.* recusam *Londini 1690. 8.* accessit *Disceptatio*

super dignitate & magnitudine Regnorum Britanniæ & Galliæ, habita ab vtriusque legatis in *Concilio Constantiensi*. Præcipue huc facit scriptum Anglicanum, cui titulus est: *The Worthies of Devon, siue Damonii Orientales illustres*, quos descripsit IOANNES PRINCE *Exonii 1701. f.* Continentur in hoc opere vitæ fortunæque celeberrimorum Theologorum, Politicorum, Militum, Medicorum, Scriptorum, aliorumque virorum insignium, quibus in Deuonia nasci contigit, a temporibus Normannorum inuasionem præcedentibus ad præsentem vsque ætatem, iuxta Alphabeticum ordinem, ex probatissimis autoribus impressis atque manuscriptis desumtæ. *Vita Guilielmi Burgley*, Ministri Status sub *Eduardo VI.* & Magni Thesaurarii sub *Elisabetha*, edita *Londini 1737. 8.* cum memorabilibus Familiæ de *Cecil.* Sic curate quoque scripta: *The Life of Thomas Smith, Secret. of State to K. Edward and Q. Elizabeth, London 1698. 8.* Illustrium duorum amicorum summorum principum, virtutes & vitia exposita in EDWARD *Earl of* CLARENDON *Character of Robert Earl of Essex and George D. of Bukingham, London 1707. 8*, Restitutoris Familiæ Regiæ Caroli que II. *Monckii* res gestas breuiter complexus: THOMAS GVMBLE in *la Vie du General Monck, Londres 1671. 12.* Hoc melior *The Life of General Monk late Duke of Albemarle* edita e schedis THOMAE SKYNNERI, qui ex monimentis optimæ notæ & ore hominum fide dignorum eam collegit cum Præfatione *Guilielmi Websteri*, *Londini 1723. 8.* qua famam *Monckii* a maleuolorum maculis vindicare voluit editor. Scotiæ historiam recentiorem insigniter illustrant: *The Memoirs of the Life and Actions of Iames and William Dukes of Hamilton, with an Account of the civil wars from 1625. to 1652.*

by

by GILBERT BVRNET, qui Historiæ patriæ huius æui erat callentissimus, *London 1677. f.* IDEM publicauit: *Memoires touchant Jean Wilmot, Comte, de Rochester, Amsterdam 1706. 8.* Vigilantissimorum duorum sub *Carolo II.* administratorum vitæ lectu dignissimæ nimirum: WILLIAM WYNNE *Life of Sir Leolin Ienkins Secr. of State to K. Charles II. and Plenipotentiary for the General Peace of Cologn and Nimeguen with his Lettres and other Instruments, London 1724. f. 3. Tomes 2. Voll. & Memoirs of the Life and Negotiations of Sir William Temple, London 1714. 8.* Sub hoc rege & sequentibus illustres extitere viri, quorum memoria merito scriptis fuit consecrata. Extat enim: *A Character of Gilbert Burnet Bishop of Sarum, London 1715. 8.* fuit & ipsius *Memoriis* subiecta *Vitæ eius* expositio singularis. Sub *Anna* Regina annotandæ: *The Life and Works of Charles Earl of Halifax London 1715. 8. & Memoirs of the Life of Iohn Lord Somers, London 1716. 8.* Vitæ & gestarum feliciter rerum Ducis *Marleboroughii*, iam supra annotatæ commemorationes.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAM GERMANIAE GENERATIM ET VNIVERSE ILLVSTRANTIBVS.

§. I.

IN Scriptoribus Rerum Germanicarum, quorum amplissima copia, enumerandis apteque disponendis, laudabilem sane operam fecit, de historia germana editis variis libris immortaliter

taliter promeritus Consiliarius Archi Palatinus MARQVARDVS FREHERVS, qui *Directorium in omnes fere, quos superstites habemus Chronologos, Annalium Scriptores, & Historicos, potissimum Romani Germanicique Imperii*, concinnauit, quod ad pernoscendos fontes & principes Historiae Germanicae scriptores in iusta serie sua, prouti, intuitu temporis, quod quisque scriptis suis illustravit, se inuicem excipiunt, perutile sane commodumque. Praefixum est *Tomo Primo* Scriptorum aliquot eius Rerum Germanicarum, vtriusque Editionis *primae*, & *Struuianae*. Inde *Philippus Glaserus* D. Iuris & Historiarum Professor Argentoratensis, illud adiunxit auctuarii vice edito a se Argentorati *an. 1611. 4.* *Syngrammati Historiae Theoreticae*, & Catalogo Historicorum insigniorum tam vniuersalium quam particularium, a *Io. Bodino* inchoato, a se vero recognito & complurium accessione scriptorum locupletato. Post eum *Samuel Rachelius*, Kiloniensis Professor, hunc *Indicem Freherianum*, non solum subiunxit distinctae *Notationi suae Caesarum Romanorum Germanorumque a nato Christo*, metro compendiose descriptae & euulgatae, *Helmestadii 1666. f.* verum etiam inseruit, postea Holsaticus administer factus, scriptae a se *Introductioni* ad *Ius Publicum Germanicum cap. XIV. p. 113.* quae & sub nomine *Otii Nouiomagensis* est nota, hoc addito elogio, quod libellus ille multum conferat, ne quis ignoret, qua quisque Historicorum Germanicorum aetate, vel seculo post natum Christum floruerit, quorum Principum temporumque historiam collegerit, quod eius sit initium, & quibus annis illam finiuerit. Demum *Ioannes Christianus Neu*, Historiarum Professor Tubingensis, Mantissam suam ad Degorei Wheari Relectiones Hiemales, Dire-

Directorio hoc, exornauit, vt in compendio iuvenes historiæ patriæ cupidi haberent, quæcunque faciunt ad pleniorem notitiam fontium, ex quibus ea hauritur. Quoties vero hunc in modum Directorium Freheri prodiit, toties primam suam formam retinuit, absque vlla vel alterius recognitione vel additione, dum omnes ab eo aut corrigendo, aut interpolando, abstinuerunt, cum tamen in eo occurrerent necessario emendanda, non pauca supplenda ex editis post Freheri fata Scriptorum Rerum Germanicarum voluminibus, ne manca historicorum serie laboraret. Quod ergo ab aliis neglectum fuit, cum laude multaque accuratione perfecit, IOANNES DAVID KOELERVS, Historiarum & Politices tum Professor Altorfinus & Vniuersitatis Bibliothecarius, nunc Academiæ Gottingensis ornamentum, qui perdiligenter sane recognouit, errores varios ex eo sustulit, multisque ac variis chronicis, historiis, & annalium Scriptoribus, ex Corporibus Rerum Germanicarum recentioribus locupletauit, vberiora quoque supplementa petiit ex voluminibus historicis Gallorum, Pithoei, Quercetani, Labbei, d' Acherii, Baluzii, Martene & Durandi, in subsidium quoque vocauit Anglorum Collectiones, quales prodierunt Sauilii, Twisdeni, Seldeni, Galei aliorumque, quoniam Francici & Anglici Scriptores non vulgaria de rebus Germanicis diuersorum temporum commemorarunt; Neque ex iis insigniores tantum scriptores attulit, suisque quemlibet annis inseruit, verum etiam nullum fere prætermisit Chronicon, quamuis exiguum, quoniam vel ad temporis supputationem accuratiorem, vel ad melius cognoscendas quasdam rerum gestarum circumstantias aliquem vsum afferre potest. Novas

vas quas addidit intercalationes a Freherianis verbis distinguendas curauit minore charactere, ita vt Textus Freherianus maioribus typis expressus emineat. Ne quid iuuenibus ad cognoscendos Historiæ Germanicæ fontes deesset, CASPARIS SAGITTARII Historiarum Professoris Ienensis *Dissertatiunculam de præcipuis Scriptoribus Historiæ Germanicæ*, *Ienæ* primum *1685. 4.* cum demandatam Historiarum Professionem auspicaretur, promulgatam, addidit, *Ienæ* inde cura *B. G. Struuii* recusam, quam diligentissimus SAGITTARIVS *Commentariolo* de *Scriptoribus Historiæ Germanicæ* confecto, olim illustrauit suis Auditoribus, qui MSCtus delitescit. *Directorium* vero *Freheriano-Kœlerianum Altorfii 1720. 4.* prodiit & *iterum*, *Norimbergæ & Altorfii 1734. 4.* addito *Directorio Chronologico - Diplomatico*, *Annorum Regni & Imperii omnium Regum Germaniæ & Imperatorum a Pipino Rege Franciæ vsque ad Carolum VI. Cæsarem Augustum.* Pleniorem & in certos quosdam titulos & sedes digestum Historicorum Germaniæ recensum dedit MICHAEL HERTZIVS, Historiarum quondam Professor Erffurtinus, postea Verbi diuini minister Buckouiensis *Bibliotheca Germanica*, siue *Notitia Scriptorum Rerum Germanicarum*, *Erfurti 1678. f.* qua quidem multos Scriptorum tum vniuersalium, & Historiam Impp. ac Regum illustrantium, tum singularium Germaniæ Prouinciarum & Ciuitatum, multo labore congestos recensuit, atque vt ipse in Præfatione fatetur, ad *Freheri* Directorium, variosque in eo occurrentes defectus respexit, sed eandem, quam Freherus, non tenuit viam, auctores in classes quasdam conduxit, sed iustis vt videtur præsidiis destitutus ipsos libros non semper adhibuit, postque eius fata amplissimus Historicorum Germaniæ

niæ apparatus in lucem fuit expositus. Inde ampliorem & curatiorem Scriptorum Germanicorum recensionem, vt historiæ patriæ studiosi maxime libris destituti certiorem, ac vberiorem inde fructum capere possent, adgressus est, atque Operi huic ampliori præmisit *Germaniæ Gloriosæ, seu Bibliothecæ Germanicæ Editionis repetitæ Sciagraphiam*, quæ impensis Auctoris *Lipsiæ 1693. 4.* prodiit, qua dispositionem & Titulorum seriem exhibet, opusque hoc, priorem Editionem, vltra Germaniæ Exegesin, accessione noua aliquot millium librorum, tractatuum & dissertationum superaturum scribit, qua de caussa ampliora subsidia rogat, quibus in loco haud celebri vivens, destitutus fuisse videtur, periit ergo labor, vel in herba, vel collectanea viri perdiligentis forte inter pulueres iacent. Manca admodum est illa & nuda saltim ad Res Germanicas pertinentium Scriptorum recensio, quam egregius alias harum cultor IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS, Consiliarius Brunsuicensis Guelferbytanus dedit sub elogio: *Bericht, von denen bekandten und gelehrten Leuten und Auctoribus, welche von Teutschland und von den Teutschen, von Teutschlands Zustand und Wesen, vorgegangenen Geschichten und sonderlich der Teutschen Sprache und die in derselben etwas sonderliches und merckwürdiges, sowohl vormahls als in Neulichkeit geschrieben*, quæ operis laboriosi *von der Teutschen Hauptsprache Libro V.* inseruit. Vsibus Recitationum Academicarum & memoriæ iuuandæ caussa, saltim conscripta videtur, illustris hodie Viri & non vno nomine de patriis Antiquitatibus meriti IOANNIS GEORGII ECCARDI, tum, cum hanc scriberet, Professoris Historiarum Helmstadtini *Breuis ad Historiam Germaniæ Introductio, Helmstadii*, sine temporis mentione,

tione, vti tamen ex Catalogo Scriptorum Eccardinorum vidi, *1712.* quinque plagulis 4. impressa, nomina Scriptorum absque temporis & formæ librorum annotatione compilata, exhibens. Maiori cura digestam & amplissimo apparatu instructam & suasit sapientissimis consiliis, & promisit idem celeberrimus Vir, exarata absque nomine addito, ad illustrem Virum *Burcardum Gotthelfium Struuium* vernaculo sermone Epistola, quam inscripsit: *Vnmaßgeblicher Vorschlag, wie eine Bibliotheck der Teutschen Geschichtschreiber verfertiget werden solle, und was sie vor sonderlichen Nutzen habe, woraus zugleich ein Liebhaber der Geschichte mitler Zeit sehen wird, wie er denselben schweren und doch sehr nützlichen Theil der Historie angreiffen und geschickt ergründen kœnne, entworffen von Einem auffrichtigen Teutschen,* (Hanouer) *1705. 8.* duabus plagulis, vbi *p. 13. seq.* sibi, aliisue tale opus tentantibus, has veluti Leges dixit: Perficiendam esse accuratissimam, quantum fieri possit, Scriptorum omnium ad Res Germanas pertinentium, veterum & nouorum, recensionem, non quod ad titulum saltim, sed neruosam rerum omnium, maxime singularium expositionem, dandam. Annotandas solerter diuersas Editiones, harumue virtutes & vitia, quæ sinceræ sint aut castratæ indicandas. Quinam Scriptores locum in tali Bibliotheca mereantur, copiose indicat. Suadet inde, addendas huic recensioni varias de memorandis rebus Obseruationes, Errores communes refutandos, abstrusas veritates fideliter detegendas, Vitam Scriptoris cuiuslibet & accuratam reliquorum eius Scriptorum notitiam studiose conquirendam; Monet porro non esse contemnendas Breues Narrationes, pauciorum pagellarum, libellos cito alias perituros, Differtationes

tiones Academicas, grandioribus sæpe libris, quod ad argumentum & studium elaborationis pretiosiores; Auctores medii æui, cum Codicibus MSCtis conferendos accurate, cum plures vitiose descripti sint ac editi, nominaque personarum & locorum turpiter corrupta, locaque integra sæpe vel omissa vel studio vitiata; Indicandos non minus Codices ineditos historicos, Chronica MSCta, Diplomata & omnis generis monimenta, quæ in Archiuis, Monasteriorum Chartulariis, scriniisque priuatorum sæpe inter pulueres & blattas iaceant, quorum accurati Catalogi addito solerter initio & Datis ac Subscriptionibus conficiendi; Monimentorum Sepulcralium ceterasque Inscriptiones, vetustas imagines, nummos, Sigilla, conquirenda & omni adhibita cura æri incidenda; Libellos illustrium Controuersiarum, Deductiones caussarum, Instrumenta Pacis Fœderumque & alia Pacta indicanda & excerpenda; Itineraria, aliosque libros, qui sub Bibliothecarum, Miscellaneorum, Spicilegiorum, Analectorum, Diariorum, titulis prodeunt, ad hæc vicinarum gentium, de rebus germanicis narrationes peruestigandas, quum singularia multa inde pateant. Rationem modumque inde præscribit, qua in lucem prodire possit, absolutissima eiusmodi Rerum Germanicarum Bibliotheca, sub *Thesauri Rerum Germanicarum* elogio. Vellem tamen atque optarem, admouisset præclaro operi manus. celeberrimus Vir, qui tot præsidia ad hoc argumentum necessaria habuit. Huiusmodi amplissimæ *Bibliothecæ Germanicæ* spem quoque fecit GOTFRIDVS RÜHLMANNVS, Historicus quondam Schwarzburgicus, scripta ad Celsissimum Principem Schwarzburgicum Dominum *Guntherum*, a. 1715. f. *Epi-*

stola, qua natalem diem gratulatur, & de *necessario erigenda recteque ordinanda Bibliotheca Historica in Palatio cuiuslibet Principis*, *aut in Republica libera*, præclare egit, simulque *p.* 7. aperuit, qualem apud Hannoueranos in Perillustris *Leibnitii* consortio degens, *Bibliothecam Historicam*, cumprimis Germanicam, componere fuerit meditatus. Cuius Bibliothecæ Tomus alter Diplomatibus erat destinatus. Vtilissimus sane labor, quem tamen variis librorum subsidiis destitutus & viuis ereptus dare non potuit. IOHANNES quoque, HENRICVS HEVBELIVS, Serenissimo Slesuicensium Duci a Consiliis aulicis, & per tempus breue in Academia Kiloniensi Professor in colligenda *Bibliotheca Germaniæ Historica*, siue, *Scriptorum Rerum Germanicarum omnium Notitia Chronologica & Geographica*, instituto Itinere Literario, multum operæ & laboris impendit, qua vitas eorum, & Scripta edita, inedita vel etiam deperdita, non solum exponeret, diiudicaret, emendaret, sed fragmenta etiam historici potissimum argumenti, maximam partem vel primum in lucem prolata, vel auctiora insereret, hisque Diplomatum, Chartarum, Sigillorum, Nummorum hinc inde dispersorum vel etiam adhuc latentium & antiquitates atque res Germanicas illustrantium, Indices adderet. An vero condiderit perfeceritque præstantissimum opus Heubelius, nescimus. Iuuenibus maxime Historiæ Patriæ studiosis vtilem sane operam nauauit *Anonymus*, vir doctus, qui, *Breuem Introductionem in Historiam Rerum Germanicarum Literariam Lipsiæ 1727. 4.* formis excudendam curauit, qua compilatione, *Hermanni Dieterici Meibomii*, maiorum suorum æmuli, tum Historiarum Professoris Helmstadtini, præclaram Orationem inauguralem,

ralem, de *genuinis Historiæ Germanicæ Fontibus*, cum Professionem Historicam in Academia Iulia auspicaretur d. VIII. Aprilis Anni MDCCI. habitam, singulatimque additis copiosis notis in 4. impressam; *Casparis Sagittarii Dissertatiunculam de præcipuis Scriptoribus Historiæ Germanicæ*, iam laudatam; *Conringiana varia*, de Fontibus Rerum Germanicarum ex *Præfationibus* summi Viri ad Tacitum de Moribus Germanorum, excerpta; *Anonymi* Breuem Introductionem ad Historiam Literariam Rerum Germanicarum, cui titulum *Analectorum* præscripsit, ac denique *Accessiones & Supplementa* ad *Meibomii* inauguralem Orationem ex Recitationibus vti coniicio doctissimorum Virorum, decerpta, exhibuit. Si quid vota mea valerent Patriæ meæ similem *Longianæ* Gallicæ optarem Bibliothecam, eaque subsidia, quæ Vir ille laboriosissimus habuit, quæ & desideria fuere *Io. Alberti Fabricii*, *Bibliothecæ Latinæ Volumine III. Lib. IV. c. IV. p. 561.* vbi quosdam eorum Auctorum memorauit, qui de singularium Germaniæ Prouinciarum Scriptoribus Notitias dederunt.

§. II.

Monimenta *veteris Historiæ Patriæ* duplicia *domestica & peregrina*. *Domestica*, quod ad vetustissima Germaniæ tempora attinet, *ἄγραφα* fuere, *Carmina*, nimirum, *antiqua*, *quod vnum*, teste *Tacito* de *Moribus Germaniæ* Cap. II. *apud illos memoriæ & annalium genus fuit*, quæ a BARDIS composita, & memoriæ beneficio seruata, posterisque præcinendo tradita, ac diebus festis & solemnibus, in conuiuiis porro ac præliis cantando repetita fuere; & *Oralis*, rerum sapienter, iuste, fortiterque gestarum, a Senioribus & vsu peritis facta *Narratio*. Gratissima essent Antiquitatum patria-

 rum

rum perſcrutatoribus, vel tenuia rerum harum antiquiſſimarum monimenta, & vel nuda nomina Heroum, Ducum, Iudicum Germanorum, quorum notitiam dare poterant huiusmodi Carmina. Qua de cauſſa prædicanda omnino eſt Caroli M. prouida poſteritati induſtria, qui memorante *Eginharto* de *vita Caroli M.* Cap. XXIX. *Barbara & antiquiſſima Carmina,* (qualia, eius tempore, poſt varias forte mutationes erant) *quibus veterum Regum actus & bella canebantur, ſcripſit, memoriaque mandauit.* Quæ auguſtalis compilatio periit fortaſſis. Nam ea Carmina, ad quæ *Auentinus*, maxime in *Annalium* ſuorum *verſione Germanica*, cura *Simonis Schardii Francofurti 1566. f.* & auctiore Editione per *Nicolaum Ciſnerum*, Francofurti *1580. f.* formis impreſſa, Libro I. aliique prouocant, antiquitatum eorum, quorum Tacitus mentionem fecit, non ſapiunt, ipſeque Capitibus Rerum, *Germaniæ* ſuæ *illuſtratæ*, quæ ad *Ioachimum Vadianum* miſit, quæque inter *Epiſtolas Philologicas a Goldaſto* vulgatas *p. 188.* extant, ita ſentit, verbis: *In primo Libro hæc dicentur:* De Carminibus antiquis, *quod vnum apud maiores noſtros, quin etiam adhuc militum noſtrorum memoria & annalium genus eſt, quibus Cornelius Tacitus vſus eſt, & quæ Carolus M. auxit, quidam recentiores corruperunt.* Addatur, qui de his Carminibus copioſius exponunt *Daniel Georgius Morhoſius im Vnterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie Cap. VI.* & IOANNES LAVTERBACH, Rector Scholæ Senatoriæ Ienenſis Diſſertatione I. de *Carminibus Veterum Germanorum, 1696. 4.* propoſita.

§. III.

§. III.

Quum itaque *domeſtica* monimenta deficiant, externa veniunt breuiter indicanda *Græcorum* ſcilicet ac *Romanorum*. Ex ſequioribus autem Scriptoribus Græcis, qui ſua a Romanis ex parte acceperunt, adhibita tamen multa cautione, euolvendi STRABO, Amaſenus, qui Auguſti & Tiberii ætate floruit, *Rerum Geographicarum* Libris *XVII.* e quibus in *Libro IV. & VII.* quædam ad res noſtras pertinent, cum primis in ſeptimo Libro, quo Germaniam, Getas, Illyrios, Tauricam Cherſoneſum & Epirum deſcripſit. Hic condendi Operis ſui cauſſa varias quidem peregrinationes fecit Ægyptumque, Aſiam & Græciam atque Italiam, Sardiniam quoque & alias Inſulas perluſtrauit, quorum itinerum ipſe mentionem iniicit; Germaniam tamen noſtram non vidit, qua de re, quæ adfert, ſpernenda quidem non ſunt, attamen parum iuuant & accepta ſunt incertiore fide, quoniam illa ætate Germania noſtra cœperat primum innoteſcere Romanis, & vulgi ſermonibus frequenter fabuloſis creditum tunc fuit, inde eſt quod perturbatorie has Regiones deſcribat, varioſque errores admittat, quæ peregrino homini condonandi. Alia ſententia *Ægidio Tſchudo* fuit, quam ſcripta ad *Beatum Rhenanum* Epiſtola, declarauit, quæ inter *Philologicas* a *Goldaſto* editas, *p. 224.* proſtat; vbi, comparationem inter Strabonem & Tacitum inſtituit atque ſcribit: *Primo, Strabo diligentius conſcripſit Alpes, Alpinas gentes, Rheni ortum, lacum Podamicum, Heluetiorum, Rhætorum, Vindelicorum, Gallorum, Germanorum, Italorum, atque aliorum populorum regiones, quam vllus fecerit latinus auctor, diligentiſſime ſingulorum Populorum loca & ſitus* com-

commonstrans, non quod sua persona has regiones omnes lustrauit, sed Germani quidam & Galli, haec omnia sibi suppeditauerunt, aut certe ingeniosi quidam Milites, qui bellorum occasione omnes istas lustrarunt regiones. Vide quaeso quam oscitanter Caesar describat ortum Rheni, & cursum eius negligens, & Rhaetos apud quos oritur, & lacum Podamicum quem efficit. Tacitus quoque & Ptolemaeus nullam faciunt mentionem de hoc lacu: & Mela obiter meminit nominis eius. At Strabo diligenter eum describit, referens etiam qui Populi & Regiones ad illum usque pertingant. Si ergo Vir ille in minutiis his disquirendis tam diligens fuit, quis dubitet eum non diligentiorem fuisse in inquisitione magni illius Germanorum nominis? Et hic quidem nihil ex cerebro suo, sed quod alii experti viri ei suggesserunt, hoc scripsit. Commendanda igitur est huius Graeci Viri diligentia, & magnis praeconiis extollenda & nequaquam tantus auctor contemnendus, quod longe a nobis dissitus fuit. Quod latius inde persequitur. Varia de *Strabone* memoranda editionesque accurate annotauit *Ioannes Albertus Fabricius*, *Bibliotheca Graeca Libro IV. c. I. p. 5. sqq.* eminent inter eas Graeco Latinae cum *Xylandri* versione & *Isaaci Casauboni* eruditis animaduersionibus *Genevae 1587. f.* & ex Editione luculentiore & meliore, *Federici Morelli* notis, ad pauca quaedam Strabonis loca additis, & locupletissimo indice instructa *Lutetiae Parisiorum 1620. f.* omnium vero, si ordinem notarum & apparatum spectes praestantissima, curis *Theodori Iansonii* ab *Almelooveen*, *Amstelodami 1707. f.* non Casauboni saltim & Morelli ordinatis rectius, sed integris quoque Xylandri, & quae Iacobus Palmerius in Exercitationibus ad optimos auctores Graecos Straboni illustrando annotauerat, praeterea delectis e scriptis Viro-

VirorumGeographiæ antiquæ gnariſſimorumPauli Merulæ, Philippi Cluuerii, L. Holſtenii, Claudii Salmaſii, Samuelis Bocharti, Iſaaci Voſſii, Ezechielis Spanhemii, Chriſtophori Cellarii, Ioannis item Meurſii & aliorum Obſeruationibus, eſt illuſtrata. Alter Geographorum Græcorum, qui huc maxime pertinet eſt, CLAVDIVS PTOLEMAEVS, Ægyptius Peluſienſis, qui ſub M. Aurelio Antonino Imp. vixit, *ac Geographiæ Libros VIII.* condidit. Germaniam ipſe non inſpexit, aliorum inque his mercatorum, fidem & annotationes, opus maxime Geographicum *Marini Tyrii* abs ſe emendatum, ſecutus. *Etſi vero*, iudice *Conringio*, erudita in *T.G.* Præfatione, *iam imperante Marco Antonino Germania vniuerſa Romanis erat ſic ſatis explorata, adeoque potuerint Ptolemæo ſaltim chorographica noſtra plenius quam ante narrari, liquet tamen, frequenter fuiſſe in hisce aberratum. Non potuerunt porro non, in nominum & numerorum deſignatione ab imperitis librariis errores iſti cumulari, cum præſertim nihil adeſſet, quo corrigerentur. Sed & Populis Germaniæ Magnæ iſthac tempeſtate raro fuerunt conſtantes ſedes, ſed modo huc, modo illuc, iſti commigrabant, & vicos ſuos in ſolitudinem ipſimet flamma redigebant: adeoque hac etiam de cauſſa incerti nos ſumus, num quæ a Ptolemæo prodita ſunt re ipſa habuerint ſeſe ita nec ne. Vtut vero ſit, fatendum omnino venit, complura in Ptolemaicis iſtis reperiri ad populorum, fluminum, montium, ſyluarum ſitum, pertinentia, noſtra quoque ætate comprobata, quorum in omnibus aliis antiquis monumentis ne veſtigia quidem inuenire eſt. Ac proinde multum nos debemus Ptolemæo, quantumuis omni ex parte tuto ipſi credi nequeat. Legendus nempe eſt nobis Ptolemæus cum aliqua reuerentia, non autem ſuperbe explodendus, vt nec ſe-*

cure admittendus. Tabulas operi huic Geographico postmodum additas, Ptolemæi mentem presse secutus delineauit *Agathodæmon*, Mechanicus Alexandrinus, qui itidem Germanas oras nunquam adspexerat. Dedit, quem iam sæpe laudauimus *Fabricius* diligentem Editionum Ptolemæi recensum, *l. c. Lib. IV. c. XIV.* quas inter optima atque perrara, quæ cum *Gerardi Mercatoris* notis, edente *Petro Bertio*, Galliarum Regis Ludouici XIII. Cosmographo, sub *Theatri Geographiæ Veteris*, nomine, *Lugduni Batauorum*, typis *Isaaci Elzeuirii*, sumtibus *Iudoci Hondii 1618. fol. mai.* splendide procurata, Græce & Latine prodiit, quo *Tomo I. Ptolemæus* comparet, additis Tabulis elegantibus. *Posteriore* vero *Tomo*, qui *Amstelodami* locum, & *Iudoci Hondii* nomen, annumque *1619.* præfert: 1) Itinerarium *Antonini* Imp. terrestre & maritimum; 2) Prouinciarum Romanarum libellum; 3) Itinerarium a Burdigala Hierosolymam vsque; 4) Tabulam Peutingerianam cum Notis *Marci Velseri* ad Tabulæ eius partem; & 5) *Abrahami Ortelii* Geographiæ Veteris Tabulas aliquot, exhibet, eodem *Bertio* edente. *Geographiæ Veteris Scriptores Græci Minores*, quos, post *Hœschelianas* curas, accuratæ diligentiæ *Ioannis Hudsoni*, Bodlejanæ Bibliothecæ Præfecti, debemus, in Theatro Sheldoniano nitide excusos, quorum *Volumen I. Oxoniæ 1698. II. ibid. 1703. III. 1712. IV. ib. 1712. 8.* prodiere, paucissimis locis Germanica attingunt, nec tamen plane fuere omittendi. Idem dicendum de STEPHANO BYZANTINO de *Vrbibus*, qui græce & latine ex versione *Thomæ* de *Pinedo*, cum obseruationibus editus, *Amstelodami 1678. f.* & cura *Berckelii*, ac cum *Gronouii* Notis *Amstelodami 1688. f.* quæ est optima.

§. IV.

§. IV.

Apud Scriptores *Romanos* de *Germanicarum Gentium* rebus ante Bellum *Cimbricum* nihil memoriæ proditum reperitur, ea vero irruptione facta, cum damno ſuo, notitiam quorundam Populorum adquiſiuerunt. Dolendum tamen quam maxime, quosdam de rebus Germanorum cum Romanis geſtis Scriptores, maximam partem Latinos, iniuria temporum ac negligentia hominum deperditos. Enimuero, ASINIVS QVADRATVS, Vir Italus, teſtibus *Strabone*, Geograph. *Lib. IV. & Agathia Hiſtoriar. Lib. I.* de *Terra Germania*, græco ſermone expoſuit. Quanta voluptate legeremus, quæ indicibus grauiſſimis viris, C. SVLLA & Q. CATVLVS, de acerrimo prœlio cum *Cimbris*, cui vterque interfuit, annotarunt. Ipſe enim *Plutarchus* Vita *Marii f. 419.* ad *Sullæ* Commentarios prouocat; *Catulum* autem ſui Conſulatus, quo prœlium factum, commentarios condidiſſe, teſtem habemus *Ciceronem* in Bruto *c. XXXV. iam Q. Catulus, non antiquo illo more ſed hoc noſtro eruditus. Multæ literæ, ſumma non vitæ ſolum atque naturæ, ſed orationis etiam comitas, incorrupta quædam latini ſermonis integritas, quæ perſpici cum ex Orationibus eius poteſt, tum facillime ex eo* Libro, *quem* de Conſulatu & de rebus geſtis ſuis, *conſcriptum molli & Xenophonteo genere ſermonis miſit ad A. Furium Poetam.* Quam ſuauia nobis eſſent, ARCHIAE Poetæ, de *Bello* illo *Cimbrico* Carmina, teſte etenim eodem *Cicerone* Oratione *pro Archia Cap. IX. Cimbricas res adoleſcens attigit: ipſi illi C. Mario, qui durior ad hæc ſtudia videbatur, iucundus fuit.* CATO quoque confirmante *Plinio* Hiſtoria *Naturali* Librum de *Germania* ſcripſit, qui non amplius extat. T.

LIVII Historiarum *Liber centesimus quartus* inter deperditos a nobis Germanis maxime desideratur. Ipse C. PLINIVS Senior, *Bellorum Germaniae* Libros *XX.* collegerat, quorum *Plinius* Iunior, Epist. *Lib. III. Epist. V. Suetonius* Vita *Plinii*, mentionem faciunt, horumque vltimus testatur: *Bella omnia quae* vnquam *cum* Germanis *sunt* viginti Voluminibus *comprehendit.* Quae *Q. Aurelius Symmachus Lib. IV. Epist. XVIII.* ad Protadium, priscas Gallorum Memorias expetentem rarissimis libris adscripsit: *Enitar, si fors votum iuuet etiam* Plinii Secundi Germanica Bella *conquirere. Gesnerus*, erronea, vel mala fide persuasus, hos Plinianos Commentarios Augustae Vindelicorum MSCtos extare asseruit. Nec omittendus AVFIDIVS BASSVS, cuius memoriam seruauit M. Fab. *Quinctilianus* Instit. Orat. Lib. X. Cap. I. Edit. Burmann. *p. 914.* his verbis: Seruilius Nonianus, alii (Nouianus) *clari vir ingenii, & sententiis creber, sed minus pressus, quam Historiae auctoritas postulat. Quem paullum aetate praecedens eum* Bassus Aufidius *egregie, vtique in* Libris Belli Germanici, *praestitit genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor. Superest adhuc, & exornat aetatis nostrae gloriam, vir seculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, vt libertas, quanquam circumcisis quae dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum, & audaces sententias deprehendas.* Vellem, Rhetorum magister quoque de argumento operis clarius exposuisset. *Marquardus Freherus*, Notis in *Petrum* de *Andlo* ad Praefat. *p. 120. Valerium Bassum* Poetam appellat. Addatur *Franciscus Irenicus* Germaniae Exegeseos *Volumine I. Capite I.* vbi plures indicatos legas, ex veteribus, qui de Germanis quaedam annotarunt, hodie deperditos.

§. V.

§. V.

Inter eos Scriptores Romanos, qui hodie extant, integri, vel quod ad aliquam partem, res nostras attigerunt, primum locum habeat, qui cum Germanis ipsis manus conseruit C. IVLIVS CAESAR *Commentariorum de Bello Gallico Libris VII.* exque his Libro maxime *IV. & VI.* Qui ipsius sunt *Memoriæ*, vt hodie Galli appellant. In græcam linguam transtulit *Maximus Planudes*, siue quis alius. Editiones varias quam diligentissime recensuit *Ioannes Albertus Fabricius*, Bibliothecæ Latinæ, *Libro I. Cap. X.* præstantissimæ *Godofredi Iungermanni Francofurti 1606. 4. Ioannis Georgii Græuii 1697. 8.* nitida & figuris æneis illustrata, sed non emendatissima, & *Ioannis Dauisii, Cantabrigiæ 1706. 4.* quæ præstantissimorum Virorum in Cæsarem Obseruationes exhibent. Quæ de nostris rebus adfert, non quidem spernenda sunt, sed cum hostis esset & fines tantum Germaniæ vidisset, eas plene perspicere haut potuit. Huic succedat POMPONIVS MELA, e Bætica prouincia Hispanus, qui de sententia eruditorum virorum sub Claudio floruit, cuius *Cosmographiæ* siue, de *Situ Orbis Libri Tres*, res nostras tangunt. Editiones vide apud *Fabricium l. c. L. II. c. VIII.* quarum optimæ, quas debemus industriæ, ingenio, doctrinæ cum *Isaaci Vossii, Hagæ Comitis 1658. 4.* ac *Franequeræ 1701. 8.* tum *Iacobi Gronouii*, qui Vossianas obseruationes sub rigidum examen vocauit, *Lugduni Batauorum 1685. 8.* multisque cum accessionibus *Lugduni Batauorum 1696. 8.* tandemque *Abrahamo Gronouio* curante excusi *Lugduni Batauorum 1722. 8. mai.* qua in Editione Notæ integræ *Hermolai Barbari, Petri Ioannis Olivarii, Fredenandi Nonii Pintiani, Petri Ciacconii, Andreæ*

Andreæ Schotti, *Isaaci Vossii*, *Iacobi Gronouii* extant. Accessere *Iulii Honorii* Oratoris, Excerpta Cosmographiæ, Cosmographia falso *Æthicum* auctorem præferens; cum variis Lectionibus ex MSCto; *Rauennatis* Anonymi Geographia ex MSCto Leidensi suppleta. Quæ autem annotavit de rebus Germanicis *Mela*, iudice Conringio, accepta sunt incertiore fide, quoniam eius & Cæsaris ætate Germania nostra cœperat curatius innotescere Romanis, & vulgi sermonibus frequenter fabulosis creditum tunc fuit. Quæ C. PLINIVS SECVNDVS, Veronensis, Maior, sub Tiberio natus, sub quo iuuenis contra Germanos militauit, contubernio vsus castrensi Titi post Augusti ac præfectus alæ, de Chorographia Germaniæ obseruauit, atque thesauro *Historiæ Naturalis*, maxime Libro IV. inseruit, acceptissima quidem sunt, in tantis rerum nostrarum antiquarum tenebris, plura tamen & exactiora forte, *Bellorum Germaniæ* Libris XX. deperditis & frustra vsque huc inquisitis. Editiones *Historiæ* huius *Naturalis* vide apud Fabricium l. c. *Lib. II. c. XIII. §. 4.* optima est *Ioannis Harduini* S. I. *Parisiis 1685. 4. V. Voll.* quæ editione *Secunda*, *Parisiis* prodiit *1723. f. 3. Voll.* His recentior est C. IVLIVS SOLINVS, Grammaticus, patria forte Romanus, quique post Vespasianos vixisse videtur. Hic *Collectanea rerum memorabilium*, siue, *Polyhistorem*, ad amicum, *Capitibus LVII.* perscripsit. Quæ huc alias pertinent, vide sis in *Fabricii B. L. L. II. c. XIII.* Præstantissima Editio est, quam eruditissimis Commentariis *Exercitationum Plinianarum* elogio signatis, dedit *Claudius Salmasius*, Parisiis 1629. apud *Claud. Morellium*, splendide recusa *Traiecti ad Rhenum 1689. f.* duobus Voluminibus prodiit, cui Editioni de *Homonymis Hyles Iatricæ* Exercitationes antehac

hac ineditæ, nec non de *Manna & Saccharo*, accesserunt. *Vetus* illa *Orbis Descriptio*, quæ sub Constantio & Constante conscripta videtur, quamque primus *Iacobus Godofredus* græce & latine edidit, & eruditissimis notis illustrauit *Geneuæ 1628. 4.* non plane est reticenda, licet perexigua sint, quæ Germanum lectorem iuuare possint, solam Treuerim concernentia, Gothorum quidem meminit, sed plane alieno loco, vtpote qui isthac tempestate non Rheno fuerunt propinqui & Galliæ, sed Istro & Thraciæ. Qui sub Constantio & proximis Imperatoribus vsque ad Theodosium vixit, AMMIANVS MARCELLINVS, adiungendus, homo quidem Græcus, & Valesio obseruante Antiochenus, e cuius *Historiarum* siue *Rerum gestarum*, a Neruæ principatu ad excessum vsque Valentis Imp. XXXI. Libris, qui post *Tredecim* primos soli ætatem tulerunt postremi *duo deviginti* rerum Germanicarum studioso sæpiuscule sunt euoluendi; *grauis enim*, iudice *G. I. Vossio*, *hic scriptor, plane ac serius & dignus qui ab omnibus ac Germanis præcipue ametur*, mirifice enim illustrat Germaniæ situm, illoque tempore scripsit, quo, vt Conringius annotauit, Franci, Alemanni & Burgundiones aliique Germanici Populi plurimum negotii facessebant Romanis in Gallia, Rhætia, Vindelicia, Norico & Pannonia, habuitque ille, quamuis gente Græcus res Germaniæ satis notas, quia iam sub Constantio & Iuliano Augustis stipendia meruit aduersum Germanos militans. Editiones vide apud Fabricium Libro III. c. XII. §. II. omnium optima *Iacobi* est *Gronouii*, qua Lindenbrogii & Valesiorum Notis, suas obseruationes, & variorum nummorum monimentorumque veterum Ammianum illustrantium icones addidit, prodiit *Lugduni Batauorum* 1693.

1693. f. & simul minori typorum charactere in 4. Nec plane est negligendum, quod post Marcellinum vel conscriptum vel interpolatum est *Itinerarium* ANTONINI, siue vt quidam volunt Antoninus Augustus ipse sit auctor, siue, vt in quibusdam Codd. MSCtis appellatur *Antonius Augustulus*, vel *Augustalis*, vel *Iulius Honorius* Orator, vel vti Barthianus Codex habuit *Antoninus Aethicus*, de quibus videndus *Fabricius Bibliotheca Latina* L. I. c. X. p. 175. Licet enim in eo nihil contineatur, quod illustret Germaniam Magnam, *Conringii* verbis iterum scribo, siue illam quae Romanis fuit trans Rhenum ac Danubium posita, sed duntaxat illas Galliae & Rhaetiae prouincias, in quas Germaniae populi penetrarunt sedesque locarunt, circa illa tamen loca, quae ad Germanos tum pertinebant, vsui esse potest. Huius Itinerarii Editio, quae cum HIERONYMI SVRITAE Commentariis *Coloniae 1600. 8.* edita, rarissima est. Accurata tamen quoque & praestans est illa, quae Tomo II. *Theatri Geographiae Veteris Bertii* exhibetur. Quae nuper prodiit elegantissima Editio, iam supra est annotata. Illud quoque MARCVS VELSERVS, *Augustanarum rerum* praeclaro opere emendauit. Quod itinerarium, insignesque Germaniae partes multum illustrat *Tabula Itineraria*, quam ex illustri PEVTINGERORVM Bibliotheca, prouidentia MARCI VELSERI, summi Viri, depromtam, *Antwerpiae* octauis segmentis aeri incisam edidit celebris Typographus *Ioannes Moretus*, postmodum Tomo II. *Theatri Bertiani*, vt supra iam indicaui, insertam. *Segmenta Tria priora*, cum primis addito ad priora duo Segmenta Commentario Velseriano huc maxime pertinent. Enimuero ex omni aeuo vetere nulla Tabula alia Geographica superest, fide

dignior

dignior Ptolemaicis, quæ Agathodæmoni Grammatico feruntur accepta. Quibus tribus e Segmentis Germanica Prouinciarum Galliæ, Rhetiæ & Pannoniæ itinera petere licet. Prioris in melioribus editionibus adpendix est *Libellus Prouinciarum* Galliæ, qui nonnullis itidem *Itinerarii* nomine venit, Prouincias Germaniæ Gallicas sistens, quo nomina Ciuitatum illarum Prouinciarum, cum a Romanis tum Germanis ipsis indita exprimuntur, cuiusmodi quid haut reperias alibi, modo, quæ Conringii suspicio est, non sint a manu recentiore vernaculæ nostræ istæ appellationes. Quædam quoque præsidia dant *Cosmographia* latini & Christiani Scriptoris *Aethico* communiter tributa, de quo legendus Fabricius l. c. L. I. c. X. §. 10. & Lib. II. c. VIII. §. 2. n. 1 atque cumprimis *Cosmographiæ Libri Quinque* quos Auctor Gothus Christianus, Iornande longe iunior, patria *Rauennas*, vnde *Geographus Rauennas* communiter audit, in fratris sui gratiam sæculo post Christum natum septimo, scripsit, quemque primus cum notis vulgauit *Placidus Porcheron* S. I. *Parisiis 1688. 8.* vtrumque & Aethicum, & Anonymum hunc, *Pomponio Melæ*, cum aliis monumentis addiderunt *Iacobus & Abraamus Gronouii*, editionibus præstantissimis, quæ *Lugduni Batauorum 1696. 8. & 1722. 8.* lucem viderunt; adiungenda demum, quæ his antiquior omnino est, Seculo Christiano V. Theodosio iuniore imperante conscripta, *Notitia vtriusque Imperii*, eruditissimo *Guidi Panciroli* commentario illustrata, atque *Venetiis 1593. f. Lugduni 1608. f. Geneuæ f.* edita, demum Thesauro Antiquitatum Romanarum Græviano *Tom. III.* inserta. Quæ quidem hæc notitia seruat, nihil nos docent ad Germaniam Magnam pertinens, ostendunt tamen, quemadmodum

dum quasi agonizans sese in Galliis habuerit Romanum Imperium, Rhætia, Vindelicia ac Norico a Germanis iam fere totis occupatis, & quia simul memorant præcipuas tum adhuc a Romanis possessas vrbes. Quorundam iam recensitorum auctorum, de rebus Germanicis narrationes excerptas dedit IOANNES PAPPVS Theologus, in vsum Scholarum historicarum Academiæ Argentoratensis, sub elogio *Germaniæ veteris Descriptionis*, ex probatissimis auctoribus Latinis & Græcis, scilicet Ammiano Marcellino, Antonini Itinerario, Notitia Dignitatum &c. *Argentorati 1591. 8.* apud *Antonium Bertram.* Copiosiora tamen & exactiora magis sunt horum auctorum Excerpta, quæ *Hermannus Conringius* Taciti de Moribus Germaniæ, Editioni, quam mox recensebimus, subiunxit.

§. VI.

Qui sub *Vespasiano* Imp. rationes Galliæ Belgicæ, vicinæ Germaniæ procurauit, atque A. C. XCVIII. Consulatu secundo Traiani, vti e Capite XXXVII. patet, scripsit C. CORNELIVS TACITVS, optimam de vetustis patriæ rebus, quantum a peregrino homine fieri potuit, notitiam conseruauit, præclaro *de Moribus Germanorum* libello, cui plura Germania, quam Plinio, Straboni, Ptolemæo debet. Aureum hunc nobis Germanis libellum primum forte edidit, *Andreas Iacobi*, Katharensis, qui *Diodori Siculi* Libris VI. a *Poggio* latine versis subiunxit *Venetiis 1476. f.* Excusus inde singulatim cura *Ioannis Rhagii*, Aesticampiani, *Lipsiæ*, in ædibus *Melchioris Lotteri 1509. 4.* porro *Basileæ, 1519. 8.* sumptibus *Ioannis Frobenii*, cui ex amicis quidam *Commentariolum* dedit, in quo paucis aperitur, quorum veterum Populorum

rum qui noui Populi hodie ſedes teneant, quem adiecit. An idem ille ſit cum Glareani commentariis, iis definiendum relinquo, quibus hanc inſpiciendi editionem occaſio ſubnata fuit, nam ipſe eam non vidi. Memorauit diligenter excusſitque, poſt *Michaelis Hertzii Bibliotheca Germanica* No. XXIII. & ſeqq. ac *Ioannis Alberti Fabricii Bibliotheca Latina Vol. I. p. 471. & Vol. II. p. 751.* curas, hos *Commentatores Conradus Fridericus Reinbardus*, Iuris & Philoſophiæ in Academia Halenſi quondam Profeſſor, erudita Præfatione *Opuſculis* Iuridico-Hiſtorico-Philologicis, *Ioannis Strauchii* Parti Primæ, præfixa, quos, additis recentioribus, ipſius quidem veſtigia ſecuti, adhibitis tamen ipſis, qui ad manus ſunt libris, dabimus. Primus, ni fallor, eſt HENRICVS GLAREANVS, Heluetius, Philoſophiæ Profeſſor in Academia Baſileenſi doctrina magis, quam moribus ornatus, qui Tacitum de moribus Germanorum Commentariolo illuſtrare adgreſſus, nihil quidem fere de publica re & moribus veterum Germanorum conſignauit, aperuit tamen breuiter, quorum veterum Populorum qui noui diuerſique Populi ſedes hodie teneant. Extant hæ obſervationes *Glareani* nomine, ſub *Commentarioli vetuſta Germaniæ Populorum vocabula paucis, & obiter alia quædam explicantis*, titulo in *Simonis Schardii* Scriptoribus Rerum Germanicarum *Tomo I. f. 179. 199. Edit. I. fol. 70. 76. Edit. 2.* Attulit quoque aliquam Tacito lucem PHILIPPVS MELANTHON, communis Germaniæ præceptor, dum vocabula Regionum ac Gentium, quæ recenſentur in hoc Taciti libello, pro ea, qua pollebat rerum patriarum notitia breuiter explicaret, qui libellus *Auguſtæ V. 1579. 8.* editus atque *Schardiano Tomo I.* eſt inſertus *f. 193.* vsque *199.* & in altera Editione *fol. 77.*

Quo tempore prodierint primum in lucem illæ *Castigationes*, quas conscripsit BEATVS RHENANVS, Selestadiensis, industrius rerum patriarum scrutator, nescio, quum primam harum editionem non viderim, ante Althamerum scripsisse puto, sunt vero ipsius *Rerum Germanicarum* Libris Tribus, Editionis *Argentoratensis Zetzneri 1610. 8. p. 375.* ad 404. additæ, quibus Taciti textum variis in locis emendat, & pro insigni rerum patriæ vetustarum, qualis tum erat, peritia, diuersis locis non temnendas adfert illustrationes. His prolixior est ANDREAS ALTHAMERVS, ortu Palatinus *Brenzius*, in *Scholiis* siue *Commentariis* suis varia doctrina refertis, quibus Germaniæ situm, limites, fertilitatem, populos, vrbes, vicos, nemora, fluuios, montes, priscorum cultorum originem, vocabula, mores, studia, religionem, mutatos deinde colonos nouosque habitatores, ea ratione indicauit, qua tum fieri poterat, cum tot subsidia non adessent scripturis, varia tamen admiscuit, quæ ad Taciti sententias inuestigandas non adeo necessaria nobis videntur. Extant *Schardiano* laudato *Tomo I. f. 1. seqq.* singulatimque ex *prima* forte *Editione*, licet Ioan. Albertus Fabricius Editionem *Noribergensem* An. 1529. 8. memoret, quæ magnanimis Principibus Georgio & Alberto iuniori Brandenburgi Marchionibus inscripta est, *Noribergæ* apud *Ioa. Petreium 1536. 4.* recusa sæpius, scilicet curis *Simonis Fabritii*, *Augustæ Vindelicorum*, 1580. 8. *Ambergæ*, typis *Michaelis Forsteri 1609. 8. Francofurti 1627. 8.* Idem fere de IODOCI WILLICHII, Reselliani, in Academia Viadrina, Medicinæ Professoris, *Commentariis* pronunciandum, quibus, præter Historias Zythi Germanici contra multos Scriptores, Succini contra plerosque, & Sueui fluminis

contra

contra omnes Geographos, multa a Taciti narrationibus in maiorem lucem ponendis aliena, sunt inserta, prodiere *Francofurti ad Viadrum*, per Ioannem Eichorn *1551. 8.* adiecti quoque *Beati Rhenani* Rerum Germanicarum Libris Tribus, Edit. Argentoratensis, *Lazari Zezneri 1610. 8. p. 405. Schardiano* non minus *Tomo I. f. 73. 178. & f. 38.* inserti. MICHAELIS BEVTHERI, Consiliarii Ecclesiastici Ottonis Henrici Electoris Palatini, & Historiarum in Academia Argentoratensi Professoris, *Commentarii*, absolutissimi quidem in titulo audiunt, sed non nisi vulgaria exhibent, post mortem etiam demum Viri, *a Ioanne Michaele Beuthero*, auctoris F. ex Schedis paternis, vna cum Notis ad marginem, *Argentinæ 1594. 8.* editi. IVSTI LIPSII *Obseruationes*, magnam partem criticæ sunt ad emendandum textum comparatæ, singulatim editæ, præfixa Præfatione *Hermanni Conringii, Helmstadii 1635. 8.* & sæpiuscule cum aliis in omnia Taciti Opera Lipsianis commentariis, quas Editiones curate, vt solet omnia, recenset celeberrimus Vir, *Ioannes Albertus Fabricius, Bibliotheca Latinæ Volumine altero, Capite XXI.* quibus Lipsianis Notis heic adiungendæ *Pompeii Lampugnani Collationes Notarum Lipsianarum, cum manuscripto Codice Mirandulano, Bergomi 1602. 8.* editæ p. 57. Laudem quoque eruditi Commentarii meretur CHRISTOPHORI COLERI, doctissimi in Academia Altorfina Iurisconsulti ac Philologi, *Hanouiæ 1602. & 1618. 8.* quo loca dubia & deprauata emendare & restituere conatus, eademque more suo erudite illustrauit atque e Scriptoribus cum Græcis tum Latinis ad Tacitum in luce ponendum varia studiose conduxit Germanorumque mores ac instituta cum aliarum Gentium apte comparauit. Maiori apparatu & exquisitissima

diligentia, illustrationem Taciti adgressus, PHILIPPVS CLVVERIVS, natione Porussus, ad percolendam Geographiam multis itineribus rite præparatus, qui omnia quæ ad Germaniæ priscæ rationes collustrandas facere possunt multo labore comparauit Operique ingessit, quod *Germaniam Antiquam* inscripsit, quo de patriæ finibus, populorum ortu, migrationibus, cultu, habitu, moribus, religione, re publica, consuetudinibus, re œconomica, & quæ ad notitiam gentis conducere videntur, congestis antiquorum scriptorum testimoniis iisdemque collustratis *Tribus Libris* exposuit, prodiit *Lugduni Batauorum 1616. f. 1624. f.* ex Officina Elzeuiriana & *1630. f.* alii *1631. f.* accessit singulari titulo præfixo eiusdem *Vindelicia & Noricum*, estque cum cura legendum omni rerum nostrarum veterum ingenue curioso, curateque expendendum; Compendium inde dedit IOANNES BVNO *Guelpherbyti 1663. 4.* Indice *Ioanne Alberto Fabricio Bibl. Lat. L. II. c. XXI. p. 751. Michael Virdungus*, *Notas* dedit, *Noriberga 1637. 8.* formis expressas, quas nunquam vidi. MATTHIAE vero BERNEGGERI Historiarum in Academia Argentinensi Professoris; *Ex C. Cornelii Taciti Germania & Agricola Quæstiones Miscellaneas* eodem moderante, Academicis Exercitationibus singulatim disputatas vnum in Corpus certumque ordinem ex B. Soceri mandato institutoque tributas, ipsiusque Annotationibus MSCtis passim auctas, edidit IOANNES FREINSHEMIVS, *Argentorati 1640. 8.* recusas *ibidem 1669. 8.* quibus non tam *Tacitum* atque relatas ab eo res explicauit, quam eiusdem narrationes ad Politicorum regulas examinauit atque petitis ex Historia Romana & Græca variis exemplis, collustrauit. Elegantissimæ illæ *Tres* IOANNIS STRAVCHII, ICti Ienensis

Ienensis eruditissimi *Dissertationes*, de *Indigenatu* scilicet *Germanorum*; De *modis acquirendi priscorum Germanorum*; *deque Armis Germanorum priscorum*, *eorumque ad Rempublicam vsu*, quos eo tempore, quo Lipsiæ latinam linguam & historias publice docebat, ex ipsis fontibus deduxit, mirifice hisce in articulis Tacitum illustrant. Sed Ienam ad ornandam Iurisprudentiam euocatus, hanc telam quam scitissime erat exorsus, deserere, quod dolemus, fuit coactus. Prodiere eædem primum *Lipsiæ* annis *1650.* & *1651. 4.* inde vero ex Autographo Auctoris auctæ & emendatæ, cura *Ioannis Georgii Kulpisii* Strauchiano *Specimini Institutionum Iuris publici*, *Francofurti 1683. 8.* additæ; *Tertium*, formis repetitæ inter *Strauchii Opuscula Iuridico-Historico-Philologica* rariora, procurantibus *Reinbardo* & *Knorrio*, *Halæ 1729. 4.* Parte I. Quæ cura HERMANNI CONRINGII prodiit Editio, ex præstantissimis est. Præter Notas enim Criticas, quibus ope & fide optimorum Codicum libellum emendauit, Collectionem selectam exhibet Monumentorum veterum de antiquo statu Germaniæ rebusque quales fuerunt donec quinto Christiano Seculo Imperii Romani Occidentalis Prouinciæ a Gentibus Germanicis fuerunt nouo & perpetuo dominatu occupatæ, quæque terras, mores, rem publicam & populorum varia discrimina recensent, nimirum 1) ex Caii *Iulii Cæsaris* Libro IV. & VI. de Bello Gallico Commentariorum Excerpta; 2) Excerpta ex *Strabonis* Geographiæ Libro IV. & VII. 3) Excerpta ex *Pomponii Melæ* Libro Tertio; 4) Excerpta ex C. *Plinii* Libro IV. naturalis Historiæ; 5) Excerpta ex C. I. *Solini* Cap. XIX. & XX. 6) Excerpta ex *Claudii Ptolomæi* Libro II. Geographiæ; 7) Excerpta ex *Ammiani Marcellini* Lib.

XV. & XXVIII. 8) Excerpta ex Itinerario *Antonini*; 9) Excerpta ex Libello Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ; 10) Excerpta ex totius Orbis Expositione; 1) Excerpta ex Notitiæ Imperii vtriusque Libro Secundo & Guidi Panciroli Commentario; 12) Excerpta ex *Philippi* Cluuerii Introductionis in Geographiam Libro tertio. De quibus omnibus præmissis cultissimis Præfationibus, deque vario antiquæ historiæ in rei publicæ nostræ negotiis vsu, grauiter & accurate exposuit obtrectatoresque tum non infrequentes scite confutavit. Prodiit *Helmstadii* primum *1635. 4.* inde *1652.* & ex tertia prioribus locupletiore editione *1679. 4.* inde *1687. 4.* qua sane rem pergratam iis præstitit, qui sumtibus necessariis destituuntur, quo minus tot sibi scriptores comparare queant. Excitatus magno hoc exemplo monitisque Conringianis GEORGIVS CASPAR KIRCHMAIERVS, in Academia Wittenbergensi Professor, qui in *C. C. Taciti de Germania* libellum, *Commentarium*; suis sumtibus *Witteberga 1664. 8.* edidit res moresque Germanorum veterum a suis Originibus per Notas criticas, historicas politicasque ac similes exhibentem, quas inter aliquot sunt fructuosæ ac dignæ habitæ, quas *Ioannes Fridericus Gronouius* acris Criticus iudicii doctissimorum hominum Commentariis adscripsit Operum Taciti editione præstanti sane, quæ *Amstelodami 1685.* duobus voluminibus in *8.* prodiit. Qui ad hunc libellum *Exercitationes XXV. seu Politico-Philologicos Discursus* congessit GABRIEL ACKELEY *Soræ*, typis *Henr. Krusii 1646. 8.* & CYRIACVS LENTVLVS in Academia Marpurgensi Professor, cuius *Germania cum vita Iulii Agricolæ Politicorum in Tacitum Commentariorum* Complementum, *Marburgi 1666. 8.* prodiit, huiusmodi obseruationes habent,

habent, quæ ad ſcriptoris ſcopum parum faciunt. Breuiter de vtilitate libelli, huiusque illuſtrandi ratione diſſeruit, HENRICVS MEIBOMIVS, iunior, *Programmate* docto, *publicis in Taciti Germaniam* Lectionibus præmiſſo, *Helmſtadii 1686.* 4. Obſeruationes plenæ optimæ frugis ſunt, quæ GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS patriæ egregius ſcrutator hiſtoriæ, *Excerptis veterum Auctorum* inque his *Taciti* etiam, *de Populis ad Viſurgim & Albim* habitantibus, *Tomo Primo Scriptorum Rerum Brunſuicenſium, Hanoueræ 1707. f.* edito, inſertis, addidit; IOANNIS vero CHRISTOPHORI VETTERI Notæ *Chriſtian-Erlangæ 1714. 8.* editæ, decerptæ ſunt ex antea indicatis, iuuenumque captui accommodatæ. Maiorem eruditionem omnino ſpirat laudemque præcipuam meretur IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI Hiſtoriarum & Politices in Academia Viadrina Profeſſoris Ordinarii & Societatis Scientiarum Berolinenſis Sodalis *Perpetuus & Pragmaticus Commentarius, Francofurti ad Viadrum 1725. 8.* editus, rerum patriarum cultoribus enixe commendandus. Etenim doctiſſimus Vir, qui vſum antiquæ Germanorum hiſtoriæ, ſuis, Conringii & aliorum ſapientiſſimorum Virorum argumentis ſcite commendauit, Commentarium hunc, ad illuſtris Thomaſii, monita, diligenter adornauit, idque erudite egit, vt Germanorum & Romanorum mores exponeret & inter ſe conferret: ex priſcis dein Germanorum inſtitutis, variorum Iurium & Conſuetudinum in Germania origines, atque riuulos inde dimanantes progreſſu temporis, aperuit: Populorum denique non ſolum deſignatas probabiliter ſedes, nominum ipſorum etymologicam disquiſitionem ac res geſtas memorabiles, ſed & qui & quando factum fuerit,

 vt in

vt in Allemannorum, Francorum, Saxonum, aliasque Societates magnas coaluerint, ea, qua in vetustissimis eiusmodi rebus fieri potest accuratione, commonstrauit, vtque vsui in re publica esse posset lectio, elaborauit. In textu *Conringii* Notas Criticas fere secutus, easdemque reliquis prætulit, inque Appendice ea de caussa integras recensuit. Notas insuper *Aegidii Lacarrii* e Societate Iesu Claromontini, ex eius *Historia Coloniarum a Gallis in exteras Nationes missarum*, *Montalbani 1649. 4.* edita, atque *Godefridi Guilielmi Leibnitii* ex eius Tomo Scriptorum Rerum Brunsuicensium primo, vt & quasdam obseruationes ex *Iacobi Gronouii* Oratione *de Batauorum in Insulam suam immigratione*, cum integram *p. 172.* Commentarii promissam, dare haut licuerit adiecit: Tabulas ad postremum Geographiam Germaniæ Veteris & Medii æui & Antiquitatum Germanicarum, Ius præsertim Germanicum Publicum & Priuatum illustrantium Descriptionem, & C. Cornelii Taciti Vitam promittit, quas Commentationes omnes, qui viri doctrinas norunt, auide expectant. *Versionem Germanicam*, nouam, post IACOBI MYCILLI, *Francofurti ad Mœnum 1612.* & MELCHIORIS GROTNIZII, *ibidem 1657. 8.* editas, cultiorem elegantioremque dedit IOANNES THEODORVS IABLONSKY, Regi Porussiæ a Consiliis Aulicis & Societati Scientiarum Berolinensi a Secretis, in omnibus tamen locis genuinum sensum adsecutus haut videtur doctissimus Vir, in primis sub finem *Cap. XIX.* Notæ, quas ad collustrandam Taciti mentem, ex optimis Commentatoribus decerpsit, breues quidem sunt, sed electæ.

§. VII.

§. VII.

Poſt inſtauratas auſpicato in Germania bonas literas æuo Friderici III. & Maximiliani I. Auguſtorum, excitati fuere, magni animo, ingenio, doctrinaque Viri, qui ex romanis, græcis, atque domeſticis, quæ tum extabant monimentis, de variis patriæ antiquitatibus, nullo certo ſcopo intenti, commentarios condiderunt. Quod argumentum tractarunt CONRADVS CELTES, qui *Germaniam illuſtratam* habuit in manibus, ita enim Vir ſummus dedicatione Operum Hroſwithæ, ad Fridericum Sapientem Saxoniæ Electorem: *Acceſſit mira mihi quadam* hiſtoriarum germanicarum vicinarumque nobis nationum *cupido, vt ſi quos inueniſſem de Regibus & Imperatoribus noſtris codices, aut illorum clare geſta aut dicta ab externis vel noſtratiis literis mandata, illos in lucem ederem, aut ad* Illuſtratam noſtram Germaniam, *quæ in manibus eſt, insererem, aut argumenta ſcribendi acciperem;* inque Præfatione, qua *Libros quatuor Amorum* Maximiliano I. Imp. dedicauit, ſub finem de eodem opere ſubiungit: *Ego non minori gloria hominem Germanum philoſophiæ ſtudioſum dignum exiſtimo, qui patriæ ſuæ linguæ fines & terminos, gentiumque in ea diuerſos ritus, leges, linguas, religiones, habitum denique & affectiones corporumque varia lineamenta & figuras viderit & obſeruauerit, illaque omnia in illuſtrata Germania noſtra, quæ in manibus eſt, fauentibus germanis noſtris numinibus & tuæ inclytæ Maieſtatis præſidio & auxilio* Quatuor Libris particularibus Gentium Tabulis, *explicemus.* Sed præclarum hoc opus non fuit perfectum, præterque ea quæ de Germaniæ rebus & Hercynia ſylua in his *Quatuor Amorum Libris*, poeta attigit, *Germaniam Generalem*, vti inſcripſit,

siue de *Situ & Moribus Germaniæ* Poema dedit, primæ Editioni Librorum Amorum, quæ *Noribergæ 1502. 4.* prodiit, subiunctum, inde vero SIMON SCHARDIVS *Tom. I. f. 445. Germaniæ antiquæ illustratæ* inseruit. Qui manibus ac pedibus laborauit, nocte dieque cogitauit, quonam pacto Germania nostra ac partim Gallia pro sua dignitate illustrari queant IOANNES AVENTINVS, vti hisce verbis ad *Ioachimum Vadianum* Vrbis S. Galli Decurionem ac Consulem an. 1530. scribit, quæ *Epistola* in Centuria Vna Philologicarum a *Goldasto* editarum Epist *XLIX. p. 187.* extat, summo studio congessit Opus *Illustratæ Germaniæ* Libris X. vide *Capita Rerum quibus illustrabitur Germania ab Auentino, modo contingat benignus Mecænas,* excitatæ Epistolæ subiuncta *p. 188.* Sed præclarissimum opus non vidit lucem. Sic circa eadem tempora, habitos in prandio erudito apud *Matthæum Langium*, Maximiliani I. administrum principem, eruditorum sui æui Mæcenatem, sermones, annotauit curiose & erudite CVNRADVS PEVTINGER, Augustanus, non huius vrbis tantum, sed Germaniæ decus, quos inde *Conuiuales* inscripsit, qui *Sermones Conuiuales, in quibus multa de mirandis Germaniæ Antiquitatibus referuntur*, prodierunt primum *ex officina litteratoria Ioannis Prus, Argentinæ, in ædibus Thiergarten. recognoscente Matthia Schurerio 1506. 4.* recusi *Argentorati 1530. 4.* SCHARDII quoque *Tomo* laudato *f. 404.* inserti, a GEORGIO SCHVBARTO, V. C. demum *Ienæ* cum aliis bonæ notæ eiusdemque fere argumenti opusculis, *1683. 8.* in manus eruditorum, reductos, quibus quatuor capita sunt per δειπνοσοφιςας Langianos, interprete Peutingero, disputata. Nimirum I) Leonis IX. Pont. Max. testimonio comprobatur Ossa diui Dionysii Areo-

Areopagitæ, non in Gallia, sed Ratisbonam inde translata, ibique ad S. Emeranum condita fuisse. II) Paulum Apostolum vxoratum extitisse, quodam Epistolæ D. Ignatii Martyris ad Philadelphienses loco euincitur. III) Ex veterum quorundam auctorum Plinii, Melæ & aliorum relationibus adseritur, Indiæ Orientalis incolas pridie, vel tempestatis vi compulsas, vel commerciorum caussa ad Occidentalium Germanorum littora subinde adpulisse; neque adeo insoliti aliquid committere Lusitanos, qui hac tempestate primi illorum oras ob idem negotium frequentare tentauissent. IV) Denique eoque amplissimo Capite, & quod maximam libelli partem absoluit, præeunte *Iacobo Wimphelingio* operose, & cum insigni doctrinæ adparatu ostendit: *Quod Cisrhenanæ Ciuitates ab Agrippina ad Argentinam & aliæ a C. Iulii Cæsaris Dictatoris & superiori tempore non Gallis, sed vel Germanis, vel Romani Imperii Cæs. Aug. vel Regibus semper paruerint.* Eruditam & ampliorem libri recensionem lege in V. C. LOTTERI *Historia Conradi Peutingeri*, *p.* 47. BILIBALDI PIRCKHEIMERI, Norici, Consiliarii Maximiliani I. *Germaniæ ex variis Scriptoribus perbreuis Explicatio*, quæ *Hermanno Nuenario* Comiti inscripta est, de populis, Prouinciis, ciuitatibus, harumque nominibus, montibus, syluis, fluminibus, finibus vltra Vistulam & ad Tanaim vsque, ea qua tum fieri poterat ratione, exponit, sed ipse modestus vir eam σκεπτίκην appellat, edita est cum aliis viri Opusculis cura *Melchioris Goldasti Francof.* 1665. *f.* editis *f.* 94. atque a SCHARDIO Tomo I. f. 200. inserta. Huc quoque pertinent, IACOBI WIMPHELINGII, Selestadiensis, *Epitomes Germanicarum Rerum*, singulatim, *Hagenouiæ* 1524. & *Marpurgi* 1562. 8. editæ,

editæ, quæ & in *Tomo I. Schardiano, f. 349.* comparet, priora Capita. Copiosiores sunt BEATI RHENANI, itidem Selestadiensis, *Rerum Germanicarum*, Libri Tres, quibus rogatu quorundam amicorum, de Prouinciis Romanis, quas a sinistra Rheni fluminis, a dextra Danubii ripa, contra veterem Germaniam, Romani possederunt, & illarum statu, quo videlicet gubernatæ sint modo, præsertim sub posterioribus Imperatoribus, qui videlicet Constantinum illum Magnum insecuti sunt, tum, quemadmodum illæ sint, collabente iam Imperio Occidentali, non a Francis modo, sed & ab Alemannis, siue Sueuis, Marcomannis, Nariscis ac Quadis occupatæ; proinde populorum istorum emigrationes, & mutatas in ipsa ante Germania veteri sedes, quantum ipsi, tum possibile fuit, explicuit. Porro de veteribus Francis, Alemannis, Saxonibus & ceteris paulo prolixius egit, nihil tamen attulit, quod non ex auctoribus quos habeat sit sumtum, eaque persecutus est, quæ postquam illi Romanorum inuasere prouincias, accidisse comperit, tum de cultu specieque earum gentium pauca. Princeps horum Librorum editio ex officina *Frobeniana* prodiit *Basileæ 1531. f.* reuisi & emendati præmissa Vita ipsius Beati Rhenani, a *Ioanne Sturmio* eleganter conscripta, *Argentorati*, sumptibus *Lazari Zezneri 1610. 8.* cum adfinibus ipsius *Rhenani, Willichii, Pirckheimeri, Nouiomagi*, & *Celtis*, & ex parte iam laudatis Opusculis atque ad Taciti Germaniam commentationibus, tertium cura *Ioannis Ottonis, Vlmæ 1693. 4.* recusi, additis notis, quæ quidem compilator Otto iuxta primarium Collegii Historici Imperialis scopum adornare voluit tamen maximam partem aliena & proletaria attulit. Huiuscemodi generales antiquitates tra-

ctant

ctant quoque ex parte FRANCISCI IRENICI, gentilitio nomine *Friedlieb* dicti, *Ettelingiacensis*, tum Collegii diuæ Catharinæ Heidelbergensis moderatoris, *Germaniæ Exegeseos* Volumina duodecim, *Hagenoæ* typis & formulis præsente castigatoreque auctore ipso *1518.* impressa *Francofurti* *1570. f.* sed non adeo plene, recusa, & nuper etiam cum rariora essent cura & studio IOANNIS ADAMI BERNHARDI, Scholæ Hanouiensis Rectoris *Hanouiæ 1728. f.* cum Variis Notis in manus eruditorum reducta. Sistunt hi libri Germaniam veterem, mediam & nouam, maxime vero huc spectant, bini priores, qui raram eo tempore viri lectionem commonstrant, e græcis enim ac latinis scriptoribus conduxit, quæ huc faciunt. Qui, sub titulo *Farraginis Antiquitatum Alamannicarum* de *Collegiis & Monasteriis Germaniæ veteribus*, commentatus fuit Consul Sangallensis rei germanicæ peritissimus IOACHIMVS VADIANVS, ab hac classe librorum plane non est excludendus, ipsa enim pleni bonæ frugis libri inspectio docebit, plura eum exponere, quæ primas patriæ antiquitates illustrare possunt, adhæret hic commentarius Rerum Alamannicarum Scriptoribus *Goldastinis*. Plura huius argumenti capita tractauit patrio stilo IOHANNES IACOBVS WAGNER de WAGENFELS, Eques Ordinis Christi, Augustissimi Romanorum Regis, cui a studiis historicis fuerat, Historicus & Politicus *im Ehrenruff Teutschlands, der Teutschen und ihres Reichs*, *Viennæ 1692. f.* quo de Origine Germanorum, bonis naturalibus regionum, ciuitatibus, ædificiis, lingua, moribus, ingenio, opibus, viribus virtuteque bellica, potentia Imperatorum Domus Austriacæ, Carolo M. & sequentibus inde Impp. ad Leopoldum M. Regum Galliæ cum Germanis

manis contentionibus & Regno Germanorum agit, nouis antiqua miscens. Nuper prodiere CASPARIS ABEL, *Teutsche und Sæchsische Alterthümer der Teutschen und Sachsen, Brunsuici 1729. 8.* quo libro auctor res veteres Germanicas, maiores, nomen, originem, primas patriasque sedes, migrationes, bella, diuersos populos & regna, Reges, Principes, illustres Familias, Pagos, Prouincias, Religionem, mores, instituta veterum Germanorum & Saxonum exponere voluit, sed destitutus fuisse videtur, vir diligens & eruditus, iustis librorum subsidiis.

§. VIII.

Præter hos generales Antiquitatum patriarum Scrutatores, *Scriptorum Græcorum Romanorumque* locis variis, quibus *res Germanæ* memorantur, lux insignis adfusa est singularibus scriptionibus, maxime academicis, a doctissimis Viris elaboratis, minoribus quidem illis, bonæ tamen frugis, quarum quasdam indicabimus. Primam Germanorum in Romanas prouincias excursionem ex græcis & latinis auctoribus succincte exposuit CHRISTOPHORVS CELLARIVS de *Cimbris & Teutonis, Halæ 1701. 4.* Doctissimus enim Vir, cum ad bonas literas & historias docendas in nouam tum Academiam Fridericianam euocatus esset, & barbaræ ac inficetæ latinitatis Scriptores mediæ ætatis formidaret, vt muneri ex parte satisfaceret, antiquissima Germaniæ percolenda sibi sumsit, inde Eiusdem Dissertationes: *de Bello Iulii Cæsaris aduersus Ariouistum; Halæ 1702. 4.* (de quo *Ariouisto* & Præside IOANNE GEORGIO KVLPISIO, Dissertatio proposita fuit *Tubingæ* 4. quæ tamen inter collectas viri illustris non extat, & forte respondentem auctorem

ctorem habet,) de *Claudii Drusi Expeditionibus maxime Germanicis, Halæ 1702. 4.* de *Cæsare Germanico, Halæ 1704. 4.* alia: *Initia cultioris Germaniæ,* ostendit *Halæ 1703. 4.* Cellarii discipulus ANDREAS IVLIVS DORNMEIERVS, Dissertatione de *Germania nunquam a Romanis subacta, Halæ 1705. 4.* scite ex antiquis scriptoribus docuit Germanos inter se grauiter dissidentes, atque non semper fœderum vinculo nexos singulatimque pugnantes a Romanis quidem subinde victos, & triumphatos specie sæpe magis quam veritate, nunquam tamen plene sub iugum missos. *Arminii Cheruscorum Ducis*, Patriæ Liberatoris, varios laudatores singulari §. dabimus. *Vannii* Regis, a Romanis *Quadis* dati res & regionem inter Marum Chusumque amnem adsignatam illustrauit FRIDERICVS WILHELMVS SOMMERVS, Tractatione, quam *Regnum Vannianum* inscripsit, *Vratislauiæ 1722. 4.* simul antiquæ Historiæ Silesiacæ primordia complexus. De *Italo, Cheruscorum Rege, ex C. Taciti Annal. XI. 16.* qui Romæ educatus atque a Claudio Imp. suffultus, libertati patriæ grauis fuit, exposuit singulari Diatriba ADAMVS RECHENBERGIVS Historicus tum Lipsiensis, quæ singulatim in 4. prodiit postea Dissertationibus ipsius *Historico-Politicis* in 8. P. I. n. IX. inserta. Quod *Tacitus Annalium Libro XIII. c. 57.* breuiter, more suo, memorauit, prœlium acerrimum de Salinis Cattos inter & Hermunduros, variis eruditis coniecturis plenius definire voluit GEORGIVS CASPAR KIRCHMEIERVS Dissertatione *de bello prælioque de Salinis Cattos inter & Hermunduros, Witteberga 1688. 4.* Nec omittenda est *Columna cochlis M. Aurelio Antonino Aug. dicata, eius rebus gestis in Germanica atque Sarmatica expeditione insignis, breuibusque annotationibus illustrata*

ſtrata a IOANNE PETRO BELLORIO *Romæ*, ex Chalcographia *Dominici de Rubeis 1704. f.*

§. IX.

Seruant quoque *Romanorum* in *Germania* memoriam *varia* eorundem *monimenta*, *Lapides*, *Inſcriptiones*, quarum ſolertem inquiſitionem debemus viris de poſteritate egregie meritis. Enimvero iuſſu mandatoque diui Imperatoris *Maximiliani*, ſtudiorum hiſtoricorum inſtauratoris in Germania maximi, ope Societatis literariæ Auguſtanæ CVNRADVS PEVTINGERVS *Romanæ vetuſtatis Fragmenta in Auguſta Vindelicorum & eius Diœceſi*, collegit, quæ *Anno Chriſt. Salut.* M. D. V. *VIII. Kls Octobr. Erhardus Ratoldus Auguſtenſis impreſſit* fol. plag. 3. & dimidia. Quam *primam* Editionem excepit *ſecunda*, hoc indice ſignata: *Inſcriptiones vetuſtæ Romanæ & eorum Fragmenta in Auguſta Vindelicorum & eius Diœceſi; cura* & diligentia CHVONRADI PEVTINGER *Auguſtani antea impreſſæ, nunc denuo reuiſæ, caſtigatæ & auctæ: excuſæ in ædibus Ioannis Schœffer, Moguntiæ menſe Auguſto Anno M DXX. fol.* Locupletiorem horum monimentorum editionem parauit MARCVS VELSERVS inſcriptam: MARCI VELSERI, *Matthæi F. Inſcriptiones antiquæ Aug. Vind. duplo auctiores quam antea editæ, cum notis; cum priuilegio Venetiis* an. CIↃ IↃ XC. *apud Aldum 4.* Poſt hæc, cum quadriennii ſpatio expleto, idem ſummus vir, typis *Venetis*, ſuos *de rebus Auguſtanis* Commentarios, primum ſubmiſiſſet, retractauit ſimul hæc monumenta, &, mutatis, correctis, additis haut paucis, *Appendicis* inſtar illis adiunxit, denique *vltimum*, impreſſa illa fuerunt, inter omnia Velſeri Opera *Chriſtophori Arnoldi* ſtudio edita *Norimbergæ 1672. f. p. 357.* ad *p. 436.* Demum, cum

cum MATTHIAS FRIDERICVS BECKIVS *Monumenta Iudaica Augustæ Vindelicorum reperta*, ibidem *1686. 8.* ederet, Mantissæ titulo, *III. Monumenta Romana in Supplementum* Operis Velseriani, addidit. Quam Editionum curatam recensionem debemus V. C. LOTTERO, in pererudita *Historia Conradi Peutingeri p.44. sq.* Peutingeriano nobili exemplo excitati præcipuarum Germaniæ Vrbium eruditi, qui veteris æui reliquias, res Romanorum in Germania gestas illustrantes, vel memoriam conseruantes, conquisiuerunt, commentariisque eruditis illustratas ediderunt. Quod in primis fecit IOANNES HVTTICHIVS, qui *Collectanea Antiquitatum in vrbe & agro Moguntino repertarum, Moguntiæ ex ædibus Ioannis Schœfferi* Mense Martio MDXX. fol. plag. 10. vulgauit, tabulis ligneis incisa; PETRVS vero APIANVS postea in *Inscriptionibus sacrosanctæ vetustatis, Ingolstadii* anno *1534. f.* euulgatis *f. 465.* ad *484.* iterum expinxit. Quæ *Hutticbiana Collectanea*, quum rarissima essent, celeberrimus vir *Georgius Christianus Ioannis* æri incisa, doctissima præfatione illustrata, *Tomo III. Scriptorum Rerum Moguntinarum* inseruit, præterque breues ad hæc monimenta adnotatiunculas tria adiecit additamenta, nimirum, I) quæ de Mole glandiformi, *(Eichelstein)* siue vt quidam putant *Cenotaphio Drusiano*, *Wilhelmus Ernestus Tenzelius* in Dialogis vernaculis An. *1689.* mense Augusto editis sensit; II) *Drusilacii*, seu potius Pyramidis illius, in agro extra mœnia Moguntina Drusi in honorem olim, vt volunt, positæ, figuram, quam *Ioannes Crato Hiegell* Archiater Confluentinus, e Matthiæ Dieffenbachii Catalogo Abbatum D. Iacobi in Monte speciosо desumsit, ac ære expressam *Collectaneorum* suorum *Specimini Tab. I. n. 2.* inseruit, vna cum vlteriori, quam e

documentis confecit eruditissimus *Ioannis*, illius Descriptione; III) Monumenta aliquot alia, tum in vrbe Moguntia, tum in agro illi circumiecto reperta, quæ Huttichius non habuit, *Browerus* vero, *Hiegellius*, aliique seruauere. De eadem *mole glandiformi* CHRISTIANVS quoque GOTTHELF BLVMBERGIVS V. D. M. tum castrensis in obsidione Moguntina exposuit libello lingua latina edito hoc titulo: *Monumentum Drusi Moguntiæ obuium 1690. 4.* & deinde *Chemnitii*, germanica lingua iterum edito auctoque 1697. recuso *1700. 12.* quo in sententia fuit, eam molem non opus quoddam esse manu extructum, sed natiuam quandam viuamque rupem, quam confutarunt, qui opus accurate inspexerunt *Tenzelius & Hiegelli* iam laudati. *Impp. P. Ael. Adriani & M. Aur. Probi Vallum & Murum, vulgo, die Pfal-Heck, Pfalrayn, item, die Teuffels-Mauer*, *dictum*, illustrauit IOANNES ALEXANDER DOEDERLEIN, Schediasmate historico erudito, *Norimbergæ 1723. 4.* edito, cuius muri & valli rudera, in Agris Nordgauiensibus, Bauaria citeriore, Episcopatu Aureatensi, seu Aichstadiensi, Agris Ordinis Teutonici, Marchionatu Brandenburgico-Onoldino & adiacentibus Terris Sueuicis conspicienda, putatque ad agrorum Nordgauiensium aduersus Germanos defensionem fuisse extructa.

§. X.

De *originibus* & *migrationibus Gentium antiquissimarum*, hasque inter Germanicarum maxime, ingeniosæ sunt Meditationes summi Viri & hisce in rebus sane curiosi, GODOFREDI GVILIELMI LEIBNITII, quæ insertæ sunt Miscellaneorum Berolinensium T. I. Ab Hermete Trismegisto, qui S. Moysi, ex auctoris opinione est

Chanaan

Chanaan, Tacito *Tuito*, Mercuriusque scriptoribus ceteris gentilibus, Celtis *Dites*, Germanicæ gentis origines, repetere conatus fuit WILHELMVS CHRISTIANVS KRIEGSMANNVS, Consiliarius quondam Leiningensis & Hasso-Darmstadtinus, *Coniectaneorum* de *Germanicæ Gentis origine*, Libro uno, post fata viri, cura *Ioa. Vlrici Pregizeri*, *Tubingæ 1684. 4.* edito, quo virorum doctorum opiniones, qui *Ascenatem* Germanorum conditorem faciunt, Philippum scilicet Melanchthonem & Cluuerium confutat. *Persicam originem* Germanis tribuit PICCARTVS, Oratione, qua Germanos Persarum fratres esse, docere voluit, quam tamen non vidi; in Professoris enim Altorfini Collectione *Orationum Academicarum* ea non prostat. *Germanos indigenas* esse, scripta ad *Petrum Iacobi*, *Arlunensem*, Epistolica Dissertatiuncula opinatus HENRICVS BEBELIVS, Iustingensis, quæ cum aliis Bebelianis edita, *Tomo I. Schardiano f. 237. ad f. 241.* comparet. De *Originibus Germanicis*, siue temporibus Germaniæ priscis, obscuris maximam partem & fabulosis, breues theses historicas, in vsum Auditorum & supplementum compendiorum Historiæ Germanicæ, concinnauit Giessensium Professor Historicus CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AYRMANN, *Giessæ 1724. 4.* *Primam Germanorum Notitiam* in scriptoribus antiquis inuestigauit ANDREAS IVLIVS DORNMEIERVS Dissertatione *Halæ 1705. 4.* habita *de prima Germanorum Notitia.* De *Germaniæ* Nominis origine, qui ad *Taciti* de moribus Germanorum *Caput II.* commentati fuere, sententias varias protulerunt. Qui vero singulatim scripsere, hic aliquot indicandi: IOANNES HENRICVS EGGELINGIVS, Reipublicæ Bremensi a Secretis

Cancellariæ, eruditus & diligens patriarum antiquitatum perſcrutator, *Miſcellaneis Germaniæ Antiquitatibus* Diſſertatione Prima, de *Vocabulo Germaniæ*, *Bremæ 1694. 4.* edita, vbi *Cimbros* primum, cum a Mario cæſi, *Plutarcho* in *Vita Marii* teſte, per *Legatos* SIBI, FRATRIBVS*que agrum & oppida poſcerent, quæ ad ſedes ſuas ponendas eſſent ſatis*, GERMANOS vocatos fuiſſe cenſet. Singularis ſententiæ auctor, WILHELMVS HIERONYMVS BRVCKNERVS Iuriſconſultus Ienenſis, pietate & doctrina inſignis, qui Programmate Decanali *Friderici Henrici Graffii*, Lipſienſis, Diſſertationi auſpicali, de more *Ienæ* 1709. d. 20. Nov. præmiſſo, Quæſtionem tractauit: *An Iuſtinianus Imp. recte vſurpauerit Titulos* Germanici, *& Alemannici*, hacque occaſione, nouam deriuationem Vocis *Germanorum* propoſuit, quam a *Gera* Thuringiæ fluuio, deduxit, ſtatuens; *Thuringos* primum *Germanos a Gera* fuiſſe dictos, ſupponens Tungros, quorum Tacitus meminit eſſe Thuringos, quam opinionem ampliori expoſitione veri ſimilem ſe facturum mihi promiſit. Idemque eruditiſſimusVir FRIDERICVS ZOLLMANNVS Schediaſmate inedito fecit.

§. XI.

Rerum Germanicarum vetuſtarum expoſitiones eruditas a *Religione* ordiar. Introductionis quaſi loco argumento *Germaniæ Sacræ veteris* eſſe poterit nobiliſſimum opus Domni IACOBI MARTINI *(Iacques Martin)* Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri, cuius Specimen ſub titulo: *La Religion des Gaulois, tiree des plus pures Sources de l' Antiquite, Pariſiis 1727. 4.* fuit editum, quo de Principiis Religionis Nationum Celticarum vetuſtiſſimarum, quibus cum veteribus Gallis,

Gallis, Britonibus aliisque ab Ibero ad Boristhenem populis, Germani nostri continebantur, magna ingenii & eruditæ industriæ laude exposuit, inprimis vero a publica Religione arcanam illam & philosophicam *Druidum* separauit. Idem argumentum, maxime de *Diis Germanorum vniuersalibus*, exemplo Seldeni excitatus, ante eum tractauit ELIAS SCHEDIVS, qui de *Diis Germanis, siue de veteri Germanorum, Francorum, Britannorum, Wandalorum Religione*, Syntagmata quatuor collegit, *Amstelodami 1648. 8.* apud *Elzeuirios*, edita, quibus, iuuenis tum, varia erudita compilauit, quandoque tamen digressionibus longioribus & paullo alienioribus & coniecturis indulsit, quod tamen auctori iuueni tractanti rem vetustatis caligine obsitam, condonandum, quæ iusto digerere iudicio sexto & vicesimo ætatis anno morte præuentus haut potuit, paterque, non vt scribit Iacobus Longus Bibliotheca Francica, filius, *Georgius Schedius* Scholæ Gustrouiensis tum Rector partum postumum publicauit. Cum vero Liber perrarus esset, præmissa V. C. *Ioannis Alberti Fabricii* Præfatione, additisque copiosa allegata referentibus *M. Ioannis Iarkii*, Stadensis, Notis & Obseruationibus & Appendicis loco adiecta *Io. Georg. Keysleri Dissertatione*, de *cultu Solis, Freii & Othini* editus fuit, *Halæ 1728. 8.* Huc quoque apprime faciunt plenæ egregiis doctrinis IOA. GEORGII KEYSLERI, Societatis Regiæ Londinensis Socii, *Antiquitates Selectæ Septentrionales & Celticæ*, quibus plurima loca Conciliorum & Capitularium explanantur, Dogmata Theologiæ Ethnicæ Celtarum Gentiumque Septentrionalium cum Moribus & Institutis Maiorum nostrorum circa Idola, Aras, Oracula, Templa, Lucos, Sacerdotes, Regum Electiones, Comitia & Monu-

menta Sepulchralia vna cum reliquiis Gentilismi in Coetibus Christianorum, ex monimentis optimis & potissimum ineditis praeclaro studio, conquisitae & figuris aeneis illustratae *Hanouerae 1720. 8.* nitide editae, quibus insertae doctissimi Auctoris: Exercitatio de DEA Nehalennia, cum Conspectu Operis edendi de Germania veteri Gentili; Conspectus Operis de Diis Maiorum nostrorum; Dissertatio de Visco Druidum; Disquisitiones: De interdicto Carnis equinae esu; De Compotationibus sacris Maiorum nostrorum; De Mulieribus fatidicis Veterum Celtarum Gentiumque Septentrionalium, speciatim de Matronis & Matribus, Druidibus Foeminis, Volis, Geniis, Alirunis; Velleda, Aurinia, Ganna, Iettha &c. Iure Cunnagii reliquiisque Gentilismi in Coetibus Christianorum; Descriptio vrnae Sepulcralis in Agro Neilingensi Veteris Marchiae, mense Septembri 1719. erutae. *De Germanorum antiquorum Idololatria* ad loca quaedam Taciti, pro ratione temporum, quibus Germanica nondum culta, generaliter disputarunt M. SEBASTIANVS KIRCHMAIER Vffenheimensis & Respondens M. IOA. CHRISTOPH. SCHWEIGGER Onoldinus, *Witteberga 1663. 4. Originem & incrementa cultus Idololatrici Veterum Germanorum, Giessae 1727. 4.* breui Dissertatione, qua aliorum sententias strictim refert, commonstrauit CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AYRMANNVS, Historiarum ibidem Professor. Vti in aliis rebus, ita etiam de Diis & sacris caerimoniis ad Taciti libellum prouocatur, huius vero tanquam hominis peregrini de mysteriis huiusmodi narrationes, non adeo magni ponderis esse demonstrare conatus CHRISTIANVS BARTHOLOMAEVS RICHARDVS, Bibliothecae Ienensis Praefectus, obseruatione singulari,

gulari, *De Tacito in Historia Germanorum DEOrum dubio & fallaci*, *Ienæ 1720. 4.* non addito auctoris nomine, locique mentione omissa, prodiit. Multum ad illustrandam curatius de *Sacris Germanorum* rem, contulit curiosa *Deastrorum* cum *Vniversalium* tum *singularium & topicorum* peruestigatio, quam plures doctissimorum hominum susceperunt. Vt a *Saxonibus*, nobilissima gente, incipiam, vniuersim de *prisco Saxonum gentilismo* HENNINGIVS exposuit, cuius tamen commentationem non vidi. De *septem veterum Saxonum Deastris* VERSTEGANI Angli Cogitata, ex Anglico transtulit CHRISTOPHORVS ARNOLDVS. De famosissimo Saxonum Idolo, *Irmensula Saxonica*, hoc est, eius Nominis Idoli siue Numinis Tutelaris apud antiquissimos Saxones paganos culti & a Carolo M. destructi *Descriptione* rebusque variis huc pertinentibus HENRICVS MEIBOMIVS, Senior, Professor Historiarum Helmstadtinus præclarum condidit Commentarium, *Helmæstadii 1612 4.* & inter opuscula a Nepote in 4. iunctim edita atque *Tomo III. Rerum German.* eiusd. Nepotis, atque doctus Iurisconsultus Westphalus, ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACHIVS Dissertatione *de Statua illustri Arminii, Liberatoris Germaniæ*, *vulgo Hiermensul*, *Lemgouiæ 1698. 8.* in origines huius cultus inquisiuit, eosque confutauit auctores, qui a Mercurio vel Marte deriuarunt, ac probatum iuit, illa numina Germanis haut cognita fuisse, de loco, luco, sede ac Fano *Herminsulæ*, quod in monte *Hermiensburg* ad flumen Ambram non procul a Schiderenburgo & pago Hagen, designauit, de structura, figura ac forma, cultu, thesauro, abolitione subiungens. De *Ostera Saxonum*, docti Viri LVNEBVRGI MVSHARDI breuis Disquisitio extat.

De *Idolis* cultis in faucibus montium Hercyniæ, *Pustero*, *Vetere Germanorum Idolo*, IMMANVEL WEBERVS *Giessæ 1716. 4.* deque alio *Crodone* Hartesburgi IOANNES MICHAEL HEINECCIVS, Disquisitione singulari, quæ ipsius ac *Leuckfeldii* Scriptoribus Rerum Germanicarum fuit inserta, egerunt. De *cultu religioso arboris Iouis praesertim in Hassia*, erudita, vt alia omnia, prostat Dissertatio V. C. IO. HENRICI SCHMINCKII, *Marburgi 1714. 14.* qua primum de Lucis & arboribus sacris Germanorum, in primis Quercu, deque Sacrificiis in nemoribus immolatis agit, post ea vero de Quercu siue Robore magnitudinis miræ in Hassia, quo anno fuerit destructa atque de loco *Geismar*, vbi steterit, curiose inquirit, quod ante eum, sed breuiter fecerat HENRICVS VAGEDES, Historiarum & Eloquentiæ in Academia Rintelensi Professor, *Quaestione IV. Historicarum Quaestionum*, Operibus Academicis insertarum, *p. 293.* inscripta: *Quid de Arbore Iouis (von der alten Eichen bey Geißmahr a S. Bonifacio in Hassia prope Geismariam succisa statuendum sit?* quique earundem Quæstionum prima commonstrarat, *Iodutam*, vocem Saxonicam non a DEA, sed a trophæo Lotharii II. Saxonis in loco prœlii cum Henrico V. Imp. positi, cui S. Adiutorii nomen inditum fuit, esse deriuandum, quam sententiam an fuerit amplexus GERARDVS A MASTRICHT Bremensium quondam Syndicus doctissimus *Epistola* de *Ioduta MSCta*, iis indicandum relinquo, quibus inspiciendi eam data fuit potestas. *Antiquitates Gentilismi Nordgauiensis*, diligenter & erudite inuestigauit, scriptione germanica, doctissimus Vir IOA. ALEXANDER DOEDERLEIN, *Ratisbonae 1734. 4.* editas. Qui *Sueuiam Gentilem*, Dissertatione Academica, adumbratam dedit

dedit GEORGIVS IACOBVS MELLINVS, Lindauia Acronianus, *Ienæ 1695. 4.* vulgaria fere maximam partem de Diis Germanorum attulit; De *Tanfana* DEA, culta in templo quodam, quod Germani Romanis finitimi ad huius gentis exemplum, annis plusquam LXXX. ante Taciti tempora extruxerant, & poſtea, teſte Tacito L. I. Annal. a Romanis fuit ſolo æquatum, cogitationes varias publicauit PETRVS WINSLOVIVS *Farragine Arctoa*, *Hafniæ 1704. 8.* edita. *Nebalenniæ* priſcæ *Zelandorum* DEAE numen & nomen docti apud Belgas viri illuſtrarunt, ex quibus hic memoramus binos libellos belgica lingua ſcriptos: MARCI ZVERII BOXHORNII, Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſoris, ſub titulo: *Bedieninge van tot noch toe onbekende Afgodinne Nebalennia; over ettelike hondert Iaren onder t' ſant begrauen, ende onlangs entdeckt, op het Strandt van Walcheren*, Tot *Leyden 1647.* inſertus eſt hic libellus a *Blancardo Collectaneis Medico-Phyſicis*, vel *Ephemeridibus Belgicis*, Centur. III. Obſerv. XI. alter prodiit hac inſcriptione: *Antwort op de Vragen, voorgeſtelt over de Bedieninge van de gemeine Herkomſte van de Griecken, Romeynen ende Duytſche tale uyt den Schyten duydelick beweſen, ende verſcheyden Outheden van deſe Volckeren ontdeckt ende verklaert worden*, ibid. *1648.* plures excitauit iam laudatus IOA. GEORG. KEYSLERVS, qui de *Dea Nebalennia numine veterum Walachrorum topico* Exercitationem Hiſtorico-Philologicam luculentam compoſuit, ex ſecunda correctiore editione *Antiquitatibus Septentrionalibus & Celticis*, inſertam.

His de *Diis Germanorum* ſcriptoribus iungendi, qui *de Gentium Borealium*, & *Slauicarum Deaſtris* expoſuere, quum hæ gentes cum Ger-

manicæ linguæ fuerint, tum diuersas Germaniæ regiones tenuerunt, & varias paganias & superstitiones reliquerunt. Generalem rerum ad paganismum *Cimbriæ* & varios quoque Deastros ipsius Germaniæ pertinentium, farraginem compilauit TROGILLVS ARNKIEL Præpositus quondam in Holsatia Apenradensis, scripto germanico Hamburgi edito hac inscriptione: *Cimbrische Heyden-Religion, was unsere Vorfahren, Cimbrischer Nation die Sachsen, Güthen, Wenden und Fresen, nebst ihren Religions-Verwandten denen Teutschen und Nordischen Vœlckern für Gœtter, Opffer, Gœzendienste, Gebete, Fest-Tage, Altarn, Haynen, Kirchen, Priester, Obrigkeit, Ehestand, Schulen, Zaubereyen, Weissagungen, Oraculn, Tauffe, Leich-Begængnisse und Begræbnisse gehabt, desgleichen, was sie von der Welt Schœpfung und Regierung, von guten und bœsen Engeln, von Landstraffen und Trübsalen, vom Tode und der Seelen Vnsterblichkeit, der Auferstehung der Todten, Vntergang der Welt, und ewigen Seeligkeit, auch Verdamniß geglaubet, Hamburgi* duabus Partibus, quarum prior *1690.* altera *1704. 4.* prodiit, quo opere inter varia aliena, & dubia, bona & singularia mixta. Alios de veterum Septentrionalium Idololatria recensuit V. C. *Nicolaus Petrus Sibbern Bibliotheca Dano-Norvegica* c. IX. §. II. seqq. quales sunt ARNGRIMI IONAE, Islandi, Epistola *de Diis Populorum Borealium*, ad Stephanum Ioannem Stephanium an. *1632.* scripta & ab eodem Stephanio in Notis ad Saxonem Grammaticum *p. 141.* edita. *Taurolatriam Cimbrorum* expositurus est THOMAS BRODERVS BIRCHERODIVS, Ottoniensis in Fionia Gymnasii Professor, qui prelo maturum seruat librum, quem *Taurum Cimbricum* inscripsit, quo XXX. Capitibus Animalis huius

huius cultum apud antiquos Gothos, Cimbros, Septentrionales aliosque orbis terrarum Populos vſitatum olim fuiſſe docuit. *Idola Slauorum* erudita Diſſertatione, iuuenis tum enarrauit IOANNES PETRVS A LVDEWIG, quæ ſingulatim edita eſt Diſquiſitio *Witteberga* & illata iam Viri illuſtris *Miſcellis Opuſculis*, cui iungendum HECTORIS GODOFREDI MASII, Schediaſma Hiſtorico - Philologicum, de *Diis Obotritis, ſeu Idolis Mecklenburgenſium* & præcipue de *Radegaſto*, celebri olim Idolo, cuius in oppido Gadebuſch reliqua veſtigia, cum Notis Andreæ Borrichii *Hafniæ 1688. 8.* & inter Diſſertationes eius Academicas, *Hamburgi 1719. 4.* editas, *p. 1040.* Nomina *DEOrum a Romanis cultorum*, inſimul vero quorundam Germaniæ locorum antiquitates, egregie illuſtrauit, celeberrimi vir nominis IOANNES GEORGIVS ab ECKHART, Diſſertatione *de Apolline Granno Mogouno, in Alſatia nuper detecto, Wirceburgi*, typis Henrici Engmann, 4. qua lapidem Romanum Horburgi, quod oppidum in Alſatia ad illum fluuium, inuentum & inſcriptione: Apollini Granno Mogouno, conſpicuum, poſt Cl. Morelli Mauturii, explicationem exponit, atque Deos locales varios, Thermarum item Aquisgranenſium, & Wisbadenſium, nec non Colmariæ, Argentariæ, Argentorati, aliorumque Alſatiæ & Germaniæ locorum antiquitates quasdam breuiter exponit.

§. XII.

Huius *Idololatriæ*, introducta licet chriſtiana doctrina, variæ hinc inde, maxime apud plebem ruſticam *Reliquiæ*, de quibus extirpandis variæ proſtant Leges. Maxime huc facit *Indiculus Superſtitionum & Paganiarum Seculi VIII.* a Reuerendiſſimo

diſſimo Paderbornenſium Præſule FERDINANDO FÜRSTENBERGIO, ex Bibliothecæ Vaticanæ Palatinis Membranis primum editus, *Monimentisque* ipſius *Paderbornenſibus additus* & ab Hermanno Conringio de Origine Iuris Germanici Libro, Edit. III. & *Stephano Baluzio* Capitularibus Regum Francorum, atque *Caſpare Sagittario* Antiquitatibus Gentiliſmi ac Chriſtianiſmi Thuringiaci inſertus, quem erudito Commentario operoſe illuſtrauit, HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS, Iurisconſultus Bilefeldenſis Weſtphalus, Rerum patriarum non leuiter peritus, Tractatu *de Statu Religionis & Reipublicæ, ſub Carolo M. & Ludouico in veteri Saxonia ſiue Weſtfalia & vicinis regionibus, Lemgouiæ 1711. 4. p. 144. ſeqq.* qui varia doctrina refertus Tractatus ad argumentum §. præcedenti tractatum & Paganiſmi in Germania abrogationem quam maxime facit. In hunc *Indiculum, Commentariolum,* pro inſigni illa in rebus patriis notitia ſine dubio egregium confecit IOANNES GEORGIVS ECCARDVS, qui tamen, quod dolemus, MSCtus in ſcriniis celebratiſſimi Viri latet. Aliam *Paganiam* luce doctrinæ ſuæ, quam in rebus patriæ habuit egregiam, illuſtrauit doctiſſimus Gymnaſii Guelpherbytani Rector IOANNES REISKIVS Diatriba, quam inſcripſit; *Kurze ſowohl hiſtoriſche als vernunfftmaſſige Unterſuchung, des beym alten Teutſchen gebræuchlichen Heydniſchen Nodfyrs, und des daher aufgekommenen heutigen NothFeurs, ingleichen des Oſter- und Iohannis-Feuers, Francofurti & Lipſiæ 1696. 8.* quod argumentum, breui primum Programmate Scholaſtico, poſtea copioſius, hac vernacula ſcriptione tractauit, Indiculumque Paganiarum Saxonicarum retulit, & ſingulatim

gulatim de fine & ratione huius ignis ex ligno vel funibus, vi ad depellendos morbos animalium quadrupedum a ruricolis, excitati, historice & physice egit. Quæstionem: *An ipsa nocte Cal. Maii annuus Strigum conuentus habeatur?* peruestigauit, HENRICVS VAGEDES, quæ *Quæstionum Miscellanearum* est V. Operum Academicorum *p. 282.* vbi inter alia originem a conuentu ad ædem Walpurgis virginis Anglicanæ A. C. DCCL. mortuæ atque in cœnobio Heidenheim sepultæ, ad cuius tumbam die Kalend. Maii ingens muliercularum & hominum turba confluxerit, repetere voluit. Qualis sit MARTINI DIEFENBACHII Commentatio *de Nedfri*, indicare non possum, quum eam non viderim.

§. XIII.

Si *Philippo Cluuerio*, Germaniæ Antiquæ *Libro I. c. XXIV.* Locum Diogenis Laertii prœmio, his verbis: παρά τε κέλτοις καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ σεμνοθέους εἶναι φασι, de Germanis interpretanti, aut *Auentino* Annal. Boiorum *L. II. c. VI.* fides adhibenda, Germania quoque, quos Gallia olim aluit, habuit suos *Druidas*, *Theologos & Philosophos*, magnæ quoque in Republica auctoritatis, haberentque illi *Scriptores*, qui de his Gallorum *Druidibus* commentarios fecerunt, heic quoque locum. Quem sane merentur, dum hi auctores, quando de Druidibus exponunt, varia admiscent, quæ ad *Literaturam omnium Gentium Celticarum* adeoque *Germanicarum* facere videntur. Dedit iam talium librorum, laboriosissimus Presbyter Oratorii, huiusque Congregationis Parisiis Bibliothecarius *Jacques le Long*, *Bibliotheque Historique de France* Libro I. Cap. III. curatam expositionem, vnde, ad-

ditis

ditis meis, aliqua decerpam. Præter iam laudatum supra p. 20 IACOBI MARTINI *de Religione veterum Gallorum* Commentarium, quo ingeniose & curate Philosophiam & Theologiam Druidum exponit, memorandi IOANNIS PICARDI, Toutretiani, *de prisca Celtopædia* Libri Quinque, quibus admiranda priscorum Gallorum eruditio ostenditur, *Parisiis 1556. 4.* Idem exponunt: *Les Fleurs & Antiquitez des Gaules, où il est traité des anciens Philosophes Gaulois, appellez Druides, avec la Description des Bois, Forests, Vergers & autres Lieux de plaisir situez près la Ville de Dreux,* par *Iean* le FEVRE Prêtre natif de Dreux, *Paris 1532. 8.* atque in primis: *Histoire de l' Etat & Republique des Druides, Eubages, Sarronides, Bardes, Vacies, anciens François, Gouverneurs du Païs des Gaules, depuis le Deluge jusqu' à la venüe de Iesus Christ, avec leur Loix, Police, Ordonnances & Coûtumes,* par *Noel* TAILLEPIED, Cordelier, *Paris 1585. 8.* IANI CAECILI FREY *Philosophia Druidarum*, inter Opuscula alia viri latina, *Parisiis 1646. 8.* edita est. THOMAE SMITH Angli, *Syntagma de Druidum moribus & institutis*, *Londini 1664. 8.* atque e nostris Germanis IOANNIS FRIDERICI SCHARFII, Prof. Lipsiensis, Meletema Historicum *de Gallorum Druidis*, Dissertationis Academicæ forma *Witteberga*, sine temporis mentione 4. propositum, idemque egit ESAIAS PVFENDORF, illustris postea Suecorum administer, tum apud Lipsienses artium magister docta Dissertatione de *Druidibus*, *Lipsiæ 1650. 4.* edita, postea Opusculis summi Viri curante *Ioanne Petro Ludewigio*, iunctim editis *Halæ 1699. 8. p. 30. seqq.* inserta, & VLRICVS OBRECHTVS, qui breui sed docta, de *Philosophica Celtica*, Dissertatione, respondente *Ioa. Caspare Kuhn*, *Argentorati 1676. 4.* habita,

habita, post modum Academicis viri Opusculis *No. XIII. p. 270.* illata, varia scriptorum antiquorum loca collegit sciteque illustrauit, ac denique CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, *Veterum Instituta Druidum*, itidem ex scriptoribus Græcis & Latinis, more suo, accurate & eleganter excutiens, quæ scriptiuncula *Wittebergæ 1697. 4.* alias proposita extat *Disputationum Historico-Ciuilium* Tomo *Edit. Lipsiens.* N. LIV. *Berolin.* vero N. LVI. Quibus coniungendus diligens olim patriæ antiquitatum inuestigator CHRISTOPHORVS WAEGEMANNVS Pastor Pagi Vnter-Aspach prope oppidum Gunzenhusum, in Opusculo germanico non inerudito: *Entwurff von dem Druiden Fuß am Haynen Kamm und an der Altmühl*, quo breuem Sciagraphiam amplioris Operis sistit. De *Visco Druidum*, germine scilicet quercubus adnascente, Germanis *Mistel*, horumque Philosophorum circa viscum superstitionibus, eruditam ad D. *Iacobum Douglas* scripsit Dissertationem IOANNES GEORGIVS KEISLERVS, ipsius *Antiquitatibus Septentrionalibus & Celticis p. 303.* insertam, qua occasione variorum rituum in patria nostra origines indicauit. Scripserat ante eum FRANCISCVS MEINARDVS, in academia Pictauiensi orationem de *Visco Druidarum*, quæ prima est Orationum ipsius legitimarum *Augustoriti - Pictonum 1614. 8.* editarum, qua Iurisprudentiam a Druidibus sub Visci simulacro fuisse adumbratam, persuadere voluit, comparationemque parum scite instituit. Doctrinas potiores *Druidum*, si recte percepit, *Cæsar* de *Bello Gallico* L. VI. c. XIV. commemoravit. In *Philosophiam moralem Germanorum medii æui* inquisiuit, qui rerum huius temporis peritissimus est IOANNES GEORGIVS SCHERZIVS, ICtus Argen-

Argentoratensis Dissertatione *Argentorati* exposita. Ad locum vero Taciti de Moribus Germanorum Cap. XIX. solide commentatus, electissimæ eruditionis Vitembergensium Polyhistor, IOANNES GVILIELMVS BERGERVS, scita Dissertatione, quam: *Priscus Germanus non illiteratus*, inscripsit, *Witebergæ 1722. 4.* qua docuit, ea verba, non de notis & characteribus scribendi, sed de libellis amatoriis interpretanda. Quas literas amatorias ignorasse Germanos breui scripto asserere voluit KOENIGSMANNVS de *Literarum amatoriarum apud Germanos ignoratione*, quod non vidi. *Veterum recentiorumque Germanorum Scholas, solitas & solidas*, ex antiquitate & monimentis medii æui adumbrare voluit, Præside IOANNE DAVIDE KOELERO, Professore Historiarum Altorfino *Carolus Christianus Hirschius, Altorfii 1725. 4.* cuius laborem, addita doctissima Epistola, suppleuit Præses eruditissimus, de re scholastica medii æui commentans. Quas mediæ ætatis Scholas, Franco-Germanicas ampliore apparatu ex optimis Scriptoribus commemorauit, IOANNES LAVNOYVS Constantiensis, Theologus Parisiensis cordatus doctissimusque præclaro Libro *De Scholis celebrioribus, seu a Carolo M. seu post eundem Carolum per Occidentem instauratis, Parisiis 1672. 8.* quem cum *Ioa. Mabillonii Itinere Germanico*, addita Præfatione recusum dedit *Ioannes Albertus Fabricius*, V. C. *Hamburgi 1717. 8.* Alios Auctores qui de *vetustissimis Galliarum Scholis* agunt, quique de re literaria Germanorum antiqua quandoque quædam exponunt, lege apud *le Long*, *Bibliotheque Historique de France* Lib. IV. Cap. IV. Art. I. Nec deerant antiquissimis Germanis POETAE. Nam BARDI, teste *Ammiano Marcellino* L. XV. c. IX. *Fortia*

virorum

virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus Lyræ modulis. cantitarunt. Sed periere carmina illa antiqua, de quibus *Ioannes Aventinus*, teste *Gesnero* in Bibliotheca sua agere voluit *Germaniæ suæ illustratæ & in X. Libros distinctæ*, Libro primo, putauitque se inspexisse talia, quibus Tacitus quoque fuerit vsus, quæ Carolus M. conscripserit, recentiores corrupere, sed insignis illius viri tractatio non est edita, habuitque forte recentiora Auentinus. Non pauca erudite de veterum Germanorum Poesi commentatus GEORGIVS DANIEL MORHOFIVS *im Vnterricht von der Teutschen Sprache*, Capite VI. *p. 279.* seq. M. CAROLVS ORTLOB, Silesius, docta Dissertatione de *variis Germanæ Poeseos ætatibus*, *Lipsiæ 1654. 4.* egit & post hosce paucula ex antiquis, & recentioribus auctoribus compilavit M. IOANNES LAVTERBACH, Scholæ Ienensis Rector, Dissertatione *de Carminibus Veterum Germanorum*, *Ienæ 1696. 4.* iam laudata, plures a docto Viro editas fuisse, non reperi. *Historiam Poetarum Germanorum*, ab vltima antiquitate, vsque ad finem Seculi decimi quinti sub manibus se habere scribit, atque promittit IOANNES GEORGIVS ECCARDVS Præfatione ad Historiam Studii Etymologici Linguæ Germanicæ, quæ an fuerit perfecta, nescio.

§. XIV.

In notitiam eorum *Scriptorum*, qui de *Lingua Germanica* vicinarumque fuere commentati, egregie introducit, Viri de lingua veteri Germanica insigniter meriti IOANNIS GEORGII ECCARDI, Professoris tum in Academia Iulia, *Historia Studii Etymologici Linguæ Germanicæ hactenus impensi*, *Hanoueræ 1711. 8.* vbi Scriptores

plerique recensentur & diiudicantur, qui in origines & antiquitates Linguæ Teutonicæ, Saxonicæ, Belgicæ, Danicæ, Suecicæ, Norwegicæ & Islandicæ, veteris item Celticæ, Gothicæ, Francicæ atque Anglo - Saxonicæ inquisiuerunt, aut Libros studium nostræ linguæ criticum promoventes alios ediderunt, quibus accessere notationes quædam de Lingua Venedorum in Germania habitantium, tandemque proprium de Lexico Linguæ Germanicæ Etymologico componendo consilium aperitur. Commentarius sane egregius multorum & reconditorum in hoc studii genere librorum notitiam recludens. Idem illustris Viri GODOFREDI GVILIELMI LEIBNITII *Collectanea Etymologica illustrationi Linguarum Veteris Celticæ, Germanicæ, Gallicæ aliarumque inseruientia*, cum Præfatione docta in lucem produxit *Hanoueræ* 1717. 8. duabus Partibus, quibus sane præclara Linguam patriam & alias Antiquitates illustrantia variorum Auctorum monimenta rariora, vel plane nondum edita, prostant. Ante eum GEORGIVS DANIEL MORHOFIVS ediderat: *Vnterricht von der Teutschen Sprache und Poesie deren Fortgang und Lehrsazen*, *Kilonii* 1682. & præfatione erudita auctum *Lubecæ* 1700. 8. quem pulcherrimum Commentarium, ipse peritissimus iudex Eccardus vocat, quo præstantiam & antiquitatem linguæ nostræ attollit, atque ab ea Græcam Latinamque deducere voluit, exemplis sententiam quam elegerat confirmans; quam sententiam quod ad *Latinam*, IOANNES LVDOVICVS PRASCHIVS Senatus Ratisbonensis Princeps *Dissertationibus de origine Germanica Latinæ Linguæ*, *Ratisbonæ* 1686. 4. editis tueri annisus fuit, putauitque Germanicam linguam habere se instar matris, Latinam filiæ; imo Germanicam esse,

quæ

quæ radices veras latinæ linguæ possideat, putat ille, non Tuscos solum, a quibus Germanica vocabula in Latium transierint, sed Gallos quoque & Galatas, Hispanos, Britannos, Celtas & Scythas Germanicam originem habere: & bella Celtarum cum Italis crebra, commercia, hospitia & colonias Germanicas voces in Italiam detulisse, aliquas deinde radices statuit, ex quibus plurima Latina & Germanica vocabula deducit, vide alia viri doctissimi argumenta apud *Eccard.* c. l. *p. 243.* Ad Celticam originem asserendam Linguæ patriæ inclinat CHRISTIANVS GRÜBELIVS Gymnasii Mindensis Rector, scripta ad *Rudolphum Cublemannum & Senatum Mindensem* Disquisitione, erudita sane & multæ lectionis, de *Lingua Germanorum veteri & hodierna, Mindæ 1690. 4.* qua post expositas variorum de linguæ Germanicæ origine sententias, eandem *Celticam* antiquam esse coniicit, indeque de modis conseruandi & propagandi Linguam Germanicam, de mutationibus & variis Linguæ Teutonicæ ætatibus atque dialectis disseruit. Vernaculam nostram omnino e *Scytica* ortam expositis primum, vti fieri solet, aliorum opinionibus docuit de *Originibus Linguæ Germanicæ*, breui Dissertatione IOHANNES LAVTERBACH, Philosophicæ Facultatis Adiunctus, & Scholæ Senatoriæ Ienensis Rector, *Ienæ 1689. 4.* Adsiduus adhuc fuit in condenda lingua patria *Historia Linguæ Germanicæ* IOHANNES AVGVSTINVS EGENOLFF, Scholæ Grimmensis doctus Magister, cuius *Parte Prima*, quæ *Lipsiæ 1716. 12.* fuit edita, post laudatos breuiter egregios quosdam viros, qui de Lingua Germanica vsque huc scripserunt, docet Linguam Germanicam e confusione Babylonica haut esse repetendam. *Altera Parte*, quæ *Lipsiæ 1720. 12.* prodiit, disquirit de

natura, indole, figura literarum & scripturæ Germanicæ a primo hominum in oras Germanicas aduentu ad vsque Caroli M. tempora, adseritque omnes Europæ incolas germanico idiomate vsos, pluraque vocabula linguæ huius primæ in hodierna nostra vernacula superesse. In concinnanda *Tertia & Quarta* huius Opusculi *Parte* elaborat, quibus commonstrabit, vsitatas hodie in Europa linguas omnes filias esse matris linguæ Iapheticæ, siue Cimbricæ; Ætates præterea varias Linguæ Germaniæ huiusque indolem qualis nunc est docebit, *Literatorem* quoque *Celtam* promittit, quæ expectamus auctorique pereruditο subsidia atque otium optamus. *Treuirorum*, veteris Germaniæ Populi, singularem *Linguam* singulari diligentia inuestigauit CHRISTOPHORVS BROWERVS, Socius Iesu, *Annalium Treuirensium*, magna cura scriptorum *Proparasceues Cap. X.* Dissertatione inserta, de *Veteris Populi Treuirorum Lingua*, a *Simone Paulli*, solerti Argentoratensium Bibliopola *Miscellis Antiquæ Lectionis monumentis*; Numero III. adiecta, qua eam non fuisse Francorum linguam, quæ modo Gallis vsitata, neque Græcam, neque Germanicam, sed eandem, quæ Galatarum in Asia, adiecit inde Legem Ludouici Pii A. & Lotharii Cæsaris F. lingua Francica scriptam, atque ex MSCto Bibliothecæ primarii Templi Treuerici editam. Cuius *Francicæ Linguæ* indolem illustrauit speciminis veluti loco breuiter, MARQVARDVS FREHERVS, dum *Tomo Primo Rerum Germanicarum Scriptor. f.* 71. Formulas Fœderis Ludouici Germaniæ & Karoli Galliæ Regum Pii Filiorum, Magni Nepotum, quod apud Argentoratum Anno DCCCXLII. percussum est, vtriusque Linguæ monimentum antiquissimum ex Archetypis restitutum & παραλλήλως

Notis

Notis expositum, inseruit, & Quæstionem adiunxit, *qua proprie Lingua Francorum Reges vsi?* quod quidem elegans est, nostris tamen temporibus copiosiorem apparatum non Linguæ tantum, sed omnis Antiquitatis patriæ in pretiosissimo illo Thesauro habemus, quem ad gloriam non sui nominis tantum, sed Germaniæ omnis adornauit magnis curis IOANNES SCHILTERVS, inscriptus: *Thesaurus Antiquitatum Teutonicarum Ecclesiasticarum, Ciuilium, Litterariarum* Tomis Tribus, *Vlmæ 1728. f. Primus* Sacra continet Monumenta: Francica, Alemannica, Saxonica: Biblica & Ecclesiastica. *Alter*: Ciuilia; Leges, Bella, Triumphos &c. Morales item Alemannorum Paræneticos. *Tertius*, qui huc maxime facit, *Glossarium Teutonicum* Schilterianum, non Scriptoribus solum & Linguæ inseruiturum, sed & Antiquitatibus abundans. Opus tot votis expetitum e Museo *Ioannis Christiani Simonis*, ICti & Syndici Campodunensis, qui illud ære suo a Schiltero redemerat, prodiit, curauit vero, plurima monimenta ad Codices MSCtos studiose castigauit & emendauit, Notas & aliorum & suas plurimas magno studio addidit IOANNES GEORGIVS SCHERZIVS ICtus Argentoratensis eruditissimus, Præfationes egregia doctrina refertas præmisit IOANNES FRICKIVS nominis celebratissimi Theologus. Opus exquisitissimæ diligentiæ est *Glossarium,* quod *Lipsiæ 1737.* duobus Volum. f. edidit V. C. IOANNES GEORGIVS WACHTERVS tot Linguarum Septentrionalium peritia ceterisue præsidiis, quæ linguarum studium poscit, præclare instructus, qui Specimen *Glossarii Germanici* Lipsiæ 1727. 8. dedit.

§. XV.

Habitum Corporum Germanorum, descripsit oculatus testis *C. Tacitus* de M. G. *Cap. IV.* ipseque caussas virium corporis *Cap. XX.* ex parte aperuit, magis tamen solicite inquisiuit doctissimus Medicus & Historicus HERMANNVS CONRINGIVS singulari Libro de *Habitus Germanicorum Corporum antiqui & noui caussis*, *Helmstadii 1666. 4.* & nuper cum Annotationibus historico-medico-physicis *Ioannis Philippi Burggrauii* Doctoris Medici, *Francofurti ad Mœnum 1727. 8.* quo docet vir summus, doctissimusque commentator, simplicitatem ciborum & potus, moderatam venerem, exercitia corporis, tolerantiam frigoris, pronitatem in cibum & somnum, frequentissimas lotiones, proceritatis virtutisque corporum caussas extitisse, quæ peregrino luxu introducto, cuius species variæ indicantur, mutata sint mirifice. *Rem vestiariam* & quæ adfinia sunt, crudite illustrauit celeberrimus Helmstadiensium tum Professor GOTTLIEB SAMVEL TREVERVS, *Anastasi Veteris Germani Germanæque cum integro vestitu comparentis*, *quorum effigies rarissima in vrna prope Bostampium* (in Marchia) *cum aliis reliquiis*, figuris æneis exhibitis, *inuenta*, *Helmstadii 1729. 4* Morum, virtutumque Germanorum laudator per omnem libellum idem *Tacitus*, quæ laus ab hoste profecta sane est multum æstimanda. Conquisiuit ad argumentum hoc facientia plura, dum *ad verba Taciti de Moribus Germanorum Cap. XIX. n. 6. Plus ibi valent boni mores*, *quam alibi bonæ leges*, *Discursus suos Historico-Politicos* conderet M. CHRISTIANVS GRÜBELIVS, Magister tum Ienensis, postea Osnabrugensis Gymnasii Rector, quorum *Prior Ienæ 1668. 4. Posterior*, *ibid.* eod. anno prodiere.

diere. De Pudicitia, & *literarum amatoriarum apud Germanos ignoratione* extat ſcriptio KOENIGSMANNI, quam tamen non vidi. *Varias Virtutes Germanorum*, ad ductum huius Taciti, commonſtrare voluit IOA. HENRICVS LOEDERVS, Lipſienſis Magiſter, Diſſertatione Hiſtorico-Morali, de *Germanorum veterum Gloria e ſuis Moribus*, *Lipſiæ* 1689. 4. In Ritum Germanis Rheni accolis ab Epigrammatiſta Græco *Lib. I. c. XL.* tributum, quod pater natum infantem faſciis conſtrictum in Rheni fluentis alueum præcipitarit, pudicitiam matris, vim & robur parentis an ſoboles referret exploraturus, docte inquiſiuit, is quem ſæpe laudauimus iam CHRISTIANVS GRÜBELIVS, *de probatione liberorum per Aquam, an ea vſu recepta fuerit apud veteres Germanos ideo, vt per eam fœtum ſpurium a legitimo ſecernerent*, *Ienæ* 1671. 4. de quo & breui ſcriptiuncula expoſuit *Kœnigsmannus de immerſione Infantum in Aquis Rheni.* De Ritibus forenſibus Scriptiones inter Forenſes res indicabimus.

§. XVI.

Statum Coniugalem, & quæ circa eundem ex antiquitate obſeruanda, mirifice illuſtrat cultisſima illuſtris Viri NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII, de *Emtione Vxorum, Dote & Morgengaba*, Diſſertatio, quæ *Halæ* 1722. 4. eſt edita. Ante eum diligens monimentorum Germanicorum inueſtigator MARCVS WAGNERVS, Frimarienſis, breui vernaculo ſcripto exponere voluit: *Der uralten Teutſchen Eheſtandt, ſampt einer Prophezeyung Elgeri Grafen zu Hohnſtein von Teutſchlandt*, *Erfordiæ* 1583. 4, quo nuptiis Friderici Wilhelmi I. Ducis Saxoniæ & Sophiæ Wirtenbergicæ gratulatur & ex veteri & media hiſto-

ria inter alia quædam castitatis & priscæ continentiæ exempla collegit. Quædam argumenta de *diuersis* Germanorum *Statibus* attigit Anonymus, vernaculus Scriptor, qui dedit: *Gedancken von dem Vrsprung und Vnterscheid des Adelichen Burger und Bauerstandes in Teutschland, eines zwar Vnteutschen* (ita fingit A.) *iedoch großen Liebhabers der Teutschen Antiquitæten, Coloniæ ad Rhenum* (locus itidem fictus) 1710. 4. *Nobilitatis Germanicæ* conditionem ad varia Taciti aliorumque veterum Scriptorum loca commentando erudite eruit DANIEL GEORGIVS STRVBE Dissertatione *de Origine Nobilitatis Germanicæ & præcipuis quibusdam eius Iuribus, Lugduni Batauorum* 1718. 4. *Halæ* recusa. Quædam huc facientia & IOANNES WILHELMVS GOEBEL Dissertatione *de Statu Nobilitatis Germanicæ, Helmstadii* 1719. 4. edita, obseruauit. De *dominica* in *Seruos* apud Germanos cum veteres tum medios potestate Seruorumque meliore, quam apud Romanos fuit, conditione, varias easdemque plenas bonæ frugis & obseruationum singularium habemus Commentationes. MELCHIOR GOLDASTVS, qui res patrias perspectissimas habebat, tractauit olim fructuosum argumentum, deque *Seruitute Germanorum antiqua & noua* Libros promisit *Notis* ad *Burcardi Casus S. Galli cap. VII. p.* 131. sed non perfecit, collectanea forte in Bibliotheca Magnifici Senatus Bremensis latent. Dolendum quoque, editumne an promissum VDALRICI ZASII, magni in Germania Friburgi in Brisgouia Iurisconsulti, *de Germanorum Seruis* libellum periisse, vixerat enim Zasius in iis prouinciis, vbi frequentissima moris patrii vestigia, atque singulariter erat doctus. Bene tamen est, quod hæc materies a doctissimis nostro æuo viris sit curate pertractata. IOANNES

NES enim NICOLAVS HERTIVS, eruditiſſimam de *Hominibus Propriis* Diſſertationem *Gieſſæ 1682. 4.* propoſuit, qua de Seruitute ſub Francorum Imperio, Seruorumque Conditione poſt Merouingicum & Carolidarum Regnum in Germanico Imperio, & de hodierni temporis hominibus propriis, more ſuo ſolide fuit commentatus. Extat Opuſculorum Voluminis I. Tomo II. p. 157. vel æmulatione motus CHRISTIANVS THOMASIVS, vel vt plenius extaret hoc argumentum, iterum tractauit de *Hominibus propriis & liberis Germanorum, Halæ 1701. 4.* Diſſertatione, vbi generalia primum de origine Seruitutis reperias, inde vero a §. LIX. narrationes Scriptorum Romanorum de Seruis Germanis, ad regulas, quas de interpretandis his cumprimis Tacito ſub initium opuſculi dedit, ingenioſe illuſtratas. Demum *illuſtris* IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS *de Iure & Statu Hominum propriorum a Seruis Germaniæ, non Romanis deriuando, & de vſu huius doctrinæ, Halæ 1716. 4.* diſputans, quæ ad antiquitates faciunt, ex fontibus more ſuo erudite deriuauit. Doctiſſimi ſunt, præter has, IOACHIMI POTGIESERI, eruditiſſimi militis, de *Conditione & Statu Seruorum apud Germanos tam veteri, quam nouo*, Libri tres, *Coloniæ 1707. 8.* & additis duobus libris, aliisque acceſſionibus *Lemgouiæ 1736. 4.* editi, quibus ſtatum eorundem, ſub Francis maxime, accurate docuit. De *Hominibus propriis Haſſiacis* ad antiquum ſtatum ſubinde reſpiciendo, extat IOANNIS WILHELMI WALDSCHMIDT Marpurgenſis ICti præclara Diſſertatio, *Marpurgi 1716. 4.* *De origine, natura & conditione hominum propriorum & bonorum emphyteuticorum;* nec non *de manumiſſionibus & redemtionibus hominum propriorum* duabus Diſſertatiunculis tractauit HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS, quæ ipſius Diſſertationi de *Iurisdi-*

ctione Colonaria, Lemgouiæ editæ 1713. 4. sunt subiectæ, adiungenda CASPARIS ACHATII BECKII ICti Ienensis celeberrimi erudita *de manumissionibus in Ecclesia* Dissertatio, Ienæ 1711. 4. Insunt certe huiuscemodi Academicis opusculis obseruationes, quæ in magnis Voluminibus, more Interpretum veterum scriptis, frustra exquiras. De *Solduriis siue Deuotis apud C. I. Cæsarem, Athenæum, Plutarchum*, quos cum Vasallis quidam conferunt, colligendo quædam obseruauit EBERHARDVS ADOLPHVS ROTH, Rector Gymnasii Vlmensis, breui Dissertatione, *Vlmæ 1681. 4.* & V. C. IO. PETR. ANCHERSEN *Annotationibus de Solduriis & Origine militiæ apud Celtas, Halæ 1729. 4.*

§. XVII.

De Republica Antiqua Veterum Germanorum, huiusque forma, commodis & vitiis, ex vetustis Scriptoribus apte & sapientissime disseruit & tractatione plena prudentiæ legislatoriæ iudicauit HERMANNVS CONRINGIVS, singulari Dissertatione, quæ *Helmestadii 1654. 4.* fuit proposita. Idem vir rei Germanicæ peritissimus, in *Exercitationibus* illis *Academicis*, quas de *Republica Imperii Germanici*, primum singillatim, postmodum iunctim *Helmestadii 1674. 4. & Lipsiæ 1677. 4.* edidit, nouemque Expositiones, de *Germanici Imperii Ciuibus, Imperatore, Vrbibus, Ducibus & Comitibus, Septemuiris, Iudiciis, Constitutione Episcoporum Germaniæ, Comitiis, Negotiis præcipuis in Conuentibus Imperii Germanici Ordinum & hodienum tractari solitis, Officialibus Imperii Romano Germanici*, continent, multa cura & accurato iudicio elaboratas, quibus quidem medii æui & recentioris statum Germaniæ dat, antiquissimam tamen Reipu-

Reipublicæ noſtræ rationem vbique attingit & illuſtrat. Quod faciunt etiam omnes illi, qui de Republica noſtra & Iure publico Syſtemata, Compendia, & alias Scriptiones, ediderunt, quæ alibi, atque in *Burcardi Gottbelſii Struuii* Bibliotheca Iuris Selecta Capite XIV. §. XLII. ſeqq. indicantur.

§. XVIII.

Apud veteres Germanos *nullæ Leges ſcriptæ*, teſte enim *Tacito* de Moribus Germanorum, *Cap. XIX. plus ibi boni mores valebant, quam alibi bonæ Leges*, neque vllum ſcriptarum Germaniæ antiquæ Legum apud Scriptores veſtigium apparet. Antiquiſſimæ certe Germanorum calamo exaratæ Leges ſunt *Francorum Salicæ*, quarum & ceterarum varias Editiones vide in *Burcardi Gottbelſii Struuii*, *Bibliotheca Iuris Selecta* Cap. V. §. 1. 2. atque in *Hiſtoria Iuris Germanici*, quæ Caput *VI.* facit *Hiſtoriæ Iuris*, *Ienæ 1718. 4.* editæ, quæ ex ipſis fontibus eſt petita, & *Ioannis Alberti Fabricii*, *Bibliotheca Latina* Volum. III. L. IV. c. X. *p. 831.* vbi & de aliis Legum Germanarum collectionibus exponunt. Inſignis & præſtantiſſima ad veteres libros & editiones Heroldinam maxime exacta, egregiisque ex patria antiquitate & linguæ germanicæ theſauris repetitis obſeruationibus exornata eſt ea editio, quam IOANNES GEORGIVS ECCARDVS procurauit, inſcripta: *Leges Francorum Salicæ & Ripuariorum, cum Additionibus Regum & Imperatorum, Hanoueræ 1719. f.* Acceſſerunt huic editioni Formulæ veteres Alſaticæ, *G. G. Leibnitii* libellus de origine Francorum, auctior cum reſponſis ad obiectiones doctorum quorundam virorum; Annales Francici Regni a *Theodorico Ruinarto* ex Gregorio Turonenſi, Fredegario, aliisque

aliisque collecti, demum *Friderici Rostgaardi* Emendationes Otfridianæ ex Codice Palatino Vaticano. Idem illustris ECCARDVS edidit *Conspectum Codicis Legum veterum*, partim Gentium Germanicarum, *Hanoueræ* fol. & a celeberrimo *Fabricio* l. c. *p. 832.* insertum, rogandusque est vir nominis celebratissimi, qui omnia præsidia ad tale opus necessaria habet, vt vota Germanorum ICtorum, qui patriæ instituta amant, tandem aliquando expleat. Post Eccardinam hanc editionem, in pretioso illo IOANNIS SCHILTERI *Thesauro Antiquitatum Teutonicarum, Tomo Secundo, Vlmæ 1727. f.* editus: *Antiquissimæ Legis Salicæ Textus vetustior*, ex Bibliotheca Parisiensi Regia descriptus, quo voces quædam Germanicæ retentæ ad instar vetustissimarum Reliquiarum Francicæ Linguæ, recensuit & editioni parauit *Schilterus.* Adiuncta est accurata Subnotatio variationum insignium, tum ex Editione *Basilii Ioannis Heroldi*, quæ in non paucis differt a Schilteriana, tum ex alia vetusta, quam e Codice Guelferbytano eruit illustris *Eccardus;* Accedit *Pactus Legis Salicæ* textus recentior, ex Editione Stephani *Baluzii*, vna cum eiusdem, vt & *Francisci Pithoei* ac *Hieronymi Bignonii* Notis textui cuique subiectis. Præmissæ egregiæ *Schilteri & Frickii* Præfationes. Qui Salicæ Legis ita editus Textus Parisiensis, non in lectionibus modo variis, sed & in ipsis titulis, siue ordinem, siue numerum, siue contentas res ipsas combinatas aut diuisas varie spectes, ab Heroldina & Eccardina mire discrepat, vti laboriosissime instituta collatione ad vsus publicos ostenderunt praeclare sane meriti Editores Vlmenses. Has Francicas aliasque populorum Germanicorum veteres, ex collatione exemplarium, vt editor scribit, quæ vetustissimis,

ſimis, nec non ante ſeptingentos annos depictis characteribus expreſſa erant, deſcriptas, emendatas, in lucem edidit, auſpiciis & benignitate *Wolffgangi* Abbatis Principis Fuldenſis, BASILIVS IOANNES HEROLDVS, ſub titulo: *Originum ac Germanicarum Antiquitatum Libri*, Leges videlicet, Salicæ, Ripuariæ, Allemannorum, Boioariorum, Saxonum, Weſtphalorum, Angliorum, Werinorum, Thuringorum, Friſionum, Burgundionum, Longobardorum, Francorum, Theutonum, *Baſileæ* per *Henrichum Petri 1557. f.* quæ editio iam eſt perrara, & licet Lindenbrogiana copioſior ſit atque inſtructior, in pretio tamen eſt apud eruditos, cum vſus fuerit antiquis codicibus, quos ab amicis, quorum nomina auerſa poſt titulum] pagina laudat, accepit, atque in genuinarum lectionum inueſtigatione huius codicis non contemnendus ſit vſus. Aliam ac locupletiorem Legum veterum Collectionem magna cura adornauit FRIDERICVS LINDENBROGIVS Hamburgenſis, cuius *Codex Legum antiquarum*, *Francofurti 1613. f.* editus magnoque intelligentium plauſu fuit exceptus, hodieque in tabernis librariis itidem eximiæ raritatis, dignus ſane, qui recudatur. Continetur eodem: Codex Legum Wiſigothorum, Edictum Theodorici Regis, Lex Burgundionum, Codex Legis Salicæ, Lex Alamannorum, Lex Baioariorum, Decretum Taſſilonis Ducis Baioariorum, Additamenta a Carolo ad Leges Baioariorum addi iuſſa, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Lex Angliorum & Werinorum, Lex Friſionum, Lex Longobardorum, Conſtitutiones Siculæ ſiue Neapolitanæ, Capitula Caroli M. & Hludouici Impp. collecta ab Anſegiſo & Benedicto Leuita, adiectis aliis eorundem Regum & Caroli Calui Capitulis,

pitulis, Marculfi Formulæ Solennes. Additæ Lindenbrogii Castigationes, variæ Lectiones & Glossarium. Quæ in hac *Lindenbrogiana* Collectione extant, cum aliis exhibet: *Corpus Iuris Germanici antiqui*, quod vtili instituto, ex consilio ill. Viri IO. GOTTLIEB HEINECCII, cuius Præfatione ornatum, edidit V.C. PETRVS GEORGISCH *Halæ 1738. 4. mai. Capitularia Regum Francorum*, qui & Germaniæ ex parte imperarunt, omnium optime & accurate curauit STEPHANVS BALVZIVS, splendidissima Editione iam perrara, quæ *Parisiis 1677. f.* de qua vide præter *Struuianam* Iuris auctorum Bibliothecam, *Iacobi* le *Long* Bibliothecam *Historicam Franciæ*, Lib. III. Cap. V. Art. III. §. II. *p.585.* vbi Capitularium Editiones antiquiores, multo labore enumerat. *Varias Imperatorum & Regum Romano-Germanicorum Leges* & Constitutiones, ex editis & ineditis libris congessit MELCHIOR GOLDASTVS, quæ ex instituto recensitæ in illustris *Burcardi Gotthelfii Struuii*, *Bibliotheca Iuris Selecta*, Capite *XIV. §. IV.* quæ cum in omnium sit manibus, quæ ibi memorata sunt, huc adferre superuacaneum puto. Cuius libri Capite *V. §. III. IV. V.* antiquiores *Legum Prouincialium* priuata auctoritate factæ *Collectiones*, *Weichbildici* Iuris, *Speculorum Saxonici & Sueuici*, indicatis variis Editionibus Memorantur. Editionibus *Sueuici*-Iuris ibi laudatis coniungenda, egregia illa, quæ inserta est *Thesauro Antiquitatum Teutonicarum* SCHILTERIANO, Tomo Secundo hoc elogio: *Ius Prouinciale Alemannicum, alias sub nomine Speculi Sueuici comprehensum:* ex insigni Codice MSCto Membranaceo perillustris Domini *Raymundi Krafft de Delmensingen* Reipublicæ Vlmensis Consulis. Hunc Codicem cum aliis Codicibus XI. MSS. vt & IX. impressis, summa cura contulit,

lit, Lectiones variantes præcipuas excerpsit, & latina versione iuxta textum Codicis Krafftiani donauit: notis plurimis, quibus & aliquæ *Schilteri* accessere, illustratum orbi erudito dedit, literatissimus ICtus *Ioannes Georgius Scherzius.* Qui plura desiderat, legat HERMANNI CONRINGII egregium de *Origine Iuris Germanici* Tractatum, *Helmstadii 1649. 4. ibid. 1665. 4. & Ienæ 1719. 4.* Quinta Editione recusum, qui Historiam Iuris patrii tam generalis, quam particularis solide exposuit multorumque errores confutauit & emendauit, quocum lectione iungendus omnino illustris CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI, ICti iam in Academia Viadrina primarii, *Specimen Coniecturarum Politicarum de Origine & Natura Legum Germanicarum priuatarum antiquarum earumque ad Statum præsentem Prouinciarum Germaniæ, inprimis ad Terras Protestantium habitu, Lipsiæ 1715. 4.* quo de antiquarum Gentium Germanicarum Legibus, harumque origine, fatis, conditione ex Historiarum monimentis, iusti, æqui ac prudentiæ legislatoriæ regulis fructuose differit. Præclaræ sunt obseruationes, quas fecit IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS Tractatu vernaculo: *Von unterschiedlichen Rechten in Teutschland, Francofurti 1671. 8. & 1702. 8.* particularia maxime Iura in diuersis Germaniæ prouinciis vsitata concernenentes, vtpote *das Mann-Recht, Gan-Recht, Hagenstolzen-Recht, Baar-Recht* & similia, huius spicilegium dare voluit IOANNES WILHELMVS GERICKEN in *Schottelio illustrato & continuato, Lipsiæ & Guelferbyti 1718. 8.* quæ autem collegit ex scriptoribus recentioribus, potissimum sunt desumta. Addatur STEPHANVS BALVZIVS Præfatione *Capitularibus Regum Francorum* præmissa; & IOANNES FRICKIVS

culto

culto Præfamine *Tomi Secundi* Thesauri Antiquitatum Teutonicarum Schilteriani.

§. XIX.

Iudiciorum apud Germanos Veteres vsitatorum rationes, vt alia omnia, egregie sane illustrata dedit HERMANNVS CONRINGIVS, ea Dissertatione, quam de *Iudiciis Reipublicæ Germanicæ* vniuersim scripsit, quæque inter laudatas de *Republica Imperii Germanici* Exercitationes, comparet, §. *V.* vsque *IX.* quæ ad antiquiora tempora faciunt, exponens, inde ad eorundem statum medio & recentiori tempore progreditur. Egregias plane ad hoc argumentum obseruationes exhibet CHRISTIANI THOMASII Dissertatio de *Iurisdictione & Magistratuum differentia secundum mores Germanorum, Halæ 1703. 4.* Multa quoque capita rerum iudicialium Germaniæ reperire licet in egregio HERMANNI ADOLPHI MEINDERS ICti Bielfeldensis Westphali, Tractatu Historico Politico-Iuridico *de Statu Religionis & Reipublicæ sub Carolo M. & Ludouico Pio in veteri Saxonia siue Westfalia & vicinis regionibus, Lemgouiæ 1711. 4.* licet ad medium æuum cumprimis faciat. Eruditissima sane est eiusdem Viri Dissertatio de *Iudiciis Centenariis & Centumviralibus siue Criminalibus Veterum Germanorum in primis Francorum & Saxonum*, qua simul de vera origine, natura & progressu Iudiciorum occultorum Westphalicorum, disquisitionem instituit, suaque ex Scriptoribus idoneis, Legibus & Moribus, documentisque vetustis & quandoque ineditis deriuauit, *Lemgouiæ 1715. 4.* dignus omnino libellus qui a Iurisprudentiæ Germanicæ cultoribus legatur. Adiungenda *Eiusdem* Dissertatio Singularis de *Iurisdictione Colonaria & Curiis*

Domi-

Dominicalibus Veterum Francorum & Saxonum, Lemgouiæ 1713. 4. qua, dum demonstrat, quod nobiles & reliqui Domini proprietarii Iurisdictionem quandam inferiorem, siue colonariam, prædiariam & solariam in homines proprios, colonos & rusticos seruilis conditionis, olim habuerint & priuata auctoritate exercuerint, in antiquitatum Germanicarum campum se diffundit. *Iudiciorum Westphalicorum*, quorum origines ad tempora Carolingica referunt, quorumue magna olim & infinita fere, vt putabant, erat auctoritas, inuestigatio, plurimum ad res Iudiciorum medii æui maxime criminalium & abusuum, conducit. Quam operam scite & erudite percoluit MARQVARDVS FREHERVS Commentariolo *de secretis Iudiciis in Westphalia aliisque Germaniæ partibus olim vsitatis*, quo de horum origine, personis, appellationibus, degeneratione, & abolitione, varia memoranda obseruauit. Additæ Formulæ Concessionum Cæsarearum de Sedibus liberis & Frygrauiatus Officio; *D. Ioannis de Francofordia* in eos Scabinos, Feymeros dictos, Disputatio & inuectiua; Reformationes Cæsarum & Principum super illis Iudiciis enumeratæ, cum nonnullis in has notis. Editio Noua huius Opusculi edita, cura *I. G. W. Helmestadii, 1663. 4.* Historia, & abusus horum Iudiciorum admixtis variis obseruationibus Ius patrium illustrantibus patent quoque e CHRISTIANI THOMASII Dissertatione de *vera origine, natura, progressu, & interitu Iudiciorum Westphalicorum, Halæ 1711. 4.* Iudicum Westphalicorum statum & vitia describit docta Dissertatio, quam Præside *Ioanne Burchardo Menckenio* habuit GEORG. GVSTAV. DIFENBACHIVS Iunior, de *Feimeris, Lipsiæ 1707. 4.* Quæ iam inter Dissertationes B. *Menckenii* in 8. iunctim editas, comparet. De *Iudicio Femico* Disquisitio MSCta in scriniis

Viri celeberrimi IOANNIS GEORGII *ab* ECKHART, cuius singularis rerum mediæ ætatis peritia nil nisi singularia promittebat. De *Iudicibus Germanorum* habemus præclaras Commentationes, FRIDERICI nimirum BRVMMERI ICti Lipsiensis eruditissimi, qui iuuenis periit, Exercitationem Historico-Philologicam, de *Scabinis antiquis, æui medii & recentioribus, Lipsiæ 1662. 4.* sub Præsidio *Iacobi Thomasii* propositam & sub nomine auctoris demum editam, post *Opusculis Brummerianis* cura *Georgii Beyeri Lipsiæ 1712. 8.* collectis, insertam, qua in primis tot eruditis viris tum quo hæc scribebat prætermissus Taciti locus de Centenis, Comitibus, germanæ scripturæ ex ingenio Reinesii (cui inscripta est) vindicatur & explicatur. Huic coniungenda omnino perdocta HERMANNI ADOLPHI MEINDERS Dissertatiuncula de *Gograuiorum & Scabinorum Officio ac munere, nec non de Iudicum antiquorum differentiis*, Dissertationi de *Iudiciis Centenariis* a *p. 249.* ad *p. 267.* inserta. Iudiciis secularibus cœnobiorum præsidebant remque œconomicam tractabant *Aduocati Monastici*, de quibus ex monimentis vetustis CHRISTIANI FRANCISCI PAVLLINI extat Discursus Historico-Politicus de *Aduocatis & Oeconomis Monasticis, Ienæ 1686. 4.* singulatim editus, reuisus & auctus, ipsius *Syntagmati Rerum Germanicarum* adiectus, atque per modum adpendicis Præfationi eruditissimæ *Burcardi Gotthelfii Struvii*, *Magero* de *Aduocatia Armata*, præmissæ, additus. De rebus ac ritibus Iudiciorum cum ciuilium tum criminalium Germanicorum, atque vsitatis pœnis præclaræ in lucem editæ sunt a doctissimis viris Disquisitiones, vnde multa aliis patriæ rebus lux oritur, quarum aliquas memorabimus; Sic de *pignore per Chirothecam* opusculum

condi-

condidit ALKEMADE mihi tamen nondum visum. Simplicem & promptam procedendi rationem in Iudiciis Germanicis, multo egregioque labore ex antiquitatibus & Historiis medii aeui succincte & erudite commonstrauit IACOBVS WENCKERVS F. de *Iustitia indilata, in Actis dicta Vnuerzogene Rechten, Argentorati 1722. 4.* Barbaro & militari aeuo, quum studiis mentem illustrantibus destituta fere esset patria, ad probandam innocentiam, *Ordalia,* Probationesue vulgares per *ferrum candens, aquam frigidam,* aliaeque superstitiose erant introductae, de quibus erudite egit B. Antecessor BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS *Historia Iuris Cap. IX. §. V. seqq.* hucque facit non contemnenda IOANNIS PHILIPPI LEITERSBERGERI Dissertatio inauguralis de *Ordaliis* siue *Purgatione vulgari, Argentorati 1716. 4.* proposita. Idem argumentum eodem fere tempore tractarunt & GVILIELMVS IVCH, Dissertatione Historico Morali, *de modis probandi innocentiam apud Veteres, Ienae 1709. 4.* ad Germanicos Populos maxime directa; & qui plenior est CHRISTIANI EBELINGII, Logices & Philosophiae Moralis in Academia Rintelensi Hassiaca Professoris, Tractatus eruditus *de Prouocatione ad Iudicium Dei, siue de Probationibus, Lemgouiae 1709. 4.* eas ex antiquitatibus refert, quae fieri solebant per Iuramentum, per Duellum seu Monomachiam; Ignem seu ferrum candens; Aquam feruentem, per Aquam frigidam, Symbolum Crucis, Eucharistiae perceptionem, Panem consecratum Caseumque, Sortem, cruentationem Cadauerum occisorum & denique per Citationem ad Tribunal Dei. Antiquissimum & frequentissimum apud gentes cumprimis militares, probationis genus erat *Duellum* siue *Lex Duellionum, Iu-*

dicium Campionum, quo innocentia demonstrata, grauissimæque causæ dubiæ decisæ, de quo varii Auctores in STRVVII *Historia Iuris c. l. p. 749.* excitantur, e quibus ii heic saltim indicandi, qui ex patriis monimentis suas cogitationes illustrarunt, nimirum IOANNIS IOACHIMI MADERI de *Duello & Ordalei quondam Specie* Dissertatio, cui adiectæ sunt *Petri Gregorii* Tholosani, Commentatio *de Duello seu Monomachia* ex Syntagmate ipsius Iuris Vniuersalis L. XLVIII. c. XVI; *Olai Wormii*, de *Foris Veterum Danorum*, & *varia dirimendarum litium ratione*, ex Libro I. Monumentorum Daniæ, Cap. IX. & X; *Henrici Bangerti de Duello & Iudicio diuino* Commentatio ex Commentario ipsius ad Librum II. Arnoldi Lubecensis; PHILIPPI CAMERARII, de *singulari certamine & Duello* Meditationes, ex Centuria II. Meditationum Historicarum. Exempla Monomachiæ ex *Marci Vulsoni* Theatre d' Honneur; Et *von dem Kampff-Plaz zu Schwebisch-Hall im Kocher-Thal*, ex Münsteri Cosmographiæ Libro III. *Helmstadii 1679. 4.* M. EBERHARDI RVDOLPHI ROTHII Dissertatio Historico-Politica *de antiquissimo illo more, quo veteres innocentiam suam per Duella probare nitebantur, Vlmæ 1678. 4.* & maxime pereruditа Dissertatio EPHRAIMI GERHARDI ICti Ienensis, de *Iudicio Duellico, vulgo, vom Kampf- und Kolben Gerichte, Ienæ 1711. 4.* qua ritus & antiquitates Germaniæ aliarumque Europæarum Gentium, admixtis variis obseruationibus iuris, exposuit. Nec minus in causis criminalibus & dubiis *Iudicium* fiebat per *ferrum candens*, de quo egere, idem, quem iam excitauimus, EBERHARD RVDOLPHVS ROTH, Rector Gymnasii Vlmensis Dissertatione Historico-Politica *de more, quo rei olim apud plerosque Europæos Populos per*

Ferrum

Ferrum candens, ardentes prunas, rogumque probabantur, Vlmæ 1676. 4. CHRISTIANVS GRÜBELIVS de *Probatione Rerum dubiarum per ignem, Ienæ, 4.* & CASPAR LOESCHER de *probatione Rerum dubiarum per ignem facta, Lipsiæ 1695. 4.* Idem, quem iam laudauimus, ROTHIVS de *antiquissimo illo more, quo plurimi Europæi Populi Reorum innocentiam culpamue Iudicio Crucis permisere, Vlmæ 1677. 4. & de antiquissimo illo more, quo veteres innocentiam suam, per S. Eucharistiam, Panem execratum, Caseumue probasse leguntur, ibid. 1677. 4.* binis Dissertatiunculis non inerudite egit. Pœna illustrium & nobilium olim erat ignominiosa Canis Portatio, de qua erudita ad Ioannem Marquardum, *de κυνοφορία siue Canum portatione ignominiosa*, extat Epistola HENRICI MEIBOMII, *Helmstadii 1661. 4.* a *Graschbupsio, Nouae Librorum Rariorum Collectioni Fasciculo III. N. V.* inserta, & IOANNIS ANDREAE CRVSII Discursus Historicus de *κυνοφορία, siue Canum portatione, pœna antiquis temporibus apud Saxones aliosque Populos vsitata*, qui inter *Opuscula* eius Politico-Iuridico-Historica, *Mindæ 1668. 4.* iunctim edita *N. V.* comparet.

§. XX.

Quem insignem vsum res nummaria historiæ adferat, illustrissimus *Ezechiel Spanhemius* nobilissimis de præstantia & vsu Numismatum antiquorum Dissertationibus, quarum Tomus Primus, *Londini 1706. f.* Secundus curante *Isaaco Verburgio, Amstelodami 1717. f.* prodiere, copiose docuit atque illae Scriptiones demonstrant, quibus Res nummaria medii maxime æui Germanica fuit collustrata, aperte loquuntur. Magna certe lux accensa fuit historiæ Francicæ per eruditis-

 simum

ſimum Commentarium FRANCISCI BLANCI (*le Blanc*) *Traité hiſtorique des Monnoies de France, depuis le commencement de la Monarchie* jusque *à préſent à Paris 1690. 4. & Amſterdam 1692. 4.* cum figuris nummorum æneis, quo nummi Regum, primæ & ſecundæ ſtirpis illuſtrantur. Altera huius operis pars, de nummis Procerum Galliæ exponens, in MSCto latet. Idem edidit *Traité hiſtorique de quelques Monnoies de Charles Magne, de Loüis le Debonnaire, de Lothaire & de leurs Succeſſeurs, frappées dans Rome, Paris 1689. 4.* ex quibus, aduocatis in ſubſidium hiſtoricorum teſtimoniis, ſupremum horum in vrbem Romam Imperiumque Romanum ius commonſtrauit. Alios eruditiſſimos libellos de variis nummis rarioribus ad hiſtoriam Francicam facientibus, cum editos, tum ineditos, vide apud le LONG *Bibliotheque hiſtorique de la France L. III. §. VI.* Ergo de Germanorum Nummaria re quidam adiungendi. MELCHIOR GOLDASTVS Librum de *Nummis Germanorum vetuſtis* aut perfecit aut parauit, eundem enim ipſe *Gloſſis ad Walafridum Tomo I. Rerum Alamannicar. f. 250.* excitauit, qui forte in Bibliotheca illuſtris Reip. Bremenſis deliteſcit. M. TILEMANNVS FRIESE, Ciuis Gœttingenſis, libro vernaculo *Münz-Spiegel* inſcripto, atque *Francofurti ad Mœnum 1592.4.* formis expreſſo, multa vtilia & curioſa, de Marcis & valore veterum Nummorum Germanicorum ad euellendos rationum ſcrupulos, annotavit. Medii æui & *Bracteatorum* nummorum difficilem materiam exponere multa diligentia adgreſſi illuſtris Vir IOANNES PETRVS LVDEWIGIVS *Introductione ad rem nummariam medii æui*, vernaculo ſermone ſcripta & *Halæ 1709. 8.* edita, qua & Scriptores rei huius nummariæ recenſet,

censet, deque iis iudicat, & in Adpendice Hallenses & Magdeburgicos Bracteatos illustrat. In hunc doctissimum libellum accuratas Animadversiones edidit, celeberrimus Vir IOANNES IACOBVS MOSER, *Anmerckungen über Herrn von Ludewig Einleitung zu den Teutschen Münzwesen mittlerer Zeiten, Stutgardt und Leipzig 1722. 8.* editas. Nec tamen vterque abstrusum argumentum exhausit. Præclaras obseruationes referunt M. IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *Isagoge ad Numophylacium Bracteatorum, Ienæ 1694. 4.* & OTTONIS SPERLINGII Consiliarii Danorum Regis & ICti *de Nummorum bracteatorum & cauorum nostræ & superioris ætatis origine & progressu, Lubecæ 1700. 4.* qui Olearii labore excitatus fuerat, variasque regulas ad dignoscendos curate hosce nummos præscribit, ad quas OLEARIVS singulari in hunc libellum animaduersione quædam erudite monuit. Qui OLEARII, pater & filius felicissimi & oculatissimi horum nummorum interpretes, variis scriptiunculis paucarum pagellarum argumentum hoc in maiori luce collocare annisi sunt. Huc pertinent IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *Spicilegium antiquitatis Nummos XXV. suggerens Bracteatos cum breuissima eorundem Explicatione figurisque adiectis, Ienæ 1702. 4.* Ei. *Spicilegium Antiquitatis secundum, Brunsuico-Luneburgenses Nummos exhibens bracteatos IX, Ienæ 1703. 4.* & Tertium, *Halberstadienses Nummos tradens bracteatos XV. Ienæ 1703. 4.* Idem: *Catalogum L. bracteatorum in Nummophylacio Arnstadensi extantium*, Ienæ dedit. De *Anastasi Agnesæ Abbatissæ Quedlinburgensis* Filiæ Conradi M. Marchionis Misniæ, simul huius Nummos X. bracteatos illustrauit germanica scriptione *Ienæ 1699. 4.* Eiusdem diligentissimi

Viri, nummariæ quædam Epistolæ annotandæ, scilicet: *Epistola, qua nummum Gardolphi Episcopi Halberstadiensis*, ex Cimeliarchio Arnstadio-Schwarzburgico *Arnstadiæ 1700. 4.* exponit; Schediasma de *Nummo argenteo in memoriam Norberti* AEpi Magdeb. *ibid. 1704. 4.* Epistola de *Bracteatis Nesselriedæ repertis*, pauciorum singulæ paginarum. Laudanda quoque est in excutiendis nummis diligentia IACOBI a MELLEN, Lubecensis, qui tunc Ienæ studiorum caussa agebat, postea Ecclesiæ Lubecensis Archi-Diaconus, qui *Epistola de antiquis quibusdam Nummis Germanicis, Historiam Thuringicam præcipue illustrantibus*, quæ ad *Casparem Sagittarium Ienæ 1678. 4.* est perscripta, a quo eosdem acceperat, egit. *Nummos Bracteatos Numburgo-Cizenses & Pegauienses*, scite illustrauit ac *Mauritio Guilielmo* Postulato Administratori Episcopatus Numburgensis dedicauit, IOANNES ANDREAS SCHMIDT, *Ienæ 1695. 4.* De *nonnullis* vero *Bracteatis Nummis Hassiacis*, *deque istorum vsu in Locis Rheno, sic & Franconiæ viciniotibus* IOANNES GEORGIVS LIEBKNECHT Dissertationem Epistolicam scripsit ad *Ioannem Andream Schmidium*, quæ cum *Schmidiano* Responso *Helmstadii 1716. 4.* prodiit. *Breuem Designationem Moguntinensium quorundam moduli maioris aliorumque cum vetustiorum, tum recentiorum Nummorum*, germanico sermone confecit WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS *Gothæ 1696. f.* quam, lima politam breuibusque annotatiunculis illustratam & auctam, additis NICOLAI SEELAENDERI *Sylloge Bracteatorum Moguntinensium æri incisorum*; & CAROLI GVSTAVI HERAEI *Serie Numismatum Moguntinensium e Gazophylacio Cæsareo depromtorum*, Scriptorum Historiæ Moguntinensi cum maxime inseruientium

tium

tium Tomo *Nouo*, siue *Tertio* Num. VI. VII. VIII. inseruit V. C. IOANNIS. Egregie plane de re omni nummaria maxime *mediae aetatis* fuit meritus, eiusdem scientiae peritissimus CHRISTIANVS SCHLEGELIVS Numophylacio Gothano, quod in Germania fere pretiosissimum est, olim praefectus, qui cumprimis Nummos Terrarum Thuringiae & Misniae illustrauit, extant enim ipsius de *Nummis Altenburgensibus* ad Wilhelmum Ernest. Tenzelium Epistola, *Dresdae 1696.* 4. De *Nummis Salfeldensibus, Arnstadiensibus & Ienensibus, Dresdae 1697.* 4. inde prodiit EIVSDEM de *Nummis antiquis Isenacensibus, Mulhusinis, Northusinis & Weissenseensibus* Exercitatio Historica, *Ienae 1703.* 4. qua simul Landgrauiorum Thuringiae Arelatensis Lineae Historia succincte exponitur. De *Nummis antiquis Gothanis, Cygneis, Coburgensibus, Vinariensibus & Merseburgensibus* Dissertationes, in quibus simul breuiter de *Nummis quibusdam prisci aeui Altenburgensibus, Augustanis, Halensibus, Francofurtensibus, & Vimensibus* egit, *Francofurti & Lipsiae 1717.* 4. atque de *Nummis Abbatum Hersfeldensium, Gothae 1724.* 4. Commentationes, quae varia doctrina plenae, historiasque harum vrbium & maxime Thuringiae omnis mire illustrant. Idem praestanti Commentario de *Cella veteri, Ditionis ac Dioeceseos Misnensis, inclyto quondam Cistertiensis Ordinis Monasterio ac illustri Marchionum Misnensium Conditorio, Dresdae 1703.* 4. edito, aliquot *Bracteatos Misnenses* illustrauit. Idem exarata Epistola *de Numo Henrici Comitis Blanckenburgensis* a *Io. Andr. Schmidtio* olim possesso, postea in Thesaurum Arnstadiensem illato, *Arnstadii 1701.* 4. edita, sententiam dixit, eundemque Schwarzburgico - Blanckenburgensi in Thuringia Comiti adscripsit, nummosque aliquot Comitum Thuringiae: Mansfeldensium, Henneber-

gensium simul adduxit; SCHMIDIVS vero scriptione singulari, sub titulo: *Nummus Bracteatus Henrico II. Seculi VIII. Comiti Blancenburgico ante Hartonem vindicatus* in aliam sententiam abiit, *Helmstadii 1718. 4.* cui laudatus SCHLEGELIVS, scripto vernaculo: *Weitere Ausführung daß die Münze Heinrichs, Grafens von Blanckenberg, mehr dem Grafen dieses Nahmens in Thüringen als dem am Harze zuzuschreiben sey. Gothæ 1720. 4.* respondet, qua plures sententiæ suæ rationes & Diplomata aliquot attulit. *Syllogen Numorum Goslariensium antiqui pariter & recentioris æui solidorum æque ac bracteatorum* conquisiuit eruditeque de iis & aliis argumentis disseruit, IOANNES MICHAEL HEINECCIVS, quæ in Collectione Scriptorum Rerum Germanicarum *Heineccio-Leuckfeldiana*, extat.

Ad augendam ornandamque bracteatorum notitiam multum certe conferunt IOANNIS GEORGII LEVCKFELDII *Antiquitates Nummariæ* siue Descriptio historica diuersorum Bracteatorum, Episcoporum Halberstadiensium, Archi-Episcoporum Magdeburgensium & Quedlinburgensium Abbatissarum, germanico sermone editæ *Lipsiæ & Guelferbyti 1721. 4.* quo opusculo & de recensitis Scriptoribus nummariis iudicium tulit & varia Diplomata attulit. Has supplent Eiusdem: *Fernere historische Nachricht von einigen alten und raren silbern Bracteaten oder Blechmünzen einiger Magdeburgischen Erz-Bischöfe, Halberstadii 1723. 4. & Historische Nachricht von einem sehr raren und schœnen Merseburgischen Bracteaten, so vor mehr denn 500. Jahren ein Merseburgischer Bischoff hat schlagen lassen, Halberstadii 1723. 4.* Nuper argumentum hoc fructuosum diligenter & erudite tractauit V. C. IOANNES ALEXAN-

DER DOEDERLEIN, Lycei Weissenburgensis in Noricis Rector, Commentatione Historica, de *Nummis Germaniæ Mediæ, quos vulgo Bracteatos & Cauos, vernacule Blech-und Hohl-Münzen, adpellant, nec non laminaribus quibusdam medii æui bilateralibus, Norimbergæ 1729. 4.* Nummos hos, maximam partem Weissenburgi in Noricis inque vicinis agris erutos doctus vir, æri incisos, illustratos dedit, deque Pecuniæ medii æui valore, Nummorumque nostræ ætatis origine Disquisitionem addidit, atque in primordio libri de scriptoribus nummariis Germanis sententiam dixit. Grossorum Germanicorum seriem, variasque obseruationes de valore pecuniæ medii æui, vide in: *Gründlicher Nachricht, von Ankunfft, Gepræge, Gewicht und Werth derer in Sachsen, Thüringen und Meissen gemünzten Groschen, sowohl von denen daselbst im Handel und Wandel vormalen gebræuchlichen Schock-Groschen, als auch von denen daher entstandenen Steuer-Schocken, zur Erkantniß derer darauf gerichteten Stifftungen und Diplomatum, auch darnach bewilligten Steuern und Schatzungen, Witteberga 1728. 4.* De *Iohanneis Vratislauiensibus*, grossis Iohannis imagine insignibus, prostat GODOFREDI RHONII Exercitatio Historica, *Vratislauiæ 1693. 4.* Argenteum Nummum Friderici II. Imp. scripta ad M. *Zachariam Gœzium*, Gymnasii Osnabrugensis Rectorem, docta Epistola eruditis notum reddidit M. DIEDERICVS ANDREAS KELLERHAVS, Lipstadiensis, *Ienæ 1701. 4.* De *tribus argenteis Nummis* (Germanicis) *iisque Vncialibus antiquissimis* Austriaco Sigismundi Archi-Ducis, Saxonico siue Misnico Friderici sapientis, Georgii & Iohannis, & Bohemico Schlickensi egit SAMVEL REYHER ICtus & Mathematicus Kiloniensis, *Kiliæ 1695. 4.* Alios scite

fcite cælatos docte expofuit IACOBVS a MELLEN *Sylloge Nummorum ex argento vncialium vulgo Thalerorum fiue Imperialium quos Impp. & Reges Romanorum nec non Auftriæ Archi-Duces fignari iufferunt, Lubecæ 1698. 4.* a Friderico III. incipiens. De *Nummis Sereniff. Saxoniæ Ducum* Differtationes VI. fiue Programmata, conquifiuit PAVLVS MARTINVS SAGITTARIVS, Gymnafii Altenburgenfis Rector. *Altenburgi 1679. 4.* *Nummos Bracteatos Tigurinos* ftudiofe conquifiuit DAVID HOTTINGERVS *Tiguri 1702. 4.* Nec hic plane omittendæ I. DANIELIS MAIORIS Difquifitiones de *numo Odonis*, quam viri docti memorant ego non vidi, & alia de *Roma in numis Auguftalibus Germanizante, Kiliæ 1684. 4.* atque IOANNIS GEORGII ECCARDI Differtatiuncula de *nummis Attilæ, Hunnorum Regis, & aliis ei falfo attributis* quæ in Actis Eruditorum Lipfienfibus Anni 1720. *p. 214.* extat; Eiusdem vero *Epiftola* de *Nummis quibusdam fub Regimine Theodorici Oftro-Gothorum Regis in honorem Imperatorum Zenonis & Anaftafii cufis*, ad maxime reuerendum D. *Anshelmum Bandurum*, Monachum Benedictinum & Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfectum, exarata, formis excufa fuit, *Hanouerae 1722. 4.* Idem celeberrimus Vir Epiftola de *Nummis quibusdam explicatu difficilioribus* ad *Gerhardum* Abbatem Loccumenfem, *Lipfiæ 1722. 4.* edita, egit, quos inter vnum, cum nomine *Athalarici* Regis, expofuit. Anno quoque 1722. ad Studii hiftorici Fautores & Cultores exarato epiftolio fignificauit, fe in colligendis *Numis Brunfuico-Luneburgenfibus* effe occupatum, quod tamen forte ftudium cum ftatione Hanouerana, miffum fecit.

§. XXI.

§. XXI.

Qui de *ritu Sepulturæ Germanorum paganorum*, doctis commentationibus differuerunt, occasione erutarum e terra Vrnarum variarumque priscæ Germaniæ reliquiarum, multa simul præclara de re domestica & vtensilibus, armis quoque, argumenta tractarunt. Qua de re operæ me pretium facturum puto, si & heic tales Commentationes indicauero. Primus hoc argumentum attigit GEORGIVS AGRICOLA, magnorum in patriam meritorum Vir de *Natura rerum fossilium* Libro VII. c. XXIII. & PAVLLVS HACHENBERGIVS *Germania Media* Diss. XII. In agris *Moguntinis* erutas *Vrnas & monimenta* varia *Sepulcralia* maxime *Romanorum*, dedit insignis antiquitatis scrutator doctissimus Medicus IOANNES CRATO HIEGELL singulari Descriptione, *Moguntiæ 1697. 4.* edita, & *Collectaneorum suorum Specimine*, *Confluentiæ*, formis impresso, indeque decerpta quædam monimenta *Rerum Moguntinarum Tom. III.* f. 342. inseruit V. C. IOANNIS. De *Vrnis Sepulcralibus & Armis Lapideis veterum Cattorum*, pererudite differuit IOANNES HERMANNVS SCHMINCKIVS *Marburgi 1714. 4.* IOANNES CHRISTOPHORVS OLEARIVS, Diaconus tum & Bibliothecarius Arnstadiensis, sub titulo: *Mausolei in Museo*, erudite descripsit insignes aliquot Vrnas, Ierichouii in Ducatu Magdeburgico, Cœthenis in Principatu Anhaltino, Arnstadii & Rudislebii erutas, atque in Museo suo adseruatas, qui & de ruderibus artificiosi ædificii Canstadii in Ducatu Wirtenbergico reperti, germanico sermone exponit, *Ienæ 1701. 4.* Varia antiquitate refertum est IODOCI HERMANNI NVNNINGH ICti & Canonici Scholastici Vreden-

Vredensis in Westphalia *Sepulchretum Westphalico-Mimigardico-Gentile, Francofurti & Lipsiæ 1714. 4.* editum, cuius prima Sectione, *de Vrnis*, in altera de *Lapidibus Ethnicorum Sepulcralibus*, additis geminis eiusdem argumenti epistolis, & Figuris æneis, differitur, accessit *Ioannis Henrici Cobausen*, Medici, *Ossilegium Historico-Physicum*, quo, de Vrnis ac Lapidibus Gentilium Westphalorum Sepulchralibus in Tractatu Nunnigiano, exposita, variis circa cineres & ossa obseruationibus physicis, illustrantur. In *Terris Marchicis* erutos descripserunt; AVCTOR Obseruationis *de Vrnis apud Seebusum in veteri Marchia repertis*, quæ in Nouis Literariis Maris Balthici Anni M DCC IX. p. 323. extat & M. GOTTHILFF TREVER in *der kurzen Beschreibung der Heidnischen Todten Tœpffe, in welchen die Heiden ihrer verbrannten Todten überbliebene Gebein und Aschen aufgehoben, unter der Erden beygesetzet und bey den ietzigen Zeiten in der Chur- und Marck Brandenburg Hauffenweise ausgegraben werden, Norimbergæ 1688. 4.* De *Vrna Neilingensi Veteris Marchiæ* pererudita est Disquisitio IOANNIS GEORGII KEYSLERI, ipsius *Antiquitatibus Celticis* addita. *Vrnam prope Bostampium* inuentam cum effigie rarissima & aliis reliquiis, illustratam dedit V. C. GOTTLIEB SAMVEL TREVER, *Helmstadii 1729. 4.* quam cultissimam scriptionem iam laudaui. *Heynenses* luce antiquitatis adspersit CHRIST. ADOLPHVS BALDVINVS *Obseruationibus circa Vrnas Gentilium Germanorum, Heynæ 1648. 4.* De *Stolpensibus Pomeranicis* IACOBVS COLBERGIVS *Nouis literariis Maris Balthici* An. 1699. p. 229. seq. indicauit. *Eilenburgenses* in Misnia posteritati descripsit, habita Præside *Valentino Alberti* Dissertatione, *de Vrnis feralibus*,

IOHANNES GEORGIVS FRANCKIVS; *Lutherſtedtenſes* DAVID SIGISMVNDVS BÜTTNERVS Diaconus Querfurtenſis, ſcriptiuncula germanica, *Beſchreibung des Leichen-Brandes und Todten-Krügen, Eislebiæ 1695. 8.* De *Vrnis in Sileſia Lignicenſibus atque Pilgramsdorfenſibus* præclara Diſſertatione egit CHRISTIANVS STIEFE V. C. *Vratislauiæ 1704. 4.* edita atque *Michaeli Ioſepho Fibigero* inſcripta, qui in *Henelii Sileſiographia* ſuis acceſſionibus aucta *Tom. I. p. 371.* varias Vrnas memorauit; vt & de *Maslauienſibus* in Oelſnenſi Principatu detectis LEONARDVS DAVID HERMANNVS *Maslographia, Briegæ 1711. 4.* formis excuſa, expoſuit. De *Luſaticis Vrnis* extat copioſa expoſitio GODEFRIDI HECHTII *Miſcellaneorum Lipſienſium, Tomo VII.* p. 158. Has inter vrnas, quæ in Terris olim a Slauis habitatis repertæ, Slauicarum gentium permultæ. Vere Germanicæ ſunt *Cimbricæ*, de quibus præclara multa annotarunt IOANNES DANIEL MAIOR, Kilonienſis Profeſſor, nobiliſſimo opere quod: *Bevælkertes Cimbrien* inſcripſit, *Plœnæ 1692. f.* edito, atque TROGILLVS ARNKIEL *Tertio Tomo* Commentariorum de Rebus religioſis *Cimbriæ paganæ* iam excitatæ, cumprimis laudandæ CHRISTIANI DETLEV, & ANDREAE ALBERT RHODE Patris & Filii, quorum primus Præpoſitus & Inſpector Eccleſiarum Inſulæ Femeræ, alter itidem ordinis ſacri fuit, obſeruationes, ſiue *Cimbriſch-Hollſteiniſche Antiquitæten Remarques, oder accurate und umſtændliche Beſchreibung, derer in denen Grab-Hügeln derer alten Heydniſchen Hollſteiner der Gegend Hamburg gefundenen Reliquien, Hamburgi 1728. 4.* quibus de ritibus ſepeliendi Germanicis, vrnis, armis, ornamentis variis & annulis erudite ediſſerunt.

runt. Præmissa est commentariis his breuis quidem sed elegans Præfatio, laboriosissimi Reipublicæ Germanicæ Bibliothecarii, IOHANNIS ALBERTI FABRICII, qui, vti video, ea omnia opuscula, quæ studiosissime conquisiueram, & alios scriptores multos, qui vberem hanc materiam tractarunt, recensuit. Adiectæ sub finem *Ottonis Sperlingii*, celebrisque nominis aliorum Antiquariorum de argumento hoc ineditæ Epistolæ. Eruditissimi Viri RICHEY laudatas aliis *Obseruationes antiquarias de Tumulis sepulcralibus & Vrnis Holsaticis*, qua forma prodierint, nescio, nec BLVMII *Vrnas Bremenses* vidi. In laudatis supra Nouis Literariis Maris Balthici occasione erutarum Vrnarum insertæ sunt doctissimorum Virorum *Rhodii*, *Mellenii*, *Sperlingii*, *Prinzii* Obseruationes; IACOBI A MELLEN *Historia Vrnæ Sarmaticæ* Ienæ 4. est edita, puto & inter Silesiacas multas esse Sarmaticas.

§. XXII

Qui de variis *Germaniæ* Magnæ *singularibus Populis* & nationibus, quas *Tacitus* aliique Scriptores nominant, horumque sedibus, migrationibus, re publica, rebus gestis & fatis fuere commentati, de multis Historiæ & antiquitatum patriarum capitibus præclare sunt meriti. Primum, viris iuuenibusque legenda IOANNIS NICOLAI HERTII, qui lumen non Gissenæ saltim Academiæ sed Germaniæ omnis fuit, exquisito iudicio scripta *Notitia Veteris Germaniæ Populorum*, qua de veteris Germaniæ Populis vsque ad Seculum a Christo nato secundum & paulo post vniuerse; deque iisdem Populis Germaniæ veteris singulatim, quales ante Seculum a Christi natiuitate secundum & paulo post fuerunt, de Populis

pulis nimirum Germaniæ cum Cisrhenanis, tum Germaniæ illius magnæ, ordine Alphabetico breuiter quidem sed erudite, atque de fontibus, inde digressus ad eos, qui in Germania, Italia, Gallia, Francorum tempore, a quibus tandem subiugati floruerunt, Alemannos; Baioarios; Saxones; Thuringos; Frisios; de Burgundionum Regno in Germania prima & Gallia, de Vesi-Gothorum Regno in Gallia & Hispania; de Ostrogothorum Regno in Italia; de Langobardorum Regno in Italia copiosius exponens. Edita hæc Notitia *Giessæ 1709. 4.* & *Commentationum atque Opusculorum* Volumini Secundo, primo loco inserta. Galliæ Celticæ & Belgicæ Populi *Morini & Eburones* ac *Tungri*. De *Morinis quidem & Morinorum rebus, Syluis, Paludibus, Oppidis, Comitibus, Episcopis, ab An. Christi 309. ad an. 1553.* quæ reperire potuit, congessit IACOBVS MALBRANCQ, e Societate Iesu, *Tornaci 1639-1654.* tribus Voluminibus 4. De *Tungris & Eburonibus aliisque Germaniæ Inferioris Populis*, præclarus est Commentarius HVBERTI THOMAE, *Leodii, 1630. 8. & Tomo I. Schardiano p. 637.* addatur PETRVS DIVAEVS, Louaniensis, Brabantiæ historicus, *de Galliæ Belgicæ Antiquitatibus*, statum eius, quem sub Romanorum Imperio habuit, complectens, *Antwerpiæ*, ex Plantiniana, *1566. & 1584. 8.* atque in eodem *Tomo I. Schardii p. 668.* De *Toxandris, Batauis, Caninefatibus, Frisiis, Marsacis aliisque Belgicis Populis* plura annotata in *Antiquitatibus Inferioris Germaniæ Prouinciarum vnitarum*, quæ ex Museo PETRI SCRIVERII Partibus Tribus, prodiere *Lugduni Batauorum 1611. 4.* De *Triboccis*, qui in Germania prima & Alsatia hodierna sedes habebant, disseruit HENRICVS BEBELIVS, Argentoratensis tum Professor. *Cimbro-*

rum & Gothorum origines, sedes, migrationes inuestigauit NICOLAVS PETREIVS, *Lipsiæ 1695. 8.* & copiosius IOHANNES DANIEL MAIOR *im bevœlckerten Cimbrien, oder, die zwischen der Ost- und West-See gelegene Halb-Insul Deutschlandes, nebst dero ersten Einwohnern, und ihren eigentlichen durch viel und grosse Vmwege geschehenen Ankunfft, Plœn 1692. f. Chaucorum*, oræ maritimæ inter Amasum & Albim incolarum, antiquitates inuestigarunt IOANNES SCHILDIVS de *Chaucis, nobilissimo veteris Germaniæ Populo*, Libris Duobus, *Lugduni Batauorum 1649. 8.* quibus de immigrationibus Chaucorum in Terram, quam incolebant, hodie maximam partem Bremensem, natura & indole regionis, Coloniis Chaucorum eorundemque habitationibus, de Brema, Stada, Embda Ciuitatibus, harumque antiquitate; De Republica Chaucorum, populi moribus ac institutis, religione, Diis, Heroibus, Romanorum expeditionibus aduersus eos susceptis, ortisque a Chaucis populis erudite disseruit. Coniungantur ERPOLDI LINDENBROGII Res gestæ Chaucorum, *Geschichte der Chaucorum* germanice scriptæ, additæ Chronicæ ipsius Bellorum Cimbricorum, *Hamburgi 1589. 4.* impressæ atque IOANNES HENRICVS EGGELINGIVS Exercitatione Secunda de *Miscellaneis Germaniæ Antiquitatibus*, quæ ad loca *Taciti* Germaniæ Cap. *XXXV.* & *Plinii* Histor. Nat. Lib. *XVI.* Sect. I. est directa. Idem doctissimus Vir *Bremensis* Vrbis, cui merebat, antiquitates inuestigauit Exercitatione Tertia laudatorum Miscellaneorum, quæ est ad Claudii Ptolemæi Geographiæ Librum II. Cap. II. & Tab. Europæ IV. Φαβιρανον, qua sub hoc Phabirano, recensitis aliorum opininiobus Bremam intelligit, huiusque vrbis vetustatem tuetur. De *Hermunduris* singularis scriptor

ptor ARNOLDVS, mihi nondum visus, suspicor tamen Academicam esse Dissertationem; IOANNES vero NEVWALDVS, Lemgouiensis ipse Westphalus, de *antiquis Westphaliæ Colonis* Commentarium composuit, qui auctus & notis marginalibus locupletatus, Editione secunda, priori correctiore, prodiit *Osnabrugi 1674. 4.* vbi de antiquis Westphaliæ limitibus, antiquis incolis, Ariouisti Germanorum Ducis patria, de Sueuis, Vbiis, Tenchteris & Vsipetibus, Sicambris & Ambronibus, Bructeris, Chamauis, Angriuariis, Chaucis, Langobardis, Francis, Saxonibus, Westphalis, Hunnis & Wendis quædam annotauit, non adeo singularia. Iungenda IOANNIS IVSTI WINCKELMANNI, Consiliarii & Historici Hassiaci, & Oldenburgici, *Notitia Historico-Politica veteris Saxo-Westphaliæ finitimarumque Regionum*, quatuor Libris absoluta, *Oldenburgi 1667. 4.* Nomen *Westphaliæ*, variasque connexas antiquitates inuestigauit, scripta de nomine *Westphaliæ*, nobilissimique inter Saxones populi Dissertatione, CASPAR SAGITTARIVS, quæ *Ienæ 1686. 4.* proposita; postmodum *Nouæ variorum Scriptorum Conlectioni*, quæ Halæ 1716. 8. prodiit, Fasciculo primo, *p. 159.* illata. De *Westphalorum, siue antiquorum Saxonum situ, moribus, virtutibus & laudibus*, Libris III. ipse Saxo luculenter scripsit WERNERVS ROLEVINCK, qui *Tomo III.* Scriptor. Rerum Brunsuicensium Leibnitii extat. In eorundem *Saxonum* magnæ, ac libertatis auitæ tenacissimæ gentis, origines, quantum fieri tum poterat, sagaciter indagauit REINERVS REINECCIVS, Steinheimius, Commentatione de *Saxonum Originibus*, hisque implicata atque annexa de vrbe & Ducatu Brunsuicensi, exquisitione, occasione controuersiæ Ducum Brunsui-

 censium

censium cum Ciuitate huius nominis, iussu Superiorum, ex Auctoris autographo expressa, *Helmestadii 1612. & 1620. 4.* adiecta, quae huc pertinet, eiusdem Auctoris de *Angriuariis*, Saxonum populo & *Angaria* oppido, Commentatiuncula. Idem quoque, vir historiae Patriae perstudiosus de *Misenorum origine, rebus gestis, mutationibus, variis dominatibus & aduentu in Germaniam Lipsiae 1576. 4.* germanice scripsit, qui Commentarius in latinum translatus studio *Eliae Reusneri*, additus Fabricii originibus Saxonicis Edit. *Nic. & Eliae Reusnerorum.* PAVLVS quoque CYPRAEVS Slesuicensis, de *origine, nomine, priscis sedibus, lingua prisca, moribus antiquissimis, rebus gestis & migrationibus Saxonum, Cimbrorum, Iutarum & Anglorum* commentatus, quem libellum ex Pauli huius Bibliotheca edidit *Hieronymus Cypraeus*, Slesuicensis, *Hafniae 1622. 4.* & hodie est rarus. *De mixtione Populorum in Thuringia*, breuiter disseruit IOANNES SIMON PVRGOLD, *Ienae 1698. 4.* antiquos *Thuringos a Doriis* Graeciae populo deducere non adeo verosimiliter conatus; IOANNES IVSTVS WINCKELMANNVS dedit *gründlichen Bericht und Beweiß von Vrsprung und Anfang der Thüringer, Bremae 1694. 8.* Summo vero labore antiquitatum Thuringicarum indagator fuit CASPAR SAGITTARIVS, cuius operae auspicium fecit, edita Epistola, *de antiquo statu Thuringiae, sub indigenis, Francorum Germaniaque Regibus, vt & Ducibus, Comitibus, Marchionibus, vsque ad ortum Landgrauiorum* ad Ioannem Schilterum, *Ienae 1675. 4.* Post eam datis in lucem *Antiquitatibus Gentilismi & Christianismi Thuringici, Ienae 1685. 4.* inde *Antiquitatibus Regni Thuringici, Ienae 1685. 4.* demum *Antiquitatibus Ducatus Thuringi, Ienae 1688. 4.* argumen-

gumentum hoc grauiter, quantumque Theologus poterat, percoluit, variasque lucubrationes de aliis *Antiquitatibus Thuringiæ* MSCtas reliquit, quas indicat IOA. ANDREAS SCHMIDIVS, Vita *Casparis Sagittarii*. *Origines* quoque *Doringicas* post Sagittarium peruestigare voluit MARTINVS CHRISTOPHORVS LAVRENTIVS, Scholæ Senatoriæ Naumburgensis Rector, cuius *Origines Doringicæ*, siue *Monumenta Sueuorum in Doringia*, *Numburgi 1706. 4.* prodiere. Nomen Thuringorum bonus vir ab Oberringer deducit, migrationes inde statumque Thuringicum describit, maiore ingenio, quam iudicio, iustisque præsidiis destitutus. Idem *Monumenta Romanorum in Thuringia* commonstrare voluit, *Gothæ 1704. 4.* seductus similitudine nominum quorundam in vicinia Gothanæ vrbis locorum. *Disquisitionem* pereruditam *de origine Thuringorum* accurate condidit amplissimus & eruditissimus Vir FRIDERICVS ZOLLMANNVS Consiliarius Saxo-Vinariensis meritissimus, qua simul multa singularia de Tungrorum, Germanorum, Hermundurorum & Burgundionum ortu annotauit, atque Mappam Geographicam adiunxit, digna certe, quæ formis impressa extet. De *Nariscis* quædam compilauit CHRISTOPHORVS PHILIPPVS *a* WALDENFELS, Eques Voigtlandus, Monumento Historico, de *Maioribus nostris & Voigtlandis Nariscis*, *1662. 12.* De *Sueuis*, variis Populis Germaniæ sub hoc generali nomine complexis, horumque migrationibus & fatis, studiosissime ex optimis scriptoribus commentatus IOANNES CASPAR BRECHENMACHER, *Notitia Sueuiæ antiquæ*, quam Dissertationis forma, Præside *Burcardo Gotthelfio Struuio*, *Ienæ 1716. 4.* proponebat, inde præfixo auctoris nomine, *Augustæ Vindelicorum*,

rum, quæ Auctoris patria erat, forma eadem 1716. anno 4. prodiit, qua ortum & progreſſum Sueuorum ab eo tempore, quo mentio eorum fit, ad infelix cum Francis ad Tolbiacum prœlium & A. C. 496. expoſuit. *Origines Alamannicas* ingenioſe & docte inueſtigauit, V. C. IOANNES GEORGIVS WACHTERVS, quæ faciunt Diſſertationem præliminarem *Annalium Alamannicorum*, quos erudito orbi promiſit. Editæ hæ origines in *Gundlingianis*, quæ *Halæ 1723. 8.* prodiere, Parte XXX. *p. 373.* Inde, eruditiſſimus Argentoratenſium orator & hiſtoricus IOHANNES DANIEL SCHOEPFLIN *Alemannicas Antiquitates*, Commentatione Hiſtorica, ex optimis monimentis, dedit, eademque fata Veterum Alemannorum, vsq; ad extinctam eorundem rempublicam annumque C.496. tradidit *Argentorati 1723.4.* Coniungenda quæ antea lucem viderat, de *Sueuia Gentili*, Diſſertatio hiſtorica GEORGII IACOBI MELLINI, Lindauia Acroniani, *Ienæ 1695. 4.* edita, ſed ea accuratione, qua præcedentes, non eſt exarata. De *Sueuis* quoque Diſſertationem inter ſchedas manu exaratas ſeruauit illuſtris I. G. ECCARDVS. *Alpinas* aliquot *gentes*, harumque Tractum, cum deſcriptione priſcæ & veræ Alpinæ Rhætiæ concinnavit AEGIDIVS TSCHVDVS, quæ Tom. I. Schard. f. 519. extat. *Triboccorum* veteris Germaniæ Populi res cum Alſaticis attigit VLRICVS OBRECHTVS *Prodromo Rerum Alſaticarum* Volumine Primo, *Argentorati 1681. 4.* De *Boiorum Migrationibus* breuiter præfatus eſt, qui de *Claris Bœhmeris* ad Ludouicum Philippum Bœhmerum Diſſertationem Epiſtolicam ſcripſit IOACHIMVS MEIERVS, Gœttingenſis Gymnaſii Profeſſor, *Gœttingæ 1701. 4.* Res vero Boiorum ſub Carolingis eleganter expoſuit IOANNES GVILIELMVS IANVS, Hiſtoriarum tum Profeſſor Vitembergenſis,

de *Bo-*

de *Boioaria Francis subiecta*, Dissertatione, *Vitembergæ 1715. 4.* Antiquorum *Silesiæ* hodiernæ habitatorum *Quadorum*, *Lygiorum*, *Elysiorum* nomina, sedes, migrationes, res, magno studio excussit historiæ Silesiacæ peritissimus MARTINVS HANKIVS cum Libro, quem inscripsit *de Silesiorum Nominibus*, quo apud veteres veniunt, *Antiquitates*, *Lipsiæ 1702. 4.* tum altero: *De Silesiorum Maioribus Antiquitates*, ab orbe condito ad Annum Christi 550. *Lipsiæ 1702. 4.* quibus subsecutæ: *De Silesiorum rebus ab Anno C. 550. ad an. 1170. Exercitationes. Lipsiæ 1705. 4.* Alii viri docti Gentium Germanicarum e patrio solo egressarum, varias cum Septentrionis, tum Romani Imperii orientem, occidentem & meridiem versus provincias occupantium res scripsere. Quæ ad Septentrionem migrarunt vel inde fuere progressi primum memorabo. Facit huc CONRADI PEVTINGERI de *inclinatione Romani Imperii & exterarum Gentium præcipue Germanorum commigrationibus Epitome* pauculas lineas & vix dimidiam maximæ formæ pagellam complens, quam Beati Rhenani precibus inductus composuit; inde adiecta *Procopio* de rebus Gothorum, Persarum & Vandalorum, cum Præfatione *Rhenani* ex officina *Ioa. Heruagii*, *Basileæ 1531. f.* edito *p. 687.* & denuo curante Georgio Schubarto cum *Sermonibus Conuiualibus* vulgata. Quo ex Schediasmate, plures, *duos peculiares libellos effinxerunt*; ita, vt vnum *de imperii inclinatione*; alterum, *de Gentium migrationibus* Conradum edidisse persuadere lectoribus suis perperam voluerunt, vti erudite obseruauit V. C. *Lotterus*, *Historia Conradi Peutingeri* p. 52. ROBERTI SHERINGHAMI Cantabrigiensis, Collegii Gonuilii & Caii Socii de *Anglorum Gentis Origine* Disceptatio, *Cantabrigiæ 1670. 8.* edita. De *Originibus Gothicis*,

præter ea, quæ Rerum Germanicarum Libris Tribus consignauit, singillatim scripsit BEATVS RHENANVS Dissertatione Epistolica ad *Bonifacium Amerbachium* ICtum, Scriptoribus Historiæ Gothicæ præmissa, postea vero *Peutingeri* Sermonibus Conuiualibus Edit. Ienensis subiuncta. GEORGII SCHVBARTI, Historici Ienensis, de *Gothorum ortu* Dissertatio, *Ienæ 1676. 4.* per est erudita, & nitide scripta, vt omnia viri eruditissimi. Proposuerat sibi Descriptionem Reipublicæ Suecicæ, quam delineatam vidi ab eius manu, cuius caput facere debebat hæc Disquisitio, in tabernis librariis hodie rara. Huc spectat quoque MATTHAEI PRAETORII *Orbis Gothicus*, typis *Monasterii Oliuensis 1688. f.* quo de originibus, sedibus, lingua, regimine, moribus, ritibus, &c. Gothorum exposuit. *Origines Langobardicas* ex membrana peruetusta edidit & Commentario ingenioso & præclara eruditione pleno egregie illustrauit clarissimus vir IOANNES FRIDERICVS CHRISTIVS, qui CONRADI a LICHTENAV *Historiam Langobardorum* e Codice MSCto Ienensi emendatam & ex aliis Scriptoribus Excerpta quædam addidit, prodiit libellus *Halæ 1728. 4.* *Origines quoque Langobardicas* inter tot patriæ vetustis rebus illustrandis inseruientes labores adornauit illustris IOANNES GEORGIVS ab ECKHART, quas in scriniis MSCtas delitescere, cum aliis merito dolemus. V. C. *Tænneri*, Sueci, de *Regno Longobardorum in Italia* Dissertatio aliis laudata, mihi nondum visa, qua simul, vti alii memorant, in origines gentis inquisiuit, migrationesque indicauit. De *Burgundionibus* egregie CONRAD SAMVEL SCHVRZFLEISCH *Historia Veteris Regni Populique Burgundionum* inter Dissert. H. C. N. X. *Origines Nationum & præcipue Saxonicæ in Transiluania*, eruit curate, & non-

nonnullas alias obſeruationes ad nobilis huius prouinciæ Iura ſpectantes adiecit VALENTINVS FRANCKIVS A FRANCKENSTEIN, Gubernii Regii in Tranſyluania Conſiliarius intimus, Saxonicæ Nationis Comes, & Ciuitatis Cibinienſis Iudex Regius. Opuſculum primum prodiit *Cibinii 1696.* recuſum cura *Ioannis Fabricii, Helmſtadii 1697. 4.* quibus adiungendi M. MARTINI KELPII Holduilagienſis Saxo-Tranſyluani, *Natales Saxonum Transſyluaniæ* Diſſertatione Academica, *Lipſiæ 1684. 4. Vandalicas* res, & qui in horum oras immigrarunt *Slauorum* excuſſere, qui poſt NICOLAI MARESCHALLI, Conſiliarii Megapolitani, *Annales Herulorum ac Vandalorum* Libris VII. *Roſtochii 1521. f.* editos hodieque rariſſimos, res patrias perquirendas putarunt, HECTOR nimirum GODOFREDVS MASIVS *Antiquitatum Mecklenburgicarum* Schediaſmate Hiſtorico-Philologico, quod cum notis *Andreæ Borrichii, Lubecæ 1700. 8.* prodiit, qui tamen res ſacras potisſimum tractauit. *Origines Pomeranicas* docte perquiſiuit CHRISTOPHORVS HARTKNOCHIVS ſingulari Diſſertatione, quæ de Republica Polonica Libris duobus doctiſſimi Viri fuit ſubnexa, *p. 962.* & MARTINI RANGONIS, ICti, *Pomerania Diplomatica* ſiue *Antiquitatibus Pomeranicis, Francofurti ad Viadrum 1707. 4.* editis, addita, vbi & CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII *Origines Pomeranicæ*, quæ & inter Diſſertationes Hiſtorico-Ciuiles extant; & AEGIDII van der MYLEN de *antiqua Pomeranorum Republica*, Disquiſitio comparent, quæ ſcriptiones omnes de Populis & Germanicis & Slauicis huius oræ habitatoribus, memorant. De *Rugia Inſula Maris Balthici* exſtat Diſſertatio, GEORGII GREENII, Profeſſoris tum Hiſtoriarum Vitembergenſis, *Witteberga 1678. 4.* qua inter alia de Vandalis aliisque

habitatoribus disquirit. Alii de Slauicis aliis Populis Scriptores sunt, GEORGIVS siquidem KRÜGERVS Dissertatione de *Serbis*, *Venedorum natione*, *vulgo dictis die Wenden*, *Viteberga 1675. 4.* habita, ab illustri *Hoffmanno Scriptoribus Rerum Lusaticarum* Tom. II. *p. 237.* illata; IOANNES etiam GEORGIVS KVNSCHKIVS Dissertationibus aliquot de *Lusatia*, *VVitembergæ 1713. 4.* egit, quarum prima, Sectione tertia de *variis Incolis Lusatiæ* exponit, quæ in laudata Collectione *Tom. II. p. 293.* comparent.

§. XXIII.

Francorum, nobilissimi inter Populos Germaniæ ceterorumque victoris, origines, res, atque rempublicam multi eruditissimorum hominum descripserunt, quorum accuratissimum recensum instituit IACQVES le LONG *Bibliotheque Historique de la France*, *Parisiis 1719. f.* amplissimo volumine. Nos quosdam saltim, qui de originibus Gentis in Germania nostra petendis, & memorabilibus quibusdam, agunt, breuiter delibabimus. Primum enixe commendamus IOANNIS NICOLAI HERTII, qui non Giessenæ Academiæ tantum, sed Germaniæ omnis decus fuit, elaboratissimam *Notitiam Regni Francorum Veteris*, *a prima eius origine vsque ad excessum Ludouici Pii*, Imp. *Giessæ 1710. 4.* & Commentationum atque Opusculorum Volumine Secundo, *p. 209* qua, præmissis Prolegomenis, de instituto, adiumentis, & subsidiis huius Scriptionis, de nomine Francorum & gentis regnique cum origine, tum progressu, de fine siue scopo Francorum, de personarum & rerum conditione in vetere illorum Regno, de summa potestate & subiectione, de consultationibus, imperiis & iudiciis, de bello,

pace,

pace, fœderibus, opibus & existimatione veterum Francorum apud exteros, de Regibus Francorum Merouingicæ Stirpis, de Maioribus Domus & de Pipino, Carolo M. & Ludouico Pio accurate magno cum iudicio & selectu differit. De *origine Francorum* libelli præstantiores sunt HERMANNI Comitis NVENARII, Præpositi Coloniensis, qui vnus ex instauratoribus bonarum artium studiorumque historicorum in Germania æuo Maximiliani I. & Caroli V. erat, *breuis Narratio de origine & sedibus priscorum Francorum, Coloniæ 1521. 4.* Eginharto, Editionis Nuenarii addita, *Collectioni Heruagianæ, Basileæ 1532. f.* & Tomo I. Scriptorum Rerum Francicarum du *Chesniano p. 171.* inserta; ANTONII SCHONHOVII, Canonici Regularis, *Commentatio Epistolica de origine & sedibus Francorum*, deque *Chamauis, Bructeris, Tencteris aliisque & quodnam vocis:* Germanus, *ἔτυμον* ad Cornelium Gualterum, olim, cum nondum prostaret, magni habita, ab *Antonio* vero *Matthæo*, *Analectorum veteris æui* Tomo I. *p. 57. seq. Lugduni Batauorum 1698. 8.* edito, in manus eruditorum tradita; quæ breuis est Germanasque origines Francis merito tribuit. In primis huc referendæ IOANNIS ISAACI PONTANI *Originum Francicarum Libri VI. Harderuici 1616. 4.* qui raro hodie prostant, in quibus præter Germaniæ & Rheni Chorographiam, Francorum origines & primæ sedes, aliaque ad Gentis in Galliam transitum, variasque victorias, instituta & mores pertinentia, ordine deducuntur, à prima origine ad mortem Clodouæi I. annumque Christi 511. Eruditissimus est discursus AEGIDII LACARRII S. I. Presbyteri, *de origine Francorum, qui trans & cis Rhenum habitauerunt, quique alii sunt a Gallis antiquis*, illatus *Historiæ Colonia-*

Coloniarum ipsius, *Claromontii 1677. 4.* editæ. Nostro æuo a doctiſſimis Galliæ Germaniæque viris *origo Francorum* curatius perueſtigata. Etenim inter Academiæ Regiæ Inſcriptionum Acta extat: *Diſſertation dans la quelle on tâche de démêler la veritable origine des François, par une parallele de leurs moeurs avec celles des Germains par* RENE' D' AVBER DE VERTOT. Summus Vir GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS, edita *de origine Francorum* paucularum pagellarum Diſquiſitione, celeberrimi nominis literis ſaltim initialibus ſignata, *Hanouerae 1715. 8.* antiquas Francorum ſedes, antequam Romanis noſcerentur, ad mare Balthicum in Holſatia, Ducatibus Lauenburgico, Mecklenburgico & Pomeraniæ parte quærendas, cenſuit, ſecutus Geographum Ravennatem, quem Porcheronus & Iacobus Gronouius ediderunt. Quæ ſingularis ſententia ſub examen eruditum vocata, dans *Reflexions* de PIERRE IOSEPH de TOVRNEMINE Ieſuite, *ſur la Diſſertation de Mr. Leibnits touchant l' origine des François*, quæ extant dans les Memoires de Trevoux Art. II. Menſis Ianuarii, 1716. atque ab illuſtri & exquiſitiſſimæ doctrinæ Iuriſconſulto & Hiſtorico NICOLAO HIERONYMO GVNDLINGIO *in Gedancken über des Herrn Baron von Leibnitz Schrifft*, *de Origine Francorum*, Gundlingianorum P. III. *p. 234.* cumque *Leibnitius* Reſponſionem paraſſet, quæ ab ipſo *Gundlingio*, Parti Sextæ *Gundlingianorum p. 62.* illata, dedit Parte Nona *p. 295. Replic, auf die von dem Herrn von Leibniz beſchebene Antwort de Origine Francorum.* Ipſe Leibnitius ab obiectiones quasdam Turnemini gallice reſpondit, quam Reſponſionem IOA. GEORGIVS ECCARDVS, cum patroni ſui laudata Diſquiſitione curis poſterioribus aucta & abs

abs se annotatiunculis illustrata, Legibus Francorum Salicis & Ripuariorum *Hanouerae 1720. f.* editis, adiecit, qui & Sententias Leibnitianas illustrauit. Multa lumina ex Antiquitatibus Francicis petenda, ex libris IOANNIS IACOBI CHIFLETII, Equitis, Regii Hispanici Archiatrorum Comitis & Archi-Ducalis Medici primarii, maxime vero ex ipsius *Anastasi Childerici Francorum Regis, siue Thesauro Sepulchrali Tornaci Neruiorum effosso & Commentario illustrato, Antwerpiae 1655. 4.* quo libro, post breue historiae Francicae ad Carolum M. vsque compendium, Thesaurum sepulchralem Childerici a. 1653. repertum, togam, instrumenta belli & ornamenta, Annulum Signatorium, Graphiarium, Pugillares, Gladium, Securim, Frameam, Equum bellatorem huiusque instructum, Aurum Argentumque signatum Regis Idolum mirae superstitionis, Apum aurearum symbola, opere caelato scite exhibita, eruditissime illustrauit; adiungenda EIVSDEM de *Ampulla Remensi noua & accurata Disquisitio*, cui additum Parergon de *Vnctione Regum*, contra *Iacobum Alexandrum Tenneurium, Antwerpiae 1651. f.* qua, dum controuersiam de Praerogatiua ordinis inter Francorum & Hispaniarum Reges agitatam, pro Hispano tractat, fabulam Ampullae Remensis aliasque res & antiquitates Francicas exponit. De *Iuramentis* veterum Francorum, culta est Dissertatio *sur les Sermens usitez chez les François*, par RENE' d'AVBER de VERTOT Academiae Inscriptionum Francicae Socium, quae extat dans *Actes & Memoires de l'Academie des* Inscriptions, Eiusdemque *Discours sur l'origine de Loix Saliques l. c. T. IV.* & de Sepulturis Regum Francorum veterum *Discours sur les anciennes Sepultures des Rois de France* par Dom IEAN MABILLON Mona-

Monachum Benedictinum e Congregatione S. Mauri, quæ dans *les Memoires de Literature*, Tomo IV. reperitur. Plures huiusmodi Scriptores Antiquitatum Francicarum copiosissimo adparatu Longus recenset, indicata *Bibliotheca Historica Franciæ*, instructissima.

§. XXIV.

Geographia veteris & medii æui Germaniæ a doctissimis quidem viris exposita, plene tamen cum primis quod ad Germaniam *mediam*, nondum est perculta, atque vota sunt concipienda pro felici successu laboris patriæ fructuosi, quem docti viri promittunt. *Tabulæ*, illustrando *veteri Orbi*, antiquis temporibus adparatæ, paucæ sunt superstites. AGATHODAEMON quidem Alexandrinus, Geographicas Ptolemæi rationes in tabulas digessit, sed vt recte censet *Christophorus Cellarius* Præfatione ad Lectorem Voluminis primo Notitiæ Orbis antiqui præmissa, *tantum habet fidei, quantum ipse Ptolemæus*, de quo iam supra egi. Seruata tamen fuit VETVS TABVLA PEVTINGERIANA, vulgo adpellata, item *Augustana*, & a quibusdam *Theodosiana*, de cuius constitutione, satis & pretio cultissima *vita atque meritorum historia* CONRADI PEVTINGERI, Augustani, qui possessor Tabulæ fuit, erudite egit clarissimus Vir IOANNES GEORGIVS LOTTERVS, *Lipsiæ 1729. 4. §. X. p. 61.* Est illa carta aliqua itineraria (quales apud veteres Romanos in Bibliothecis fuerunt, de quibus Propertius Libro IV. Elegia III. v. 36. Cogor & e tabula pictos ediscere mundos, & vti Suetonius Domitiano c. X. depictum orbem Terræ in membrana, memorat, addatur Eumenius Panegyrico c. XX.) Theodosio I. Magno imperante, circa Seculi IV. finem

finem delineata, *qua*, Lotteri verbis scribo, *itinera Exercitus Romani illa tempestate per magnam occidentalis Imperii plagam facta describuntur. Auctoris nomen quamuis ignoretur, patet tamen intelligentibus, illam neque a quopiam erudito, & Geographicæ artis perito conditam, neque hunc in finem concinnatam fuisse, vt orbis, quæ tunc erat, terrarum faciem depictam exhiberet: quin potius a Metatore aliquo, qualium, tunc frequens Romanis vsus, descriptam esse, vt delinearet viarum stationumque rationes, instituendas Romanæ militiæ per varias Imperii prouincias, atque hinc demum conligi, male facturos esse, quicumque illam perfectæ cuiusdam Tabulæ Geographicæ loco existimare præsumerent; tum vero illos iterum minus rectum pretium ipsi constituere, qui plane negligendam putarent, quin immo egregium quoddam vetustatis monumentum iure illam censeri, cuius beneficio tam multa Geographiæ istius temporis vniuersim, quam celebratissimo præsertim illi Antonini* Itinerario (de quo *supra*) *lux commodari queat. Ceterum* Peutingerianæ *adpellatio ex hoc ipsi hæsit, quod Peutingerus, a Conrado Celte, qui primus illam casu in Cœnobii cuiusdam Germanici Bibliotheca detexit, siue dono, siue pretio acceptam seruauit sollicite inter sua* κειμήλια, *non autem multorum more, ipsius inspiciendi copiam eruditis inuidit, sed amicis aduenisque litteratis aliis iucunde ostendit inter hos non postremus Beatus Rhenanus, in Commentariis Rerum Germanicarum plurimis locis, Tabulæ istius mentionem fecit, vnde maxima doctos cupido incessit typis illam aliquando communi curiosorum vsui descriptam videndi, neque deesse voluisse nostrum ipsorum desideriis, sed serio in animo habuisse illius vulgandæ curam, luculento prorsus indicio est Diploma aliquod Cæsaris, quod iam anno MDXI. de illa edenda impetrauerat, interim*

terim

terim abiecisse Peutingerum consilium illud insequenti tempore, euentus docuit; quamuis causa plane incomperta habeatur; nisi forte publica negotia, quae otium fere omne ipsi surripuerunt. Haec interim iactura ferenda erat aliquantum aequiori animo doctis, nisi grauior mox reddita fuisset, quum post Conradi obitum nullum amplius tabulae vestigium adpareret, ideoque illis spem omnem suam delusam conquerendi ansam praeberet, rediit vero tantisper animus, vbi interposito quadraginta & quod excedit annorum spatio contingeret, vt inter supellectilis litterariae Peutingerianae reliquias detegerentur Schedae duae, quas hanc ipsam desideratam adeo, totque votis expetitam tabulam esse indubiis plane argumentis existimabatur, mox illae ad manus illustris viri Marci Velseri perlatae, quamuis pro ea, qua in his literis ad miraculum vsque excellebat sagacitate deprehenderet facile, non esse schedas hasce verum illud atque genuinum Itinerarii αὐτογραφον; sed fragmenta tantum ipsius ex maiori opere delineata, non tamen inuidenda illa eruditorum oculis censuit, quos praesentibus etiam libenter vsuros pernoscebat. igitur summa fide atque accuratione descripta ad Aldum Venetias transmisit, vt typis ibi ederet; atque explicationes addidit admodum luculentas, quibus tum librariorum errores emendauit, ab auctore inconcinnius posita commode interpretatus est, dubia vero aut incerta stabiliuit atque confirmauit. libri index hic est: Fragmenta Tabulae antiquae, in quis aliquot per Rom. prouincias itinera, ex Peutingerorum bibliotheca edente & explicante M. Velsero, Matthaei filio, Aug. Vind. cum priuilegio Venetiis cIↃ IↃ xcI. apud Aldum, 4. dedicationem ad virum ill. & nobil. Iacobum Curtium a Senfftenau S. R. I. Procancellarium, sequitur Praefatio, qua quae ad libri institutum cognoscendum pertinent, edisseruntur, interim iteratis

vicibus

vicibus repetita est horum Fragmentorum editio. etenim non multo post Velserum illa æri incidi denuo curauit & Antuerpiæ typis Ioannis Moreti MDXCVIII. vulgari ABRAHAMVS ORTELIVS, *post hunc Theatro Geographiæ veteris* PETRI BERTII *Amstel. anno MDCXVIII. f. inserta fuerat; quod idem fecit* IOANNES IANSONIVS *in accuratissima Orbis antiqui delineatione cum Tabulis Peutingerianis, Amstel. MDCLIII. fol. reg. denique comparent etiam in editione Operum Velseri Norimbergensi a. p. 705. ad 772. equidem recentiori ætate Claudius Nicasius, Menso Altingius, Adrianus Relandus, Henricus Christianus Henninius, & forte plures alii cogitationem susceperunt Fragmenta ista cum nouis iisdemque amplissimis Commentariis denuo exscribendi; nisi potentior mortis vis illorum destinata discussisset, interim dum sic, vel ipso Velsero præeunte, aut omnis plane spes decollasset, aut minima certe superesset apud eruditos, veri aliquando Tabulæ Peutingerianæ exempla αὐτογραφα detegendi, accidit ætate nostra mirabili fortunæ fauore, vt ex obscuræ illius noctis vinculis, quibus per ducentos fere annos constrictum in puluere & squalore delituerat, in lucis auras, inuidendo maioribus nostris euentu, protraheretur. & seruasse omnino videbatur illius inueniendi gloriam arcana fati prouidentia alicui, qui cum generis tum doctrinæ atque meritorum ornamentis, antiquitatis præsertim studio ætatis suæ Peutingerum exacte referret atque adeo dignissimus foret, qui cum Peutingero ob seruatum tam insigne vetustatis monimentum in immortalis laudis societatem veniret, est ille illustris atque amplissimus Vir Volfgang Iacob Sulzerus, filius, qui dum Augustæ Anno MDCCXIV. mense Iulio forte Bibliothecam Peutingerianam curiosius perlustraret, in hanc tabulam simul incidit, atque instituta sollicite cum Apographis Velserianis comparatione,*

ratione, obseruatisque curate, quæ Velserus descripserat, integri exemplaris indiciis atque propriis characteribus, veram illam esse atque genuinam Tabulam Peutingerianam detexit. nunciata hæc res statim per literas publicas, (Neue Zeitungen von gelehrten Sachen An. 1715. p. 116.) mirum, quantum apud intelligentes excitauit gaudium. accidit interim, vt non multo post famigerabilis apud Augustanos bibliopola Paulus Kubzius prudentiorum consilio illam a Desiderio Ignatio Peutingero salubri admodum pretio redimeret, venum iterum expositurus, si emtor opprotunus contingeret, nec defuisse plures Helenæ huius proci dicuntur; quos inter tamen vnus omnium Serenissimus Sabaudiæ Princeps EVGENIVS, *heros maximus, idemque Musarum Hercules incomparabilis, reportauit, cuius inter gazas litterarias, vel regibus inuidendas, adeo iam adseruatur* κειμήλιον *hocce præstantissimum, paremque Velsero commentatorem expectat.* Hæc de nobilissimo Geographiæ Veteris monimento LOTTERVS. Quæ non ingrata erunt iis, quorum in manus, libelli Academici Germanorum rarius peruenire solent. Iam vero illi indicandi veniunt, qui dum *omnem Geographiam veterem* tradunt, Germaniam quoque attigerunt, nimirum ABRAAMVS ORTELIVS, Regis Hispaniarum Geographus, qui *Theatro* suo *Orbis Terrarum, Antuerpiæ 1592.* & curatius *ibidem 1624. fol. reg.* edito, *Parergon Geographiæ veteris* adiecit, Germaniam quoque complexum. *Sed quidquid est huius operis*, iudicat Cellarius, laudato iam libro *non absolutum id habendum est, sed quod ipse Ortelius Conatus tantum Geographicos vocauit: cui si quis curam intenderit maiorem, illico perspiciet, quæ addi sane vel immutari, vel abiici etiam postulent. Eadem*, eodem iudice perito, *ratio* est PHILIPPI BRIETII, *minorum*

norum Tabularum, quæ *Parallelis Geographiæ Veteris & Nouæ*, *Parisiis 1648. 1649. 4.* editis, insertæ. PETRI BERTII insigne *Theatrum Geographiæ Veteris Amstelodami 1618. f.* reg. editum supra recensui, cuius *Libri Tres Commentariorum Rerum Germanicarum*, *Amstelodami 1632. 4.* editi, pro temporum subsidiorumque ratione sunt egregii. De PHILIPPI CLVVERII Germania antiqua, quæ potissimum huc facit, iam exposui. IOHANNES IANSONIVS, NICOLAVS SANSONIVS aliique, qui de vetere Geographia commentati alibique in Catalogo Historicorum Fresnojo - Menckeniano N. VIII. indicati, huc ex parte faciunt, cumprimis autem CHRSTOPHORI CELLARII *Notitia Orbis Antiqui*, cuius Tomus I. *Lipsiæ 1701. 4.* Tom. II. *ibid. 1706. 4.* editi, prior recusus *Cantabrigiæ 1703. 4.* qui Libri *II.* Cap. *II. V.* cumprimis & *VII.* quæ de Germania adsidua diligentia in Scriptoribus græcis ac romanis reperire poterat, laboriosissimus Vir, congessit, Tabulasque emendatiores exhibuit. Multum ad illustrandam Geographiam Germaniæ sub Romanis Scriptiones eæ conferunt, quæ de castellis, stationibus, Coloniis Romanorum in Germania exponunt. Quasdam harum inuestigare cœpit IOANNES BASILIVS HEROLDVS, Hochstatensis, non vno labore de communis patriæ rebus meritus, Commentariolo, de *Romanorum in Rhætia litorali stationibus*, *ac ex iis vicorum, municipiorum & villarum qui hodie supersunt Originibus*, singulatim olim editus, inde Schardiano *Tomo I. f. 585.* illatus, vbi & *f. 577.* AEGIDII TSCHVDI extat ad *Beatum Rhenanum* Epistola de *Lentiensium Germanorum, Augustæ Vindelicorum Octodori Veragrorum, Equestris Coloniæ nomine & situ, cum explicatione nominum aliorum*

quorundam in Germania locorum. Iungi poteſt STEPHANI BROELMANNI Agrippinenſis JCti, *Ciuium Rerum memoria dignarum Ciuitatis Vbiorum & Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis Commentarii Pars I.* quæ eſt *Originum deque veteribus trans Rhenum Sedibus, Republica, moribus, potentia* vsque ad Fœdus cum Romanis & Annum Romanæ V. C. ıↄ cxcv. cum Mappis Geographicis *f.* omne hoc opuſculum XI. plagulis conſtat, & præfixus poſtea titulus: *Epideigma* ſiue *Specimen Hiſtoriæ veteris omnis & puræ florentis atque amplæ Ciuitatis Vbiorum & eorum ad Rhenum Agrippinenſis oppidi, S. B. A.* apud *Coloniam Claudiam Auguſtam Agrippinenſem*, ſumtibus auctoris *1608. f.* Qui ſingularium quidem Prouinciarum Germaniæ Geographiam perueſtigarunt FERDINANDVS FÜRSTENBERGIVS Præſul & Princeps Paderbornenſis, *Monumentis Paderbornenſibus*, quæ nitidiſſima Editione *Amſtelodami 1672. 4.* edita, *Francofurti & Noribergæ 1713. 4. & Lemgouiæ 1714. 4.* recuſa, veterem *Saxoniam & Weſtphaliam*; MENSO ALTINGIVS *Deſcriptione ſecundum antiquos Agri Batavi & Friſii, vna cum conterminis, ſiue Notitia Germaniæ Inferioris cis & vltra Rhenum, qua hodie eſt in ditione VII. Fœderatorum, Tabulis Geographicis V. & Commentario repræſentata, Amſtelodami 1697. f. 2. Voll.* accuratiſſime *Batauiam & Friſiam*, illuſtratam exhibuit, qui Duumviri omni Germaniæ inſignem, quod intelligentibus notum, lucem attulerunt. Ex his ipſiſque fontibus græcis & romanis profluxit, exquiſito labore confecta IACOBI CAROLI SPENERI Profeſſoris tum Halenſis poſtea Vitembergenſis, *Notitia Germaniæ antiquæ, ab ortu Reipublicæ ad Regnorum Germanicorum in Romanis Prouinciis ſtabilimenta, Germaniæ & Germanicarum Ciuitatum*

Statum

Statum & Conditionem plene declarans, *Halæ Magdeburgicæ* 1717. 4. Liber certe præclarus, in *sex* Libros diuisus, quorum *primus* Fines veteris Germaniæ, & *alter* naturales eius notas, puta, filuas, fluuios & montes, enarrat; Libro *tertio* Populorum Germaniæ instituitur consideratio; *quartus* Occidentalem, & *quintus* Orientalem & Aquilonalem Germaniam veterem repræsentat; *Sextus* excurrit extra Germaniæ veteris limites & Germanos ostendit, qui in Sarmatia, Pannoniis, Norico, Rhætia, in Italia atque in Belgica, antiquitus commorati sunt. Tabulas nouas Geographicas addidit, quarum vna omnes Germaniæ veteris vicissitudines sistit, altera tertiaque Noricum Rhætiamque atque Belgicam exhibent, quarta Germania exhibetur medii æui, priorum Seculorum rationibus attemperata, etenim doctissimus Vir Conspectum Germaniæ mediæ, qualis Seculo VI. & post paulo sequentibus fuit, adiecit. Germaniæ mediæ notitiæ quum magna sit inopia, vsusque tamen in grauissimis negotiis plane necessarius, insignes habendæ sunt gratiæ viris eruditissimis, qui vel primas Geographiæ mediæ lineas duxerunt, vel editis particularibus scriptionibus grauissimi laboris quædam adiumenta dederunt. Quorsum pertinent PAVLI HACHENBERGII, Professoris Heidelbergensis, dum viueret, celeberrimi, *Germania Media*, publicis Dissertationibus in Academia Heidelbergensi proposita, in qua res mediorum Seculorum, quæ a Traiano ad Maximilianum I. fluxere, ex priscis auctoribus recensentur, mores, ritus, leges, sacræ profanæque ceremoniæ illustrantur, dubia obscuraque Scriptorum Germanicorum loca explicantur, prodiit ex *Editione Secunda Ienæ* 1686. 4. & *Tertia*, *Halæ* 1709. 4. quam GVILIELMVS

TVRCKIVS curauit, qui Dissertationem de *Geographia Medii aeui* adiecit. Hachenbergii hic Liber quidem maxime ad eos Scriptores pertinet, qui generalem Germaniæ descriptionem, & maxime veteris illius dederunt, habet tamen & argumenta, quæ huc faciunt. Laudandus præter hos insignis conatus CHRISTIANI IVNCKERI Historiographi Saxonici & Gymnasii tum Isenacensis Rectoris declaratus *Introductione ad Geographiam mediorum temporum*, maxime *Germaniæ*, idiomate germanico scripta & *Ienæ 1712. 4.* edita, apte satis disposita, variisque obseruationibus, quæ viri lectio & apparatus ferebant, illustrata. Sed primæ saltim, vt ipse Auctor modeste agnoscit, sunt Lineæ, laborque hic arduus latissimeque patens, graues habet difficultates, quas expendit breui sed docto Programmate, quo suum de Geographia medii æui conscribenda Consilium aperuit SIMON FRIDERICVS HAHNIVS, *Helmstadii 1717. 4.* edito, vbi, alioque loco Præfatione scilicet Tomi I. Historiæ Imperii Germanici, Geographiam medii æui, exacte inuestigatam promittit, cui labori idoneus in primis erat, in monimentis cartisque medii æui versatissimus, quem tamen aliosque eximios labores mors turbauit. Illustris Vir IACOBVS PAVLLVS a GVNDLING Præfatione *Vitæ Henrici VII. Imp.* præmissæ *p. 2.* indicat, se pleniorem *Geographiam medii æui*, labore absoluto in scriniis seruare, aliquando forte in lucem manusque eruditorum producendam, qua de caussa rogandus est vir eruditissimus, vt moras rumpat, atque ad tam necessarium opus, quæ obseruauit, lubens conferat. Insigne lumen Geographiæ medii æui Germaniarum accendit summa eruditæ diligentiæ laude conductum *Chronicon Gottwicense*, huius-

huiusque *Tomus Prodromus*, *Typis Monasterii Tegernseensis O. S. Benedicti 1732. f. mai.* splendidissime editus, cuius Liber Tertius de Imperatorum ac Regum Teutonicorum Palatiis, villis ac Curtibus in genere exponit, Liber vero Tertius de Pagis Germaniæ mediæ eruditissime commemorat. Quod incomparabile opus debet patria Reuerendissimo Godefrido Abbati Gottwicensi. Historiam *Finium* Germaniæ mutatorum subinde egregie quidem, sed ita tamen vt suppleri & emendari & possit & debeat, dedit HERMANNVS CONRINGIVS erudito Tractatu de *Finibus Imperii*, qui ex auctiore ceteris & optima editione prodiit *Helmstadti 1696. 4.* & præclare quoque hoc argumentum tractauit IACOBVS CAROLVS SPENERVS *Historia Germaniæ Vniuersali & pragmatica* sub singulis Impp. & Regum periodis. *De Finibus vero Germaniæ nunquam mutatis* egit Dissertatione Academica IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS, *Erfurdiæ 1710. 4.* qua inter alia docuit neque Germaniam antiquam maiorem fuisse præsenti, neque præsentem antiqua minorem. De *Veteris Heluetiæ Finibus* exponit scripta ad illustrem *Godofredum Guilielmum Leibnitium* Dissertatione Epistolica IOANNES CONRADVS SCHWARZIVS Professor Coburgensis humanissimus, *Coburgi 1710. 4.* Magnam huius Geographiæ mediæ Germaniæ nostræ partem conficit, accuratior *Pagorum & Gouarum* inuestigata consideratio. Pagos octoginta Germaniæ superioris ex chartis antiquis, quorum insignem numerum viderat & legerat enumerauit MARQVARDVS FREHERVS, Consiliarius Archi-Palatinus, *Originibus Palatinis*, quarum optima *Editio Secunda*, quæ typis *Gotthardi Vœgelini 1613. f.* prodiit. Idem *Vœgelinus* in Tabula Chorographica, quam

Freheri Commentariolo *de Lupoduno* siue Ladenburgo, *antiquissimo Alemanniæ oppido*, opusculo postumo curis & typis Vœgelinianis edito *1615. f.* præfixit, aliquot Rheni Pagos indicauit. CXXX Pagos detexit diligentia HENRICI MEIBOMII Senioris, cuius Disquisitio *de vtriusque Saxoniæ & vicinarum quarundam regionum Pagis* in opusculis viri Historicis variis *Helmstadii 1660. 4.* cura Filii editis *p. 81.* extat, eademque Rerum Germanicarum Scriptorum ab eodem Filio iunctim editorum Tomo III. inserta. Priscas quoque chartas studiose excutienti CHRISTIANO FRANCISCO PAVLLINI aliqui oblati, de quibus hi viri nihil omnino, seu parcius annotarunt, inde de *Pagis inprimis antiquæ Saxoniæ* Libellum ex vetustis tabulis confectum dedit, qui ipsius *Rerum & Antiquitatum Germanicarum* Syntagmati est illatus. *Antiquitates Pagorum & Comitatuum Principatus Anhaltini*, a temporibus Carolinis in quibus tamen terris Slaui sedes occuparunt ex Diplomatibus Archiui Cœthensis solide exposuit CHRISTIANVS KNAVT, Doctor Medicus & Archiater Anhaltinus in Anhaltina historia egregie versatus. Veteribus noua quædam miscent Scriptores de quibusdam Germaniæ Regionibus & ciuitatibus, vtpote ADAMVS RECHENBERGIVS Dissertatione de *vetere Osterlandia*, de nomine amplissimæ regionis, incolis Hermunduris, Sorabis, statu prouinciæ exponens, quæ *Dissertationum Historico-Politicarum* Volumine, Parte II. N. *XVIII. p. 510.* reperitur. De *Terra Aduocatorum*, dem *Voigtlande* IOANNES GEORGIVS PERTSCHIVS de *origine Voigtlandiæ*, *Wonsidelæ 1668. 4.* EHRENFRIED DVRRIVS, Dissertatione Academica, qua *Lineamenta Historiæ de Terra Aduocatorum*, non indiligenter duxit *Ienæ*

1675.

1675. 4. atque doctissimus Anonymus, Schediasmate vernacula scripto *Historische Nachricht vom Voigtlande, Ienæ 1725. 8.* Nec omittendi qui sedes & pagos Slauicorum Populorum, qui in Germanicas Prouincias irruptiones fecerunt, variisque vrbibus, oppidis, villis nomina dederunt, studiose designarunt, quales FRIDERICI STRVNZII Disquisitiones *de duobus antiquis Saxoniæ Pagis Nisani ac Daleminci*, qui Soraborum erant pagi, *Vitembergæ 1714. 4.* atque CASPAR HENRICVS GRAVNIVS de *Dalemincia Slauorum*, primum a *Paullini* de Pagis Germaniæ edita, inde hanc de antiquissimo hoc Pago eruditam Disquisitionem illustris *Hoffmannus, Scriptoribus Rerum Lusaticarum, Tom. IV. p. 155.* ad *p. 167.* inseruit.

§. XXV.

Præter FRANCISCVM IRENICVM, cuius *Exegesin Germaniæ* iam laudaui, *Chorographicam Germaniæ* omnis recentiorum temporum descriptionem, multo labore, vti iis, qui primas ducunt lineas, vsu venit, adgressus SEBASTIANVS MÜNSTERVS Linguæ sanctæ Basileensis Professor, vir diligentissimus, *Cosmographia Vniuersalis*, Libris VI. quæ latine *Basileæ 1559. f.* vsque ad eundem annum continuata & Germanice, *ibidem 1534. f.* fuit edita aucta inde & emendatior reddita. E melioribus Editionibus Germanicis ea, quæ *Basileæ 1588. f.* prodiit, atque ad eundem annum *1588.* est continuata. Scio quidem, multa inesse huic operi, fabulosa minusque accurate inuestigata, annotauit tamen ex relatione præstantissimorum hominum quandoque singularia, quæ alibi haut reperias. Prima editio, & ea quam iam memoraui Basileensis plura Monogrammata Regum & Imperatorum in Diploma-

plomatibus obuia, sistit. GABRIEL BVCELINVS Monachus Benedictinus, Weingartensis, *Germania Topo-Chrono-Stemmatographica*, *Augustae Vindelicorum*, & *Vlmae* 1655. 1662. 1672. 1678. IV. Voluminibus edita, summa quidem industria ex parte hoc argumentum attigit, credulus tamen saepe fuit, neque vnus vir operi par erat. Germania nostra merito superbit Voluminibus sumtuosis *Topographiarum* MARTINI ZEILLERI, XXX. *Tomis editarum*, *Francofurti ad Moenum* 1649. *seqq.* quibus Zeillerus, qui omnes Germaniae oras peragrauerat, regionum ac prouinciarum, vrbium, arcium fere omnium patriae nostrae, descriptiones dedit, in iis enarrandis accuratior & copiosior, vbi subsidia accepit, vti in *Brunsuicensibus* factum, prodiit inpensis *Matthaei Meriani* caelatoris celeberrimi, qui figuras vrbium, locorumque memorabilium nitidissime procurauit, licet in multis rerum facies hodie insigniter sit mutata. Anno 1692. Indice generali instructum fuit nobilissimum opus, qui f. editus. Summa capita inde, adiectis aliis dedit idem ZEILLERVS in *Itinerario Germaniae* d. i. *Reisebuch durch Hoch-und Nieder-Teutschland, auch angraenzende und benachbarte Koenigreiche, Fürstenthüme und Laender, als Vngarn, Polen, Dannemarck, Schweden, so vor Alters zu Deutschland gerechnet worden sind*, *Argentorati* & *Francofurti* 1674. *f.* & minori adhuc Compendio, vtilissimo sane libro, quem inscripsit *Tractatus de X. Circulis Imperii Romano-Germanici*, germanice, *Vlmae* ex Editione II. 1665. 8. in quo emendauit quaedam, & suppleuit HIERONYMVS DICELIVS, edito iterum opusculo hoc Zeilleriano, sub elogio: *Reichs-Geographie*, *Lipsiae* 1659. 8. Extant quoque *Circulorum* aliquot, in quos diuisum est Germaniae regnum, *Descriptiones*,

nes, sed non ea qua debebant accuratione factæ, optandumque omnino esset tales fieri publica auctoritate, collatisque peritorum hominum operis, tunc certe haberemus accuratiorem Patriæ Geo-Choro- & Topographicam Descriptionem. Arcium montanarum aliarumque vel dirutarum iam, vel adhuc extantium descriptiones ex annalibus librisque vulgaribus dedit, qui varios libellos sub MELISSANTIS nomine edidit industrius Vir IOHANNES GODOFREDVS GREGORII, *Francofurti* 1721. 8.

§. XXVI.

Post Geographicos Germaniæ præstantiores auctores, breuiter laudandi qui Statum naturalem nobilissimæ & tot bonis naturæ felicis regionis descripserunt. De Germaniæ Montibus, Fodinis Metallicis, Syluis, Hortis, Plantis, Fluminibus, Thermis & Acidulis diligenter collectum auctorum, qui tum extabant Catalogum, confecit laudatus supra MICHAEL HERTZIVS *Bibliotheca* Germanica *P. I. Sect. IV.* quem suppleuit multisque auxit celeberrimi Medicus & Physicus nominis IOHANNES IACOBVS SCHEVCHZER *Bibliotheca Scriptorum Historiæ Naturali omnium Terræ Regionum inseruientium*, quæ tanquam Historiæ Naturalis Heluetiæ Prodromus, *Tiguri* 1716. 8. lucem vidit, qua a *p.* 17. ad 81. amplo apparatu, ordine alphabetico, qui huc faciunt Scriptores indicantur, quos inde describere non necessarium duxi, quum libellus is in omnium sit manibus, nobisque haud constitutum sit dare, hic plenam omnium ad res Germanicas facientium librorum seriem. E nostris libellis adiungimus, quos alii non annotarunt doctas commentationes FRIDERICI STRVN-

ZII

ZII Professoris Wittebergensis, de *Sylua Hercynia* ad illustrandum locum Claudiani in Carmine Panegyrico de quarto Honorii Consulatu vers. CCCCLI. sequent. Dissertationem, *Vitembergæ 1717. 8.* editam; & CHRISTIANI FRIDERICI AYRMANNI de *Montis Tauni vero in Hassia Situ, Giessæ 1723. 4.* Disquisitionem. *Origines* vero *Metallifodinarum in Germania*, doctissimus apud Helmstadienses Professor Humanitatis ERHARDVS REVSCHIVS inquisiuit, culto Schediasmate, *Helmstadii 1725. 4.* *Danubii* cum Rheno maximi fluuiorum Germanicorum, scaturigines, stilo historico illustrauit VRBANVS GODOFREDVS BVCHER, libello *vom Vrsprung der Donau in der Landgraffschafft Fürstenberg 1720. 8.* operosiori vero, splendidissimoque Opere descripsit ALOYSIVS FERDINANDVS Comes MARSILIVS sub titulo: *Danubius Pannonico-Mysicus, obseruationibus Geographicis, Astronomicis, Hydrographicis, Historicis, Physicis perlustratus & in Sex Tomos digestus, Hagæ Comitum 1726. f.* VI. Voll. forma regia augusta. Optandum & eas partes, quas in Germania alluit, ita illustrari posse, qua Pannonicæ & Imperii Turcici, sunt collustratæ.

§. XXVII.

Heroum Germaniæ & illustrium bello & pace Virorum seriem si dare vellem, commemoranda mihi esset magna pars omnis historiæ patriæ. Nulla enim est illustris Familia, quæ non habeat exempla virtutis in illustri posita, & ad omnem posteritatem laudanda. Indicandi tamen ex numerosissima serie aliquot literarum monimentis commendati. HENRICVS equidem OSTERDINGVS aliis ab AFFDERDINGEN,

patrio

patrio sermone dedit das *Heldenbuch*, post aliquot veteres Editiones postremo auctior cum figuris recusus *Francofurti ad Mœnum* 1560. *f.* quo *Arminii* aliorumque virtutes prædicat, fabularum maxime architectus & propagator. Tales de *Heroibus* Germaniæ Narrationes, carmine maxime complexæ, inter Codices Bibliothecarum Germaniæ hinc inde latent, si non ob res certe ob verba in lucem producendæ, de quibus *Marquardus Freberus Originum Palatinarum* P. II. c. XIII. iudicium facit: *Hinc antiquissimæ fabulæ rythmis vernaculis consignatæ, nescio quem Gybiconem Regem Wormatiæ imperantem, nescio quod rosetum, (Rosengarten) virginea Crimbildis manu excultum, inuictorumque heroum armis contra inuasores defensatum, crebrisque duellis & concertationibus sanguinolentum nobis decantant. Præsertim vero Sigefridi cuiusdam gigantis, quem ab immani robore & duritie telis imperuia, non vt Pelops ille humero fuit eburneo, sed totum Corneum dixere (Hürnin Seyfrid) fama ad miraculum increbuit: qui ludis Olympicis a Crimbilde illa regali puella indictis, & Theodorico Veronense (Dieterich von Bern) cum veteranis prouocato, consertis manibus multoque vtrinque sanguine fuso, Cadmea prope victoria inter alios depugnavit; ibidemque tandem sepultus, ceu alter quidam Hector, famosum monumento suo locum fecerit. Cuius etiam pro hasta ingens pinus ibidem ostentatur, ceu illa olim Pelia hasta, &*

nulli extra dominum vibrabilis ornus Achillei.

Quas nænias non tantum Henricus Osterdingus quidam, auctor monstrosæ fabulositatis libri Heroici superiori sæculo confecti, lingua vernacula descripsit; sed & antiquissimo quodam Anonymi carmine Latino non absimile nugamentum de Gybicone Francorum Rege Wormatiæ residente, eiusque filio Gunthario,

thario, *tum Walthario Aquitano*, *& Haganone descriptum in membrana habeo:* quod cum aliis eius farinæ in Tomo Francicorum *ἀνεκδότων propediem edere meditor*. Sed non dedit vir summus, qui inde coniecturam facit, hæc de Sigefrido fabulosa, forte de Sigeberto Maiore Domus, sub Theodorico Rege Francorum, qui cum vxore Crimhilde Wormatiæ habitauerit, intelligenda. Certiora paulo sunt, quæ de *Arminio* Cheruscorum Duce patriæ suæ liberatore, ex ipsis hostibus, scriptoribus Romanis & Græcis, Tacito, Floro, Strabone, Velleio, Plinio, Suetonio, Dione Cassio, Seneca &c. annotauit illustrauitque ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACHIVS singulari Dissertatiuncula, quæ ipsius libello de *Statua Harminii*, *Lemgouiæ 1698. 8.* est subnexa. Huius Herois res pereleganti *Dialogo* laudauit, qui pro libertate sacra & ciuili egregie animatus erat, excellentis ingenii Eques Francus VLRICVS HVTTENVS, quo interlocutores sistuntur Arminius, Minos, Scipio, Hannibal, Cornelius Tacitus, qui Dialogus post mortem auctoris prodiit *Hagenoæ 1529. 8.* inde *Wittebergæ 1557.* apud *Io. Lufft*, cura *Philippi Melanchthonis*, & in *Simonis Schardii Tomo I.* Rer. Germ. *f. 425.* Edit. Basil. additus quoque *Ioa. Henr. Hagelgans* Dissertationi de *prisca Germanorum ætate Coburgi 1635. 12.* editæ, & iterum *Lipsiæ & Francofurti 1724. 8.* Historiam porro Arminii lingua germanica composuit GEORGIVS SPALATINVS, sub titulo: *Von den teuren Deutschen Fürsten Arminio ein kurzer Auszug aus glaubwürdigen lateinischen Historien, durch G. S. zusammen getragen und verteutscht, Wittebergæ 1535. 4.* eandem Narrationem in romanum sermonem transfudit *Petrus Kenlerus*, quo habitu *Tomo I. Schardiano* Rerum Germ. *f. 501.*

com-

comparet. Iungenda CHRISTOPHORI ADAMI RVPERTI de *Arminio* Oratio, *Noribergæ 1663. 12.* atque Dissertatio historico-politica CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII, *Witteberga 1677. 4.* & inter Dissertationes Historico-Politicas. DANIELIS CASPARIS de LOHENSTEIN opus heroicum, germanice, grauiter & accurate de *Arminii* & vxoris *Thusneldæ* rebus & virtutibus scriptum, cuius *Tomus Primus Lipsiæ 1689. 4. Secundus 1690. 4.* prodiit, linguæ patriæ cultoribus magis inseruit quam historiæ, rebus enim vere gestis ingeniosæ admixtæ sunt fictiones, insignem tamen variæ doctrinæ apparatum ostendit. *Wittekindi*, magni Saxonum belli Ducis virtutes & res, docti viri certatim celebrarunt. Actorum Sanctorum Antwerpiensium *Ianuario* Mense, Tomo *Primo* prostat vita *Wittekindi M. Saxonum Ducis.* REINERVS porro REINECCIVS *Wittekindi, magni Regis* (vt errore putat) *Saxonum, Dynastæ Angriuariorum* Effigiem, insignia, versus epitaphii, duabus Epistolis descripsit, deque eius *Monimento & oppido Angario* egit, quæ Scriptiones *Helmstadii 1583. f.* & sæpius editæ, atque a *Iohanne Goes*, *Opusculis variis de Westphalia p. 193. 201.* cum Gœsii Animaduersionibus in hanc commentatiunculam, insertæ. Præclaræ sunt Dissertationes IOANNIS HENRICI BOECLERI de *Witikindo*, *Argentorati 1671. 4.* & inter iunctim editas *Tomo II. p. 83.* CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII, de *Wittekindo M. Wittebergæ 1698. 4.* & inter Dissertationes Historico-Politicas N. XXX. Edit. Berol. XLIV. qua solide probauit eum nec Regem, nec Ducem Saxonum territorialem & hereditarium fuisse. IACOBI ANDREAE CRVSII *Wittekindus M.* siue de vita rebusque eius Liber singillatim *Mindæ 1679. f.* editus, atque Colle-

Collectioni *Heineccio-Leuckfeldianæ* N. V. insertus. De *Statura Wittekindi M.* Dissertatiunculam scripsit ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACHIVS, eademque inquisiuit, vtrum ob rerum gestarum celebritatem, an ob magnitudinem corporis nomen Magni fuerit adeptus? Adde illustrissimi Præsulis FÜRSTENBERGII, *Monumenta Paderbornensia.* Ex medio æuo, plura Heroum exempla inter Scriptores de Regibus & Imperatoribus dabimus. Qui de *illustribus Germaniæ Viris Catalogum* confecit HIERONYMVS ZIEGLERVS, *Ingolstadii 1562. 4.* aliorum indicio de Imperatoribus & Ducibus Germanorum agit, mihi nondum visus. HENRICVS PANTALEON Physicus Basileensis in *Prosopographia Heroum* atque *illustrium Virorum totius Germaniæ Basileæ 1565. 1566. f.* edita inter ingenio claros, & heroicis factis illustres, ex omni æuo quosdam breviter commemorauit. Heroum & Belli Ducum insignium Seculi XVII. horumque maxime qui Bello illi Germaniæ fatali motibus Bohemicis, Danicis &c. interfuerunt, vitas & res memorabiles patrio stilo consignatas dedit NICOLAVS BELLVS in *Teutscher Nation und Kriegs Helden-Buch*, siue, vti etiam inscribitur: *Kayserlicher Triumpff-Wagen und Victoria*, cum imaginibus, *Francofurti ad Mœnum 1632. 4.*

§. XXVIII.

Sanctorum Germaniæ & doctorum christianismi, interque hos propagatorum potentiæ papalis, nimirum Apostolorum sic nominatorum Germaniæ, *Bonifacii* Saxonum, Frisionum & Thuringorum; *Kiliani* Francorum; *Emerani, Severini* ac *Ruperti* Boiorum; *Seruatii* Tungrorum; *Amandi, Florentii & Arbogasti* Alsatorum; *Galli & Colum-*

Columbani Heluetiorum, multorumque inter Francos Occidentales, quorum Vitas exquire apud le LONG *Bibliotheque Historique de la France.* Lib. II. c. II. Artic. II. seqq. atque aliorum, quorum nomina Scriptores & res Franco-Germanicæ loquuntur, horum de vita & rebus ac martyriis Narrationes ex parte dant splendida & sumtuosissima illa volumina inscripta: *Acta Sanctorum, quotquot toto orbe coluntur, vel a Catholicis Scriptoribus celebrantur, quæ ex latinis & græcis monumentis* collecta notisque illustrata Collectoribus *Iohanne Bollando, Godefrido Henschenio, Daniele Papebrochio, Francisco Baertio, Conrado Ianningio, Ioanne Baptista Sollerio, Ioa. Pinio, Guil. Cupero, Petro Boschio* & aliis e Societate Iesu Presbyteris Theologis, quæ secundum dies & menses digesta *Antwerpiæ 1643. 1725.* hoc ordine prodierunt: *Ianuarius* Tomi II. f. *Antwerpiæ 1643. Februarius* III. *ibid. 1658. Martius* Tomi III. *ibid. 1668. Aprilis* Tomi III. *ibid. 1675. Maius* VIII. *ibid 1680. 88. Iunius* VII. *ibid. 1695. 1717. Iulius* IV. *ibid. 1719. 1725.* XXX. Voll. Quæ insignia volumina *Acta* vulgo *Sanctorum Antwerpiensia* audiunt & a studiosissimis Historiæ Germanicæ cultoribus cumprimis *Habnio* laboriose perquisita non solum integros tractatus & libros, ad Historiam patriam perutiles seruant, sed singulares quoque circumstantias promunt, memorandarum rerum de personis illustribus horumque genere & fatis, inque ordinanda chronologia obseruationes dederunt, dabuntque imposterum. Enimuero magni illi Viri, qui Sanctorum titulos a posteris accepere, multum in republica nostra valuere Archi-Episcopi, Episcopi, Abbates, Principes Regni, Cancellarii & Administri Aulæ fuerunt, grauissimarum & arcanarum rerum actores, con-

fultores, promotores, testes. Idem pronunciandum de Domni LVCAE DACHERII, & Domni IOANNIS MABILLONII Monachorum Benedictinorum, e Congregatione S. Mauri, celeberrimi nominis, egregiis plane *Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti*, quæ cum amplissimis eruditissimisque Præfationibus, *Parisiis* ab an. *1669. Nouem Voluminibus*, f. prodierunt. De quibusdam horum sanctorum ex numerosa serie, libellum ordine alphabetico compilauit, *de Sanctis Germaniæ & Doctoribus, qui Germaniam ad Christi religionem conuerterunt* inscriptum, PETRVS MERSSAEVS, CRATEPOLIVS, *Coloniæ 1592. 8.* CHRISTOPHORVS BROWERVS, doctissimus in Societate IEsu Vir, *Sidera illustria Sanctorum virorum qui Germaniam ornarunt*, congessit *Moguntiæ 1616. 4.* luci exposita, vbi extant: Commemoratio de *S. Bonifacio* atque Gregorio; *Vita S. Ludgeri*, primi Episcopi Mimigarnafordensis, seu *Monasteriensis*, ab Auctore coæuo scripta; *Vita S. Pyrmini* Episcopi, descripta per *Othlonum* Monachum Fuldensem; *Vita* denique *S. Sturmii* primi Abbatis *Fuldensis*. Multos in primis *S. Bonifacius*, alias *Winfridus*, inter veteres & recentiores accepit præcones; Hos ex parte laudauit, qui in rebus Bonifacii multa notauit CASPAR SAGITTARIVS *Antiquitatibus Christianismi & Gentilismi Thuringiaci* L. III. c. XXVIII. p. 344. Primus ex veteribus est, WILIBALDVS, qui sororius erat Winfridi & Episcopus Eichstadensis, *Vitam* huius doctoris & martyris composuit, quæ in *Henrici Canisii* Lectionibus antiquis *Tomo V.* Edit. in 4. *Tomo* vero *II.* Edit. *Iac. Basnage* extat, atque *Epistolis* Bonifacii a *Nicolao Serario, Moguntiæ 1605. 4.* vulgatis est addita, inserta quoque *Actis Sanctorum* Ordinis Benedicti *Tomo IV.* f. 1.

cum

cum Notis *Mabillonianis* & in *Actis Antwerpiensibus* cum Commentariis *Henschenianis* Mensis Iunii d. XV. *Altera Vita* Bonifacii, auctore *Presbytero S. Martini* Vltraiecti, scripta, qui eodem, quo Wilibaldus tempore vixit, prostat in *Actis Antwerpiensibus* ad d. V. Iunii; *Tertia*, auctore OTHLONO Monacho *Fuldensi* composita initio Seculi XII. & edita est a *Canisio* Lection. antiqu. *Tom. III.* Edit. nou. & in *Actis Sanctorum* Ordinis S. Benedicti *Tomo IV.* Res quoque Bonifacii a protestantium sacris addictis viris cum laudatae, tum sub examen reuocatae. Eodem tempore CYRIACI SPANGENBERG editus est *Bonifacius oder Kirchen-Historie von Thüringen, Schmalkaldiae 1603. 4.* & formis impressae IOHANNIS LEZENERI, Hardessiani, *Historia S. Bonifacii des Deutschen Apostels genannt*, duabus Partibus, ex impressis & manu exaratis libris, intermixtis aliquot Epistolis Bonifacii, decerptae, *Erfurti 1603. 4.* Quaedam attigit IACOB WEBERVS *in XIV. kurzen Historischen Predigten von Bekehrung der Teutschen und Thüringer wie auch der Stadt Ohrdruf*, editis per filium *Stephanum Weberum*, *Ienae 1606. 4.* Pereruditae & ex ipsis fontibus petitae sunt binae Dissertationes Historico-Theologicae de *Bonifacio Germanorum Apostolo*, quas V. Reuerendissimo IVSTO CHRISTOPHORO BOEHMERO Praeside, proposuit doctissimus Vir HENRICVS PHILIPPVS GVDENVS, Ecclesiae Cellerfeldensis in Hercynia Pastor primarius & vicinarum Superintendens, *Helmstadii 1720. 4.* Sancti LVLLI Archi Episcopi *Moguntini*, *Vita* exquirenda *Tomo IV. Actorum Sanctorum* Ordinis Benedicti. Magna suo tempore in literas merita erant Beati RABANI MAVRI, cuius *Vita*, auctore RODVLPHO Monacho *Fuldensi*, eius discipulo, cum

Commentario præuio *Godefridi Henſchenii* extat in *Actorum Antwerpienſium* Menſe Februario ad d. IV. & cum Notis *Io. Mabillonii Tomo IV.* Actor. Benedictinorum. Multa cura & diligentia *de vita & doctrina* huius *Hrabani Magnentii Mauri*, Præſide IOANNE FRANCISCO BVDDEO diſſeruit M. IOHANNES CHRISTIANVS IVNGIOHANN, *Ienæ 1724. 4. Colonienſium Sanctorum* plures *Vitas* diligentiſſimus rerum Colonienſium ſcrutator AEGIDIVS GELENIVS elaborauit, qui ipſe Dedicatione Librorum IV. de *admiranda ſacra & ciuili Coloniæ magnitudine*, *Coloniæ 1645. 4.* edita, ab ſe compoſitos memorat: *S. Engelbertum* Colonienſem, *illuſtratum ex Archiuis*, editum 1633; *Pretioſam Hierothecam in XII. SS. Colonienſium Epiſcoporum vita explicanda occupatam*; *1634. Par S. S. Suibertum & Plectrudim 1640*; & alia ad hoc argumentum Opuſcula huius perrara hodie, quæ ibi excitat. Vitas Sanctorum *Treuirenſium* diligenter recenſet IACQVES le LONG *Bibliotheque Hiſtorique de la France* Lib. II. §. XXII. *p. 204.* quos ſequuntur Metenſes & alii Suffraganeorum. Ad *Salisburgenſes* facit *Hiſtoria de Corpore S. Amandi Salisburgum translato*, *Salisburgi 1661. 4.* formis expreſſa & *Disquiſitiones in vitam S. Vitalis Epiſcopi Sal. & Abbatis Monaſterii S. Petri Salisburgenſis*, *ibid. 1663. 4. Diuos Bambergenſes*, Vitam nimirum *S. Henrici Imp. II. & S. Cunegundis* atque *Ottonis* illuſtrauit ſingulari libro IACOBVS GRETSERVS, doctus S. I. qui *Ingolſtadii 1611. 4.* & vt quædam exempla præferunt *Auguſtæ Vindelicorum 1612. 4.* editus, quum rariſſimus inuentuque difficillimus eſſet, ab illuſtri de LVDEWIG Voluinini *Scriptorum Rerum Bambergenſium* recte illatus fuit, vbi & ANDREAE Abbatis *Bambergenſis* de *Vita S. Ottonis* Libri IV. e membranis editi,

editi, cum *Gretserianis* collatiatque illustrati observationibus *Valerii Iaschii*, Pomerani, Theologiæ Licentiati, *Colberga* alias editi *1681. 4.* comparent. NICOLAI SERARII S. I. *Notæ & Animaduersiones ad Vitam S. Kiliani* Auctore anonymo scriptam, *Wirzburgi 1598. 4.* editæ, quæ magis curate inter Opera Viri extant, a Domino de LVDEWIG Collectioni *Scriptorum Rerum Wirzburgensium f. 966.* illatæ. *Vita S. Burcardi* Episcopi *Wirzburgensis*; item *S. Willibaldi* Eichstadiensis; & *S. Adalberti*; MEGINFREDI & ARNOLFI Vitæ *S. Emmeranni*; ANONYMI Vitæ *S. Kiliani*; *Colomanni & Germani* it. *S. Guntheri* aliorumque *Tomo III.* Lectionum Antiquar. *Canisii* Edit. recent. prostant. IACOBI GRETSERI *Diui Eichstadenses*, *Ingolstadii 1617. 4.* primum editi, alteram editionem quam ipse illustris de LVDEWIG promisit, expectant *Vitam S. Vdalrici*, Augustanorum Vindelicorum Episcopi, auctore incerti Nominis, & *Vitam S. Seuerini* ab EVGIPPIO scriptam, edidit & illustrauit MARCVS VELSERVS, quæ iam inter Opera viri summi *Noriberga 1682. f.* iunctim edita, leguntur. *Vita* Beati *Perpetui*, *Leodiensis* Episcopi & Confessoris, qui floruit Anno post Christum natum sexcentesimo, ex officialibus Ecclesiæ Dionantensis Libris collecta, *Leodii 1601. 4.* prodiit. Alias plures iam mitto, quæ cum tot editis nostro tempore Scriptoribus, condendæ, quam multi promittunt, omnes intelligentes desiderant, GERMANIAE SACRAE egregia subsidia præbent. Quem arduum amplissimumque laborem nuper adgressus MARCVS HANSIZIVS S. I. *Germaniæ Sacræ* Tomo Primo, *Augustæ Vindelicorum 1727. f.* edito, quo Metropolim *Laureacensem* cum Episcopatu *Pataviensi* exhibet. Perelegans Germaniæ Sacræ illustris com-

pendium iudiciosa breuitate dedit celeberrimi nominis Iurisconsultus IOANNES IACOBVS MASCOVIVS de *Primatibus*, *Metropolitanis*, *&* *reliquis Episcopis Ecclesiæ Germanicæ*, *Lipsiæ* 1729.4.

§. XXIX.

Ex his, quos memorauimus, maximam partem minoribus libellis aperte constat, quanto studio, docti viri Germaniæ res curiose perquisiuerint quantique labores fuerint collocati, vt patrias antiquitates eruerent, & ita perficiendæ Historiæ Germaniæ Iurisque patrii, cum publici tum priuati originibus noscendis, iusta subsidia pararent. Vti autem grauiter accurateque, elegantissimus Vir, qui Fritschiana Consilia de colligendo *Thesauro Antiquitatum Germanicarum*, Præfatione ornauit, censet: *Quam copiose id a singulis per longam temporum seriem præstitum, tam difficile, ne dicam desperatum, discendi cupidis adhuc fuit, omnia quæ vsui hoc in argumento esse possint Scripta conquirere, ipsa nonmodo copia librorum eiusmodi, sed & raritate plerorumque desiderium hoc morantibus.* Quod igitur Romanarum Græcarumque rerum notitiæ iuuandæ Viri Celeberrimi *Græuius* atque *Gronouius* fecerunt, vt in vnum quisque Corpus colligeret, quicquid ad alterutrius gentis Antiquitates illustrandas præstantissime compositum vnquam inuenirent, id ad promouendum Historiæ Germanicæ studium, cuius tot ac tam strenui vindices hoc æuo præsertim oriuntur, effectum dare constituit THOMAS FRITSCHIVS, Bibliopola Lipsiensis quondam clarissimus, acri vir ingenio, reique librariæ peritissimus. Is THESAVRVM GERMANICARVM ANTIQVITATVM parabat, SELECTVM, in quem studiose conditurus, quæ quouis

quouis tempore a Viris ingenii perſpicacioris vi præditis hoc in genere elaborata deprehendi potuerunt, ita, vt elaborata vere dici mereantur. Rationem eorum libellorum vberiorem reddere, & ſolidum de ſingulis ferre cogitabat iudicium, in Introductione præmittenda Operi, a Viro egregie docto variisque doctrinæ monumentis iamdudum publice noto, IOANNE nimirum GEORGIO ECCARDO, cui totum hoc Syntagma detulerat. Catalogum, hunc in finem, ſingulorum, quæ Operi vniuerſo conſtituendo collegerat, edita ſchedula in forma 8. hiſtorici & antiquarii ſtudii Cultoribus inſcripta, cum publico communicauit, eo conſilio, vt omnes vbique eruditi ferre ſententiam ſuam de hoc inſtituto, &, ſi quid amplius augendo huic Theſauro ſit in ipſorum poteſtate, conferre, poſſint. Excitatus hac inuitatoria doctus vir, qui nominis literas ſaltim initiales prodidit B. L. R. *Diſſertationemque Epiſtolicam ad Thomam Fritſchium Bibliopolam maxime inclytum* de *Theſauro Antiquitatum Germanicarum augendo & promouendo* 1721. 4. datam ex A. B. d. 14. Dec. 1720. formis impreſſam, ſcripſit, qua quædam de ordine argumentorum curatius faciendo, primum monuit, inde Catalogum bene longum adiungit variarum ſcriptionum dignarum, quæ Theſauro huic illatæ, vſui & ornamento eſſent. Dediſſem vtrumque *Catalogum & Fritſchianum & Anonymi* hunc ſupplentem, niſi in ſuperioribus fere omnia iam annotaſſem, additis locis & tempore impreſſionis, quandoque & breui iudicio. Quam vero omnes patriæ antiquitatum cultores, conceperant de Theſauro hoc pulcerrimo & exquiſitisſimo ſpem eximiam, ea, cum morte *Fritſchii* Reipublicæ literariæ ſane funeſta, fere decollauit.

Bene tamen eſt, quod collecta iam ſtudio Fritſchiano opuſcula rariora, Theſauro inferenda, vti indicio eruditiſſimi Viri cognoui, peruenerint in manus felices, Theſaurumque librarium inſtructiſſimum, Perilluſtris Viri, Domini HENRICI de BÜNAV, Potentiſſimi Regis Poloniarum & Electoris Saxoniæ Conſiliarii intimi eminentiſſimi qui adhuc Germaniam & Saxoniam cultiſſimis ſcriptis ornauit, nominisque immortalitatem ſibi comparauit, cuius auſpiciis & auctoritate vtinam prodiret tandem THESAVRVS ille, cuius opes Germani, Britanni, Franci Occidentales & qui ad Septentriones ſunt, originis Germanæ nationes, magno deſiderio expectant.

§. XXX.

Iam ad res medii æui nobis eſt progrediendum. De qua Hiſtoriæ Patriæ parte præclare cum maxime meriti, cordati illi ſapientiſſimique Viri, qui Scriptores hiſtoricos varios, cum de rebus Germaniæ vniuerſim, tum de ſingulari prouincia, vrbe, memorabili re ac euentu, ſingulatim exponentes, poſt renatas in Germania literas, & diuinum artis typographicæ beneficium inuentum, formis iam expreſſos, vel in puluere, exaratos manu deliteſcentes, in lucem euocatos, in certa *Corpora & Collectiones* redegerunt, vulgoque *Scriptores Rerum Germanicarum*, audiunt. PRIMVS, quantum ego quidem ſcio, vtilem hanc publicæ rei, cum profanæ, tum ſacræ operam nauauit, tot editis emendate & nitide ſcriptoribus græcis ac latinis, clarum nomen adeptus Baſileenſium typographus IOANNES HERVAGIVS, qui ex ſua officina dedit Volumen inſcriptum: *Wittekindi Saxonis Rerum ab Henrico & Ottone I. Impp. geſtarum Libri III. vna cum aliis quibusdam*

busdam raris & antehac non lectis diuersorum Autorum historiis ab anno *salutis DCCC vsque ad praesentem, Basileae 1532. f.* Quae prima Collectio sequentes habet:

I. *Witticbindi* Saxonis Historiarum Libros Tres, cum annotationibus in eundem per *Martinum Frechtum* scriptis f. 1.
II. *Vitam Henrici IV.* Imp. a quodam eius temporis conscripta f. 53.
III. *Epistolas* aliquot *Henrici IV.* Imp. ad Pontificem & alios Principes f. 73.
IV. *Conradi Vecerii* libellum de gestis Imp. *Henrici VII.* f. 84.
V. *Hermanni* Comitis *Nuenarii*, Breuem Narrationem de origine & sedibus priscorum Francorum f. 102.
VI. *Eginhardi*, Vitam & gesta Caroli M. f. 107.
VII. *Aeneae Sylvii* de Bohemorum & ex his Impp. aliquot origine & gestis, ex codice MSCto, optimae notae f. 126.
VIII. *Luithprandi* Ticinensis Ecclesiae Leuitae Rerum ab Europae Imperatoribus & regibus gestarum Libros Sex. f. 219.
IX. *Iacobi Wimpfelingii* Seletstadiensis Epitomen Impp. Germanicorum, per eruditum quendam recognitam f. 315.
X. *Conradi* Episcopi ChroniconRerumMoguntiacarum. Praemissus singulis Index Rerum & verborum memorabilium.

Quae quidem Collectio, licet minus sit ordinata, quia tamen prima est, & magnorum Impp. res complectitur obseruanda, raritate tamen maxime se commendat.

§. XXXI.

ALTERAM, debemus SIMONI SCHARDIO, Camerae Spirensis adsessori, de patria communi & iudicando & res eius illustrando singulariter

 omnino

omnino merito, cuius cura prodierunt: *Quatuor celebriores vetustioresque Chronographi* earum descriptionem ab orbe condito vsque ad tempora Henrici IV. Imperatoris patriæ imperiique vindicis & propugnatoris acerrimi, singulari fide & diligentia, quasi continua successione deducentes, ad publicam Historiæ studiosorum vtilitatem in lucem reuocati, & longe emendatius quam antea *impressi, cum nouo Indice*, Francofurti ad Mœnum, apud Georgium Coruinum, Sigismundum Feyrabend & Hæredes Wigandi Galli 1566. f. Scriptorum nomina sunt:

I. *Joannes* Turpinus de vita Caroli M. & Rolandi. f. 1.
II. *Rheginonis*, Abbatis Prumiensis Chronicorum Libri Duo f. 14.
III. *Sigeberti Gemblacensis* Cœnobitæ, Chronographia eiusque Continuator Robertus de Monte f. 59.
IV. *Lambertus Schaffnaburgensis*, alias *Hirsfeldensis* dictus f. 168.

§. XXXII.

TERTIAM publico dedit, iurisprudentiæ elegantioris & rerum Francico-Germanicarum insignis cultor PETRVS PITHOEVS, hoc Titulo:

I. *Ottonis*, Episcopi *Frisingensis*, Leopoldi Pii Marchionis Austriæ F. Chronicon, siue Rerum ab Orbe condito ad sua vsque tempora gestarum Libri Octo;
II. Eiusdem, de gestis Friderici I. Cæsaris Aug. Libri duo, *Radeuici*, Frisingensis Canonici, de eiusdem Frid. gestis Libri II. prioribus additi;
III. *Güntheri* Poetæ, Ligurinus, siue de gestis Friderici Libri X;
Addita sunt & alia, cum ad Friderici, tum ad posteriorum Imperatorum Historiam pertinentia, quorum Catalogum proxima pagina notauimus. Ex quibus quædam nunc primum, reliqua integriora longe quam antea eduntur, adiectis etiam notis

notis & indice accurato, *Basileæ* apud *Petrum Pernam* 1569. *f.*

Scripta ad *Iacobum Cuiacium* Epistola, quæ huic Volumini est præmissa, de Typographo, cui auctor fuerit, vt omnes omnino, qui quidem alicunde recuperari possent, Germanicæ Historiæ supra nostram patrumque memoriam, Latinos Scriptores duobus Voluminibus concluderet, quorumue hoc primum est, subiungit: *Quid posthac præstiturus sit, cum in tempore, tum maxime in studiosorum hominum, qui hunc pro Repub. susceptum ab eo laborem, cum suis exemplaribus iuuare possunt, candore & liberalitate situm est.* Quod an vnquam prodierit, cum ignarissimis scio.

§. XXXIII.

Hos antesignanos patriæ amatores, alii maiori apparatu secuti. Enimuero, vrgente Typographo Basileensi, celebri *Henrico Petri*, idem ille SIMON SCHARDIVS nouæ compilationi Præfationes præmisit, quam QVARTAM numero, quæ a Typographo forte, nam hi quandoque lucri cupidi titulorum sunt inuentores, eulogium tale accepit: *Historicum Opus in Quatuor Tomos diuisum.*

Tomus Primus, *Germaniæ antiquæ illustrationem continet, in qua veterum Auctorum Descriptiones tam generales, quam speciales, cum doctissimorum Virorum elaboratis commentariis explicantur, omissa ab antiquis recentiorum studio & industria supplentur, præcipue historia Germaniæ antiquæ & nouæ describuntur, Populorum migrationes indicantur, Regionumque ac Gentium appellationes recentes veteribus accommodantur, & aliæ quam plurimæ res liberali cognitione dignissimæ continentur*, nimirum:

1. *Andreæ*

 21. *Geor-*

21. *Georgii Spalatini* de Arminio Germanorum Duce contra Romanos f. 501.
22. *Aegidii Schudi* Descriptio priscæ & veræ Alpinæ Rhætiæ cum cetero Alpinarum Gentium tractu f. 519.
23. *Eiusdem* Epistola ad Beatum Rhenanum de Lentiensium Germanorum, Augustæ Vindelicorum, Octodori Veragrorum Equestris Coloniæ nomine & situ, cum explicatione nominum aliorum quorundam in Germania locorum f. 577.
24. *Ioannis Heroldi* Commentarius de Romanorum in Rhætia litorali stationibus, ac ex iis de Vicorum, Municipiorum & Villarum &c. originibus f. 585.
25. *Henrici* Glareani Descriptio Heluetiæ cum Commentario *Oswaldi Molitoris*, Lucerni f. 598.
26. *Eiusdem* Panegyricon, in laudem IV. Pagorum & XIII. Vrbium Heluetiorum, cum eiusdem *Molitoris* Commentario f. 618.
27. *Huberti Thomæ*, Leodii, Commentarius de Tungris & Eburonibus aliisque Germaniæ inferioris populis f. 637.
28. *Petri Diuæi*, Louaniensis, de Galliæ Belgicæ Antiquitatibus, statum eius, quem sub Romanorum Imperio habuit, exponens f. 668.
29. *Monachi* cuiusdam *Herueldensis* Chronicon, siue *Lambertus Schaffnaburgensis*, f. 694.
30. Antiquitatis Studiosi siue *Martini Lutheri*, de Nominibus propriis Germanorum f. 816.

Tomus SECVNDVS, comprehendit ea, quæ sub imperio Caroli V. Imp. in diuersis locis ac regionibus acciderunt, vsque ad inaugurationem Ferdinandi I. Imp. vna cum resignatione Imperii R. G. a Carolo V. facta, hosque libellos:

1. *Georgii Sabini* de Electione & Coronatione Caroli V. cum *Hermanni* Comitis *Nuenarii* Epigrammatis quibusdam f. 827.
2. *Hartmanni Mauri*, Opusculum de Coronatione Caroli V. Imp. apud Aquisgranum f. 852.
3. *Hieronymi Balbi*, Episcopi Gurcensis, Vaticinium, de futuris Caroli V. Imp. successibus f. 872.
4. *Ioannis Tethingeri*, Pedii, Wirtenbergiæ Libri duo, siue de Vlrici Wurtenbergici gestis in eo potissimum

mum bello, quod ei a fœderatis Sueuis illatum fuit. f. 875.

5. *Eiusd.* Commentarius de Wirtenbergiæ rebus gestis Vlrico principe f. 908.

6. *Iustini Gobleri* Narratio de bello Hildensheimensi inter Ericum Brunsuicensem & Episcopum Hildesheimensem Anno 1519. f. 949.

7. *Auctoris incerti*, Narratio Succincta Rerum gestarum, quæ in Dania & Suecia aliisque his finitimis locis ab Anno 1510. vsque ad annum 20. Christierno II. Rege Sueciæ imperante acciderunt: quibus adiecta est eiusdem Regis vitæ & Coronationis breuis Descriptio f. 955.

8. *Iacobi Fontani*, Brugensis, de Bello Rhodio Libri Tres, f. 961.

9. *Bartholemæi Latomi*, Arlunensis, Actio memorabilis Francisci ab Sickingen cum Treuirorum obsidione, cum exitus eiusdem f. 1019.

10. *Petri Gnodalii* Historia rusticorum Tumultuum anno 1525. excitatorum & a Magistratibus repressorum f. 1031.

11. *Galeatii Capellæ* Commentariorum de rebus pro restitutione Francisci II. Mediolanensium Ducis Libri VIII. f. 1104.

12. *Stephani Broderici* de clade Ludouici II. Hungariæ Regis f. 1177.

13. Commentarius de *capta* vrbe *Roma* a. 1527. ductore *Carolo Borbonio* cum Præfatione *Ioachimi Camerii*, f. 1197.

14. *Carolus* siue *Vienna* Austriaca, Poëma, f. 1202.

15. *Carolus* siue *Tunete*, Poëma f. 1204.

16. *Viennæ Austriæ* Vrbis a Solymanno Sultano obsessæ Historia f. 1207.

17. *Michaelis Soiteri a Vinda* Belli Pannonici per Fridericum Comitem Palatinum contra Solymannum gesti, Liber vnus f. 1226.

18. *Henrici Cornelii Agrippæ* Narratio de duplici Coronatione Caroli V. Imp. apud Bononiam an. 1530. f. 1256.

19. *Ioannis Dantisci*, Episcopi Culmensis, Victoria Sigismun-

gismundi I. Regis Poloniæ contra Waiwodam Muldauiæ f. 1275.

20. *H. Eobani Hessi*, gratulatoria Acclamatio ad Philippum Hessorum Principem de victoria *Wirtenbergensi*, f. 1277.

21. *Nicolai Ås. Barbati* Oratio de expulso & restituto Duce Wirtenbergensi Vlricho f. 1284.

22. *Michaelis Augusti* Wirtenbergensis Gratulatio ad Patriam de reditu Principis Vlrici f. 1301.

23. *Lamberti Hortensii*, Montfortii, Tumultuum Anabaptisticorum, Liber Vnus f. 1305.

24. *Antonii Coruini* Libellus ad Georgium Spalatinum de miserabili Monasteriensium Anabaptistarum obsidione, memorabilibus rebus, tempore obsidionis in vrbe gestis f. 1331.

25. *Ioannis Etropii* Diarium Expeditionis Tunetanæ a Carolo V. Imperatore anno 1535. susceptæ f. 1341.

26. ex *Pauli Iouii* Historiarum sui temporis Libro XXXIII. Fragmentum, eadem de re quibusque artibus Hariadenus Barbarossa Regno Tunetano potitus sit. f. 1382.

27. *Nicolai Villagogni*, Equitis Rhodii, de Caroli V. Cæsaris Expeditione in Africam ad Argieram f. 1419.

28. Epigrammata varia de *Aphrodisio*, quod vulgo Africam vocant, expugnato f. 1428.

29. *Ioannis Christophori Calueti Stellæ* Commentarius de Aphrodisio expugnato f. 1429.

30. *Christophori Richerii*, Thorignei de rebus Turcarum ad Franciscum I. Gallorum Regem Libri V. f. 1447.

31. de Origine *Turcarum* & ortu Ottomanni Commemoratio f. 1483.

32. Ordo ad disciplinam Turcicæ militiæ f. 1487.

33. Commemoratio causarum a Schmalkaldici Fœderis Sociis edita *Belli* a se contra *Henricum Brunsuicensem* Anno 1542. suscepti, cum expositione Historiæ quomodo ab iisdem ducatu exutus & captus sit f. 1513.

34. *Mauritii* Ducis Saxoniæ iisdem de rebus Narratio, cum Epistolis eorumque consiliariorum f. 1536.

35. ex *Pauli Iouii* Libris XLIV. Historiarum sui temporis de Bello *Iuliacensi* Fragmentum f. 1548.

36. *Ioa-*

36. *Ioa. Martini Stellæ* de Turcarum in Regno Hungariæ Anni 1543. & 44. successibus ad Fratres Epistolæ Quatuor a f. 1555. ad 1569.

37. *Eiusdem* Descriptio & Munitiones *Altenburgi* Arcis Dotalis Reginæ Mariæ f. 1571.

38. *Eiusdem* Descriptio & munitio vrbis *Viennæ* f. 1574.

39. *Lamberti Hortensii*, Montfortii, de Bello *Germanico* Libri VI. f. 1578.

40. Descriptio Pugnæ, qua Ioannes Fridericus Elector Saxoniæ a Cæsare non procul a *Mülberg*, Saxoniæ oppido, die 24. Aprilis Anno 1547. captus est, f. 1664.

41. *Nicolai Mamerani* Narratio de inuestitura Regalium Mauritio Duci Saxoniæ 24. Febr. anno 1548. facta f. 1667.

42. *Sebastiani Besselmeiri* Historia Belli Magdeburgensis Anno 1550. & 1551. gesti f. 1684.

43. *Ioannis Sambuci*, Narratio Rerum ad Agriam an. 1552. gestarum f. 1717.

44. Expugnatio arcis *Temeswari* ab eodem descripta a. 1552. f. 1734.

44. Historia Expeditionis ab Henrico II. Rege Francorum in Germaniam susceptæ & occupatæ ab eadem Vrbis *Metensis* & Carolo V. obsessæ, desumta ex Libro XXIV. Commentariorum *Ioannis Sleidani*, f. 1740.

46. *Thomæ Winzeri* Dresdensis Historia infelicis pugnæ inter *Mauritium* Electorem Saxoniæ & *Albertum* Marchionem Brandenburgicum, vna cum Mauritii Funeris & sepulturæ descriptione, addita Georgii Fabricii Epigrammata f. 1769.

47. Epigrammata alia in eundem Electorem & Ecloga de eius morte f. 1787.

48. *Ioachimi Camerarii* Oratio ad eiusdem funus Lipsiæ cum præduceretur 13. Calend. Iul. habita f. 1790.

49. *Iacobi Basilii Marcheti* Despotæ Sami Narratio & Dialogus, de *Morini* quod *Therouanam* vocant & *Hedini* expugnatione deque prœlio ad *Reutiacum* & omnibus inter Cæsareanos & Gallos vsque ad annum 1555. vario euentu gestis f. 1803.

50. *Wolfgangi Lazii* breuis Descriptio rei contra *Turcas* an. 1556. gestæ, cum adiecta Chorographia f. 1810.

51. *Basilii*

51. *Basilii Ioannis Heroldi*, Historiola, Dialogo confecta, Rerum contra Turcas auspiciis *Ferdinandi* Austriaci Cæsaris R. an. 1556. in Interranensi Pannonia gestarum, f. 1816.

52. *Nicolai Mamerani*, Relatio siue Epitome rerum *Caroli V.* Imp. gestarum, ab ipsius Electione anno 1519. mense Iunio facta, vsque ad annum 48. f. 1840.

53. *Eiusdem* Epigramma de laboribus *Caroli V.* f. 1849.

54. *Hadriani Barlandi*, Professoris Louaniensis Narratio historica *Papiensis* Obsidionis, & eorum quæ in ea acciderunt f. 1849.

55. Narratio, quomodo a Cæsareano exercitu 6. Maii Anno 1527. *Roma* capta & direpta sit f. 1855.

56. *Ioannis Staphylei* Oratio de caussis excidii Vrbis *Romæ* a. 1527. ad Rotæ auditores f. 1858.

57. *P. M.* Oratio de capta & direpta Vrbe *Roma*, an. 1527. f. 1860.

58. *Gerardi Bucoldiani*, Physici Regii, breuis narratio de puella, quæ sine cibo & potu vitam per annos aliquot egit f. 1866.

59. *Damiani* de *Goes* Equitis Lusitani, de obsidione Louanii, & captiuitate sua ad Carolum V. narratio f. 1869.

60. *P. V.* Narratio de vicissitudine rerum, quæ anno 1533. mense Iunio in Regno *Britanniæ* acciderunt, f. 1883.

61. Narratio eorum, quæ in *Regno Anglicano* conuentu Londini habito, inter Reges, Cardinalem Polum, & Populum, de Religione Pontif. restituenda acta sunt, f. 1891.

62. *Wilhelmi Godeleuæi*, Historiola, de abdicatione seu renunciatione Imperii & Regnorum a *Carolo V.* Imp. Anno 1555. & Electione *Ferdinandi* Imp. Anno 1558. facta, rebusque, quæ inter vtramque acciderunt, f. 1593.

Tomus TERTIVS Historias complectitur, quæ venerunt in gubernationem *Ferdinandi I.* Imp. vna cum Epitoma rerum gestarum, in variis orbis terrarum partibus, a confirmatione eiusdem Imperato-

peratoris videlicet ab Anno 1558. vsque ad finem anni 1564. hosce:

I. *Petri Lotichii II.* Narratio historica, de cæde Melchioris *Zobelii* Wirzburgici Episcopi f. 1933.

II. *Caspari Stiblini* Satyra in Sicarios, qui hunc Zobelium interfecerunt, f. 1939.

III. *Guilielmi Paradini* de motibus Galliæ, & expugnato receptoque *Itio Caletorum*, f. 1944.

IV. Varia Carmina & Gratulationes de *Calisio* hac capta f. 1961. vsque 1974.

V. *Michaelis Hospitalii* Carmen de Theauilla capta f. 1972.

VI. *Ioannis Aurati* varia Carmina in Ducem *Guisium* Henricum II. Regem F. & in *Ferrariani* Principis victoriam de Ducis *Parmensis* copiis f. 1973.

VII. *Dauidis Georgii*, Hæresiarchæ vita & doctrina cadauerisque & librorum post mortem fata f. 1975.

VIII. Descriptio tertii Belli, quod Magnus *Ruthenorum* Princeps contra *Liuones* gessit a. 1588. f. 1989.

IX. Historia Belli *Dithmarsici* gesti a. 1559. a Friderico Rege Daniæ & Slesuici ac Holsatiæ Ducibus Eiusd. Regis Friderici Coronatio carmine descripta auctore *Hieronymo Hosio* f. 2002.

X. Elogia & Epitaphia varia in Ioannem *Ranzouium* Equitem Holsatum, auratum f. 2042.

XI. *Christophori Kellinghausen* de sepultura & exequiis huius *Ranzouii*, narratio f. 2045.

XII. Narratio, quomodo *Maximilianus II.* electus fuerit in Regem Romanorum a. 1562. f. 2063.

XIII. Narratio de ipsius Coronatione eodem loco & anno f. 2066.

XIV. Conuiuii Cæsarei Descriptio eodem die celebrati f. 2069.

XV. *Adami & Nicolai Heydenorum* Historia de electione & inauguratione Maximiliani II. Romanorum Regis f. 2071.

XVI. *Ioannis Posthii*, *Martini Huberi*, *& Io. Lauterbachii* Carmina gratulatoria & Epigrammata ad Maximilianum II. huiusque electionem & coronationem f. 2078. 2084.

XVII.

XVII. *Ebraimi Stratschenii*, Solymanni Turcici Cæsaris legati ad Ferdinandum I. Imp. Sermo in conuentu Electorum & Principum d. 27. Nouembris 1562. recitatus, cum Exemplo Literarum creditoriarum f. 2086.

XVIII. Catalogus Electorum, Principum, Legatorum, Comitum &c. qui inaugurationi *Maximiliani II.* interfuerunt f. 2095.

XIX. Expositio causarum, quibus *Elizabetha* Angliæ Regina commota est, cur militem coegerit, intuitu motuum Gallicorum f. 2111.

XX. Ad confessionem, siue indicium *Ioa. Poltronii*, de cæde *Francisci Guisii* Ducis Responsio Amiraldi Franciæ & reliquorum, quorum nomina in eo indicio edita iactantur f. 2115.

XXI. *Simonis Schardii* Epitome rerum gestarum in variis orbis partibus a confirmatione Ferdinandi Imp. sub eiusdem imperio ab anno 1558. ad an. 1564. f. 2123.

Tomus QVARTVS, res gestas in se continet, quæ incurrerunt in Maximiliani II. Imperium, sequentesque libellos:

1. *Hieronymi* Comitis *Alexandrini*, Rerum a Turcis in Insula Melitæ gestarum, tractatio, f. 2221.
2. *Ioannis Sambuci*, Expugnatio Arcis *Tokaji* Anno 1565. per *Lazarum* a *Schwende* receptæ f. 2257.
3. Historia *Sigethi* Slauoniæ propugnaculi a *Solymanni* Turcarum Imp. exercitu An. 1566. capti f. 2261.
4. Epitaphia varia in *Nicolai Zerinia* Comitis mortem præsidium Sigethium &c. f. 2272. 2274.
5. *Huberti Langueti* Historica Descriptio susceptæ a Cæsarea Maiestate executionis, contra proscriptos, eorumque receptatorem, & captæ *Gothæ*, soloque æquati castri *Grimmenstein* An. 1567. f. 2275.
6. *Simonis Schardii*, Epitome rerum gestarum, in variis orbis partibus sub Maximiliano II. Imp. ab Anno 1565. vsque ad Anni 1572. diem 21. Iulii, f. 2285. seq.

Singulis his Quatuor Tomis Indices Rerum præmissi. Editi *Basileæ* ex officina Henricpetrina *1574. f.* Constituerat equidem *Simon Schardius*, Wolffgangi Comitis Palatini Veldeatini primum

Consiliarius, inde per septem fere annos Cameræ Imperialis Assessor, vti ex Præfationibus patet, amplissimum *collectorum Scriptorum Germaniæ rerum Corpus dare*, sed morte ereptus, quartum Tomum vix absoluit atque illam, quæ hunc claudit Epitomen, ad anni 1572. diem 21. Iulii saltim elaborando perduxit, quo anno ad meliorem vitam abiit. Typographus, qui sumtus fecerat supra laudatus, antequam Collectionem hanc in lucem ederet, *Nicolaum Cisnerum*, Adsessorem itidem Iudicii Cameralis, rerum Germanicarum peritissimum, rogauit, vt, quæ ad opus tale patriæ profuturum & absoluendum & ornandum haberet, adderet. Motus precibus & publicæ vtilitatis cogitatione *Cisnerus*, singulari Epistola, quam *Quirinus Reuterus* ceteris Viri *Opusculis p. 467.* inseruit, addita præfatione, qua huius Dissertationis Epistolicæ occasionem indicauit, qua de Schardii hisce Tomis sincere & libere iudicat, quidue in iisdem, quod ad materiam & ordinem desideret, quaque iusta ratione rerum Germanicarum Scriptores collocandi digerendique sint exponit, atque talem ordinatum magis & selectum Historiæ patriæ *Thesaurum* promittit, quem rebus humanis exemtus dare haut potuit. Schardianorum Tomorum Basileensis editio quum perrara esset, minutioribus typis, iterum prodiit, *Giessæ Hassorum, 1673. f.*

§. XXXIV.

Quintam variorum ad res germanas libellorum congestionem faciunt multi, REINERI REINECCII, Steinhemii, in Francofurtana & Helmstadtiensi Academia Historiarum Professoris, qui varia opuscula historica, vel suo stilo elabo-

elaborata, vel ex manu exaratis codicibus repetita singulatim diuersis annis *Francofurti ad Mœnum 1580. 1581.* maxime edidit, quorum Bibliopolæ quædam exempla in vnum Syntagma, præfixo generali titulo *Scriptorum Rerum Germanicarum*, conduxerunt, cui compilationi, *Francofurti ad Mœnum* locus, tempusque annorum 1577. 1580. 1581. *f.* adsignatum, credo tamen, saltim titulum esse mutatum, vti fieri solet a bibliopolis, nouos sæpiuscule libros per rubrum producentibus. Insunt plerumque hæc Opuscula:

1. *Reineri Reineccii* Oratio de Historiæ dignitate.
2. *Wittechindi* Monachi Corbeiensis Annales; addita breuis Appendix de Familia & rebus gestis *Palatinorum Saxoniæ*, e Chronico Gozecensi. It. Historia *Henrici Leonis* excerpta de Annalibus Helmoldi, Arnoldi & Saxonia Kranzii.
3. *Ditmari*, Episcopi Merseburgensis, Chronici Libri VII. præmissa est vita Ditmari. Additæ Expositiones de *veteribus Misniæ Marchionibus* vsque ad Conradum Timonis F.
4. *Helmoldi* Chronica Slauorum, cum Supplement. *Arnoldi Lubecensis* & Historia Henrici IV. & Hildebrandi.
5. *Monachi Pegauiensis*, Historia de vita & rebus gestis *Viperti* Marchionis *Lusatiæ*, Burggrauii *Magdeburgensis*, Comitis *Groicensis*.
6. *Ioannis Garzonis* de Bellis *Friderici Admorsi* Landgrauii Thuringiæ.
7. Historia de vita & rebus gestis *Adolfi II.* Comitis *Nordalbingiæ Holsatorum & Stormariorum*, excerpta de Annalibus *Helmoldi*. Add. e *Kranzii* Saxonia Synopsis de gente *Schaumburgia*.

Adiectæ in quibusdam exemplaribus:

8. *Reineri Reineccii* Origines Stirpis Brandenburgicæ & Welforum prosapia, ex germanica lingua in latinam conuersæ; It. Commentarius de Marchionum & Electorum Brandenburg. generis enucleatione per *Zollerenses e Welforum* progenie deducta. It. *Georgii Sa-*

gii Sabini Historia de vita *Hugonis & Theodorici* Marchionum *Brandenburgensium*, & de appellatione, situ, moribus ac populis *Marchiæ Brandenburgensis*, & de *Brandenburgo* Metropoli Marchiæ.

Quandoque adhæret *Anonymi* vita *Henrici IV.* Imp. & *Bennonis* Vita *Hildebrandi*, *Francofurti 1581.* Venere tamen in manus meas exempla, vbi vnum alterumue horum opusculorum desiderabatur.

§. XXXV.

Sextam, eandemque multi vsus Collectionem, e Bibliothecis & Monasteriorum scriniis dedit IOANNES PISTORIVS, Nidda-Hassus, Medicus professione, Theologiæ tamen & Historiæ deditus, primum Protestantium, inde Pontificiorum sacris adscriptus, Constantiensis porro Canonicus & Ecclesiæ Cathedralis Vratislauiæ Præpositus, Protonotarius, vti vocant, Apostolicus, Prælatus Pontificis domesticus & Rudolphi II. Imp. Consiliarius, quæ his titulis primum inscripta: *Illustrium veterum Scriptorum, qui Rerum a Germanis per multas ætates gestarum Historias vel Annales posteris reliquerunt*, Tomus Vnus, *Francofurti apud Hæredes Andreæ Wechelii, 1583. f.* Secutus fuit *Tomus Alter*, *Francofurti 1584. f.* Demum, *Tertius* hoc elogio: *Rerum Germanicarum Veterum iam primum publicati Scriptores VI, Francofurti 1607. f.* Priores Tomi recusi fuere *Hanouiæ 1613. f.* Vltimus vero *Francofurti 1653. f.* Cui postmodum nouus Titulus sequens fuit præfixus, vt forte Tomus hic singulatim vendibilis esset: *Rerum Familiarumque Belgicarum Chronicon Magnum*, *collectore ac editore Ioanne Pistorio, Francofurti ad Mœnum, sumptibus Casparis Wachtleri Bibliopolæ 1654. f.* licet illa prior videatur esse Editio. Egregie quidem hac opera meritus

meritus de Patria *Pistorius*, id tamen adgnoscendum, ipsum errores, Scriptorum iam editorum non sustulisse, nec semper in Codicibus accurate edendis, eam, quæ necessaria erat, curam, adhibuisse, quod Tertium cumprimis Tomum vtriusque Editionis qui corruptissimus est, conferentibus, facile patebit. Quum vero raro Tomi hi *Pistoriani* integri prostarent, operæ sane pretium fecit illustris VIR *Burcardus Gotthelf Struuius*, qui emendatiores & instructiores ad vsus publicos Editione *Tertia* reduxit *Ratisbonæ 1726. f. Tribus Tomis*, sub titulo: *Rerum Germanicarum Scriptores aliquot insignes, qui Historiam & Res gestas Germanorum, medii potissimum æui, inde a Carolo M. ad Carolum V. vsque literis consignarunt.* Sedulus in eo fuit illustris editor, vti hi Scriptores emendatius excuderentur. *Siffridum* enim, & *Historiam Landgrauiorum Thuringiæ*, cum Codicibus manu scriptis contulit: *Reginonem* antea corruptissimum, ex aliis Scriptoribus, vnde sua ille desumserat, emendauit, eademque ratione ceteris monimentis manum medicam caute adhibuit. Enimuero emendationum rationes in notis addidit, variasque obseruationes illustrandis Scriptoribus & Historiæ eius temporis inseruituras adiecit, in iis maxime argumentis, quæ ad res Germaniæ spectabant. Parciores hæ sunt in Tomo secundo & tertio, ea de caussa, dum sæpe ad iam primo Tomo datas potuit prouocare, eas vero res, quæ exteras gentes potissimum tangerent, Historiæ patriæ in maiore luce collocandæ hoc labore vnice intentus, missas fecit. Præfationem, singulis Scriptis, de auctore huiusque & libri fatis, MSCtis ac editionibus strictim exponentes, præmisit, copiosioresque Indices, opitulante *Christiano Gottlieb Budero*

confectos, adiunxit. Insunt vtilissimis hisce Tomis hæc monimenta:

TOMO PRIMO:

1. *Reginonis*, Monachi Prumiensis Annales, f. 1.
2. *Hermanni* Contracti, Comitis Veringensis Chronicon f. 117.
3. *Lambertus Schaffnaburgensis*, Hirschfeldensis Monachus de rebus gestis Germanorum f. 301.
4. Appendix ad *Lambertum* scripta ab *Erphesfordensi* quodam Monacho f. 425.
5. *Mariani Scoti*, Monachi Fuldensis, Chronicorum Libri Tres, f. 448.
6. *Dodechini*, Abbatis in Monasterio S. Dysibodi ad Chronica Mariani Scoti continuatæ Historiæ Appendix f. 657.
7. *Sigeberti* Gemblacensis Cœnobitæ Chronographia f. 689.
8. *Roberti* de *Monte* Complementum ad Sigebertum, f. 864.
9. *Siffridi* Presbyteri Misnensis, Epitomes Libri II. f. 1020.
10. *Anonymi* Compilatio Chronologica, de diuersis Chronicis Pontificum & Imperatorum, ab initio mundi ad annum 1474. f. 1057.
11. *Pauli Langii*, Episcoporum Citicensis Ecclesiæ historia f. 1120.
12. *Anonymi Erphesfordiensis* Historia de Landgrauiis Thuringiæ f. 1296.
13. *Annales Breuissimi*, de veterum Landgrauiorum Thuringiæ origine, nuptiis, liberis, rebus gestis, f. 1366.
14. *Ioa. Pistorii*, Genealogia Landgrauiorum omnium Thuringiæ & Hassiæ f. 1373.

TOMO SECVNDO:

1. *Godefridi Viterbiensis* Pantheon f. 8.
2. *Werneri Rolewinck* Fasciculus Temporum, omnes antiquorum Chronicas complectens f. 397.
3. *Ioannis Lunturii* Appendix ad Fasciculum temporum Werneri Rollewinck f. 577.

4. *Hulde-*

4. *Hulderici Mutii* de Germanorum prima origine, moribus, institutis, legibus & memorabilibus pace & bello gestis Libri XXXI. f. 609.

TOMO TERTIO:

1. *Magnum Chronicon Belgicum* collectore Ordinis S. Augustini Canonicorum regularium prope Nussiam religioso f. 1.
2. *Wippo*, Presbyter de vita Cunradi II. Salici Imp. f. 457.
3. *Traditionum Fuldensium* Libri Tres, f. 487.
4. *Sigismundi*, religiosi Chronicon Ecclesiasticum f. 655.
5. *Iacobi Manlii*, Brigantini Chronicon Episcopatus Constantiensis, postea ab alio auctum, adiectis Episcoporum Familiis f. 687.
6. *incerti auctoris* Chronicon Episcoporum Mindensium f. 807.

§. XXXVI.

Septima Collectio prodiit cura IVSTI REVBERI, Consiliarii Archi-Palatini, qui *Veterum Scriptorum Tomum vnum* dedit *Francofurti ad Mœnum 1584. f.* heredum Wechelianorum sumtu, quo Scriptores quosdam antiquos, lectu dignos, nec tamen eo tempore passim in tabernis librariis obuios, partim cum codicibus manu exaratis collatos, partim perquisitius & diligentius recensitos, typis denuo exscribi curauit. Quæ tanto applausu excepta, vt breui tempore, nullis amplius exemplis in tabernis librariis venalibus, noua procuranda fuerit editio, quam *Hanouiæ 1619. f.* e typographeo *Wecheliano*, suis dedere impensis, qui tum societatem inter se inierant, *Aubrii, Daniel & David*, nec non *Clemens Schleichius*. Sed & huius iteratæ exemplaribus diuenditis, noua expetita fuit ab iis, quos omnes Collectiones Scriptorum Rerum Germanicarum possidendi tenuit desiderium, licet fatendum omnino sit, plures

ſcriptorum in hunc Tomum relatorum, ſingillatim editos eſſe atque eruditis notis illuſtratos. Promiſerat talem, *Immanuel Weberus* Gieſſenſium Hiſtoricus & ICtus, dedit vero *Georgius Chriſtianus Ioannis*, V. C. qui hosce Scriptores, profligatis operarum erroribus elimauit, plerosque diuiſit in Sectiones, tam minores quam maiores, vt commodius memoranda euolui & enotari queant, nouis maxime iisque luculentis auxit acceſſionibus. Præter enim, quod I) ad *Turpinum*, duo Supplementa e *Lambecii* Commentario de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, attulit, II) *Roberto Monacho*, tum Notas *Barthianas* adiecit, tum etiam *Boamundi* Principis Antiochiæ, ceterorumque ſacri belli Ducum ad *Vrbanum* Papam *II.* Epiſtolam ſubiunxit. III) incerti Auctoris de Electione *Lotharii Saxonis* dedit narrationem; IV) Scholiis *Spiegelii* in *Guntheri* Ligurinum, tum *Conradi Rittershuſii*, tum *Caſparis Barthii* adnotationes inſeruit. Nec V) negligendas putauit *Friderici II.* Imp. *Manfredi* Siculi, *Conradi IV.* Cæſaris, & *Henrici* Regis aliquot Epiſtolas; quod ad res illorum cognoſcendas facere videret. VI) *Henrici VII. & Ludouici IV.* Acta hiſtoriæ magis illuſtrandæ nonnulla huc retulit, illius quidem a) *Nicolai* Epiſcopi *Botrontienſis* Relationem de itinere ipſius Italico ad *Clementem* Papam *IV;* b) *Albertini* item *Muſſati*, Hiſtoriam eiusdem Cæſaris, nec non *Anonymi* Geſta *Balduini*, Comitis de *Lucenburg*, Archi-Epiſcopi Treuirenſis, quippe quibus, plura res Henrici ſpectantia immixta ſunt. Huius vero Ludouici, dicti *Muſſati Ludouicum Bauarum.* Præterea, Præfationes eruditas vnicuique Scriptorum & principio *Iuſti Reuberi* breue elogium, præfixit, iisdemque memoranda multa de ipſis Auctoribus aperuit, notulas etiam

quasdam

quasdam hic illic adsperfit atque Indicem per *Henricum Christianum Senckenberg*, Mœno-Francofurtensem, iam I. V. D. literatissimum, magna cura adornatum tabulamque Collationis paginarum editionis secundæ cum nouissima commode monstrantem eodem auctore confectam, adiici curauit, vt adeo, ob has insignes accessiones, priores Editiones multum vincat, accedit quod, recenter licet impressa, rarior fiet, quando fatali librorum incendio Francofurtensi plura huius editionis exempla fuerint consumta. Insunt huic, præter memorata iam luculenta additamenta:

1. *Eginhardi* vita & gesta Caroli M. ad editionem Schminckianam f. 9.
2. *Annales* Regum Francorum Pipini, Caroli M. & Ludouici a quodam eius ætatis *Astronomo*, Ludouici Regis domestico, conscripti f. 35.
3. *Ioannis Turpini*, de vita Caroli M. & Rolandi Historia f. 97.
4. *Liuthprandi*, Ticinensis Ecclesiæ Leuitæ Historiarum Libri VI. f. 137.
5. *Hroswitha*, Sanctimonialis Gandersheimensis, Panegyris in laudem & res gestas Ottonis I. Imp. f. 226.
6. *Henrici IV.* Imp. Vita, a quodam eius temporis conscripta. Eiusd. *Henrici* Epistolæ aliquot ad Pontificem Romanum, aliosque Principes. f. 256.
7. *Anonymi*, de Henrici IV. Imp. Bello contra Saxones. Historia carmine heroico scripta & Libris IV. comprehensa f. 287.
8. *Roberti Monachi*, de Christianorum Principum, in Syriam profectione a. 1096. instituta & post deuictos Saracenos regni Hierosolymitani occupatione Libri IX. f. 308.
9. *Guntheri* Ligurinus, f. de gestis Friderici I. Imp. Libri X. cum notis Spiegelii, Rittershusii, Barthii f. 446.
10. *Conradi* Episcopi, Rerum Moguntiacarum Chronicon f. 761.

11. *Con-*

11. *Conradi Vecerii*, de rebus geftis Henrici VII. libellus, f. 777.
12. *Albertini Muffati*, Hiftoria Augufta Henrici VII. Imp. f. 844. nouæ huic editioni adiecta.
13. Gefta *Balduini* de Luczenburch Archi-Epifcopi Treuirenfis & Henrici VII. Imp. f. 956.
14. *Albertini Muffati* Ludouicus Bauarus ad Filium f. 991.
15. *Ricardi Bartholini*, Perufini, de Bello Norico, Auftriados Libri XII. cum Scholiis Iacobi Spiegelii f. 1007.

§. XXXVII.

Octauam Collectionem adornauit CHRISTIANVS VRSTISIVS, apud Bafileenfes Mathematum Profeffor, *Germaniæ Hiftoricorum illuftrium, quorum plerique ab Henrico IV. Imperatore vsque ad annum Chrifti 1400. gentis eius res geftas memoriæ confecrarunt*, fide & ftudio fuo *duobus Tomis* in lucem edens, *Francofurti 1585. f. apud hæredes Andreæ Wecheli*, recufos *Francofurti 1670. f.* non tamen eo, quo prima typorum nitore, nuper *Tertia Editio*, promiffa fuit, nondum tamen vsque huc publicata. Præftans fane eft Collectio, cum fuo corpore feptem nunquam antea editos Scriptores, hosque inter grauiffimum prudentiffimumque hiftoricum *Ottonem Frifingenfem* fiftat. Ordo Scriptorum, hoc Volumine contentorum.

Tomo Primo:

1. *Ottonis*, e Marchionibus Auftriæ, Epifcopi *Frifingenfis* Chronicon, a principio Mundi vsque ad tempora Friderici I. Imp. & a. 1146. f. 1.
2. *Ottonis* de *S. Blafio* ad Librum Septimum Chronici *Frifingenfis* continuatæ hiftoriæ appendix, ad annum 1210. f. 197.
3. *Hermanni Contracti*, e Comitibus Veringenfibus, maioris

ioris *Augiæ* monachi, Chronicon, in quo veteri Editioni alia quædam priore & locupletior & emendatior e regione respondet ad a. 1054. f. 231.

4. *Bertholdi* Presbyteri Constantiensis, Pœnitentiarii Apostolici, Chronicon, de rebus post Hermanni Contracti obitum gestis ab anno 1054. vsque ad eius sæculi finem & an. 1100. f. 341.

5. *Henrici IV.* Imp. Vita paulo post mortem eius, a quodam familiari conscripta, vna cum Epistolis ad an. 1106. f. 361.

6. *Otto Frisingensis* Episcopus, de rebus gestis Friderici I. Barbarossæ ad an. 1156. f. 403.

7. *Radeuici*, Canonici Frisingensis Continuatio Historiæ Ottonis F. ad an. 1160. f. 477.

8. *Vetusti cuiusdam Auctoris* Appendix ad Radeuicum ad an. 1170. f. 558.

9. *Conradi* Episcopi Rerum Moguntiacarum Chronicon ad an. 1250. f. 567.

10. *Monachus S. Iustinæ* Paduæ, de rebus sub Ottone IV. & Friderico II. in Longobardia & vicina Marchia gestis, ad an. 1270. f. 581.

Tomo Secundo:

11. *Dominicanorum Colmariensium* Fasti continentes Rerum Alsaticarum Annales, earundemque vberiorem enarrationem ad an. 1303. f. 5. & 37.

12. *Conradus Vecerius*, de vita Henrici VII. Imp. vna cum Epistola eiusdem Cæsaris f. 63.

13. Fragmentum historicum *Auctoris incogniti* M. Alberti Argentinensis Chronico in MSCtis Codicibus præfigi solitum f. 74.

14. *M. Alberti Argentinensis* Chronicon, (cuius antea non nisi Fragmentum extabat) integrum a Rudolpho Cæsare, vsque ad annum 1378. f. 97.

15. Eiusdem (vt videtur) M. *Alberti* Commentarius, de *Bertoldi* e Comitibus *a Buchecke* Episcopi *Argentinensis* rebus gestis ad a. 1353. f. 167.

16. Sententia exauctorationis & priuationis *Wenceslai* Romanorum Regis lata an. 1400. f. 179.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Nonam Collectionem, magna cura ex thesauris literariis Palatinis, & suis, adornauit, ad res patrias curate percolendas natus MARQVARDVS FREHERVS, cuius *Rerum Germanicarum Scriptores aliquot insignes, qui gesta sub Regibus & Imperatoribus Teutonicis, iam inde a Carolo M. vsque ad Fridericum III. Imp. perpetua fere serie, suis quique Seculis, literis mandata posteritati reliquerunt*, prodierunt Tribus Tomis. *Primus Tomus, Francofurti ad Mœnum 1600. f.* editus, varios Scriptores complectitur eorum temporum, quæ in generali titulo iam memorata. *Secundus, Francofurti 1602. f.* illos sistit, qui res in Germania & Imperio Romano *Friderico III. & Maximiliano I.* AA. gestas, memoriæ commendarunt. *Tertius* vero itidem *Francofurti 1611. f.* excusus, præmissis quibusdam ad Historiam Seculi XIV. pertinentibus, Scriptores de rebus a *Carolo V.* gestis memorantes, vel eundem laudantes, exhibet. *Quartum Tomum* tot inedita monimenta voluens *Freherus*, animo conceperat, inque Elencho Scriptorum secundo tertioque Tomis complexorum, illos iam designarat, eidem inferendos, at enimuero ille lucem non vidit. Recusi vtilissimi, & præstantissimis auctoribus, maxime in primum, relatis, referti Tomi, *Francofurti* sumtu *Wechelianorum* heredum, *Tomus* nimirum *Primus 1624. f. Tomus Secundus 1637. f.* Quæ horum Tomorum iterata impressio, primæ plane conuenit. *Tertius Tomus* iterato impressus haut videtur. Quum autem hæc *altera Editio* per etiam rara facta esset, & ob *TomumPrimum*, vnde magna lux Historiæ Imperatorum Carolingicorum, Saxonicorum, cumprimis Francicorum & Sue-

vicorum

vicorum nec minus primorum Austriacorum haurienda, patriarum historiarum cultoribus pernecessaria esset, rem sane publicis commodis gratissimam fecit illustris Vir BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, quando nouam prioribus omnino præstantiorem, eandemque *Tertiam Editionem*, magno sane studio & labore, procurauit. Enimuero optimus Vir, singulorum fere Scriptorum textum, cum ex codicibus manu exaratis, tum vetustis exemplis cum cura impressis studiosissime emendauit, *Chronicon* nempe *Australe* antiquum & *Chronicon Augustense* ex Codice *Neostadtiensi*, *Annales Nazarianos* e membranis Bibliothecæ *Guelferbytanæ*, *Brunonis* Historiam Belli Saxonici ex Codice chartaceo Bibliothecæ Lipsiensium *Paulinæ*, meliores fecit, vtque illos Scriptores in maiori luce collocaret, coæuos historicos maxime, atque ex recentioribus illos, qui relatas res plenius vel exposuere vel examinarunt, in subsidium vocauit, & quod nemo vsque huc fecerat in margine summa industria notatis locis parallelis, legentibus laborem euoluendi facillimum reddidit, loca obscuriora, eruditis notis collustrauit, contrarias narrationes prouide conciliauit. Adhæc singulis monimentis Præfationem præmisit, qua vel conditio scriptoris & libri, vel alia, quæ ad illustrationem harum rerum faciunt, copiose multoque eruditionis apparatu exponuntur, varia quoque Scripta, quæ ob argumenti similitudinem Freherianis conuenire videbantur, atque hæc inter quædam a *Frehero* ipso *Quarto*, quem promiserat, *Tomo* destinata, commode inseruit. *Primo* siquidem *Tomo* ex Rerum Francicarum Scriptoribus addidit *Formulam Fœderis* inter *Ludouicum* Germaniæ & *Carolum* Franciæ Occidentalis Reges initi,

quæ

quæ *Annales Fuldenses* illustrat. Ex *Tolnero & Helwichii* Antiquitatibus *Laurisbamensis* Cœnobii, plura Diplomata huius Monasterii res illustrantia, protulit, adiecit ex Codice MSCto *Georgii Vogelii* relationem de Fundatione & fatis opimi huius Monasterii. Ea Scripta, quæ Freherus in Appendicem reiicere coactus fuerat, suis locis restituit. *Alteri Tomo* accessit *Nicolai Lanckmanni* de *Falckenstein* Historia Desponsationis *Friderici III.* Imp. & *Eleonoræ* Lusitanicæ, ex scripto exemplo, licet iam formis fuisset expressa; quæ tamen editio rarissima est, quam Freherus ipse olim frustra peruestigauerat: Historiam & Acta Appellationis *Sigismundi* Austriæ Ducis a Papa ad Concilium ex Goldasti Monarchia S. R. I. auxit: *Ioannis Tritbemii* Historiam Belli *Bauarici* ex Annalibus Hirsaugiensibus cum notis singillatim olim editam, inseruit. Tertio vero Tomo, varia ad historias *Caroli V.* addere non consultum duxit, quum eiusmodi Opuscula *Schardianis* in Tomis iam extent, supra recensita. Id non omittendum cum Tomo Primo *Glossarium* vocum quarundam obscuriorum accessisse, tum Indicem vniuersalem, B. *Vlrico Marbachio & Christiano Gottlieb Budero*, auctoribus. Quæ auctor, *Bibliothecæ Miscellæ, (der vermischten Bibliothec)* quæ Halæ edita, Parte I. No. I. monuit, de omissa annotatione paginarum priorum editionum & aliis, leues sunt næui in præstantissimo sane Corpore. Iam indicandi libelli:

Tomo *Primo:*

1. *Annales* Francorum *Fuldenses* rerum sub Pipino, Carolo M. eiusque posteris vsque ad excessum Arnulphi Imp. gestarum ab anno 714. ad annum 900. Hos ex Codice veteri, bonæ notæ emendauit Vir doctissimus IOANNES FRIDERICVS CHRISTIVS, quæ Emen-

Emendationes ipsius *Noctium Academicarum*, Halæ 1728. 8. editarum Spec. III. & Spec. IV. extant.

2. Formula *Federis* inter *Ludouicum* Germaniæ, & *Carolum* Galliæ Reges f. 71.
3. Annales *Nazariani*, ab An. 740. ad an. 826. f. 77.
4. Chronicon *Laurishamense* a prima origine sub Pipino Rege ad an. 1179. f. 83.
5. *Georgii Vogelii* breuis Relatio de fundatione, consecratione, incremento & decremento Cœnobii Laurissensis f. 163.
6. *Bruno* de Bello Saxonico & vita Henrici IV. Imp. ab a. 1073. ad an. 1082. f. 171.
7. *Waltrami*, Episcopi Numburgensis, de vnitate Ecclesiæ conseruanda, Liber, f. 233.
8. *Burchardi* Notarii Imperialis Epistola de victoria & triumpho Friderici I. Imp. & clade Mediolanensium f. 327.
9. *Godefridi* Monachi ad S. Pantaleonem, intra Muros Coloniæ Agrippinæ Annales ab An. 1162. ad a. 1237.
10. *Tagenonis* Descriptio Expeditionis Asiaticæ Friderici I. f. 405.
11. *Friderici I.* Epistolæ quædam, tempore Schismatis inter Papas Victorem, Paschalemque & Rolandum scriptæ f. 417.
12. *Matthæi* Mareschalci de *Pappenheim* Chronicæ Australis antiquæ Excerptum ab an. 852. ad a. 1327.
    Eiusd. Historiæ Australis pars plenior de Rudolpho Rege Ro. & seq. ab a. 1276. ad a. 1302. & Continuatio ad an. 1344. f. 429.
13. *Chronicæ Augustensis* antiquæ Excerptum per eundem *Matthæum* Mareschalcum ab a. 873. ad an. 1104. It. Pars Chronicæ *Monasterii SS. Vdalrici & Afræ* apud Augustam Vindelicorum ab An. 1152. ad an. 1265. f. 491.
14. *Henrici Steronis* Monachi in Altaich inferiore Excerpta ex Chronica Cœnobii sui ab a. 1266. ad an. 1300. f. 551. cum Appendice *Vlrici & Conradi Wellingorum* Fratrum ad an. vsque 1325. f. 581.
15. *Henrici* Monachi in *Rebdorff* Annales ab an. 1295. ad an. 1363. f. 597.
16. Historia Mortis *Henrici VII.* Imp. f. 645.

17. Ludouici IV. Bauari Imp. Scripta Publica f. 651.
18. Chronicon *Elwangensis* Monasterii excerptum per prædictum Matthæum Mareschalcum ab an. 1095. ad a. 1477. f. 673.

Tomo Secundo:

1. *Beneuenuti* de *Rambaldis*, Liber Augustalis siue Vitæ Impp. a Iulio Cæsare ad Wenceslaum cum supplemento *Aeneæ Syluii* ad Fridericum III. Imp. f. 1.
2. *Aeneæ Syluii* ad Alphonsum Siciliæ Regem super connubio *Friderici III.* Imp. & Leonoræ Lusitanæ, Oratio gratulatoria f. 23.
3. *Iacobi Mozii*, Legati Friderici III. Imp. coram Alphonso Rege Portugalliæ pro filia eius *Leonora* eidem Friderico desponsanda, & ad eandem Orationes f. 31.
4. *Aeneæ Syluii* Oratio pro *Coronatione* Friderici III. ad Nicolaum V. P. R. cum petitione pro congregando Concilio generali f. 34.
5. *Eiusd.* Oratio suasoria ad eundem Nicolaum V. vt Fridericum Imp. in Turcos *Passagium* parantem iuvare velit. f. 38.
6. *Thadæi Quirini* Patricii Veneti, ad Fridericum III. Imp. Roma a Coronatione venientem, *nomine suæ Reipublicæ* Oratio gratulatoria f. 42.
7. Oratio pro *Vicario Cremonæ* ad eundem Fridericum III. aduentantem, habita An. 1452. f. 44.
8. *Michaelis Apostoli*, Byzantini, Oratio Panegyrica Græca ad Fridericum Imp. *Aristonymi* Byzantini nomine scripta circa an. 1457. f. 47.
9. *Nicolai Lanckmanni* de *Falckenstein*, de Friderici III. & Eleonoræ desponsatione, benedictione & coronatione, tum de *Maximiliani* Regis eiusque Sororis Kunegundæ natiuitate Historiola f. 51.
10. *Aeneæ Syluii*, de his, quæ Friderico III. imperante, in *Germania* & per totam Europam memorabiliter gesta sunt, vsque ad a. 1458. Commentarius, f. 81.
11. *Venturæ de Perusio Pontani*, ad Stephanum de Nardinis Protonotarium, de *Sigismundi* Ducis Austriæ aduentu ad *Constantiam* ciuitatem a. 1459. f. 171.
12. *Sigismundi* Ducis *Austriæ*, eiusque aduocati *Gregorii Heimburg* Appellatio & Apologia contra censuram

ram & excommunicationem Pii II. P. R. an. 1460. f. 183.

13. De *Leodiensium* Dissidio cum Episcopo suo Ludovico Borbonio & de Leodii Ciuitatis excidio a. 1468. Narratio Historica e Iacobi Picolominei Cardinalis Papiensis Commentariorum Libro IV. f. 261.

14. *Incerti Auctoris* Epistola de *Caroli* Burgundiæ Ducis laudibus & victoriis, nec non Leodiensium clade & excidio, f. 278.

15. De Friderici III. Imp. in *Italiam profectione votiua* & honorifico ad Vrbem aduentu quidque ibi cum Paulo II. P. R. a. 1469. egerit Narratio, ex Iacobi Picolominei Cardinalis Papiensis Commentariorum Libro VII. f. 284.

16. *Augustini Patricii* de Comitiis Imperii sub Friderico III. apud *Ratisponam* celebratis anno 1471. Commentariolus, f. 288.

17. *Ioannis Antonii Campani* ad Iacobum Cardinalem Papiensem ex iisdem Comitiis, de rebus ibi gestis Epistolæ familiares f. 292.

18. *Rodulphi Agricolæ*, Frisii, de Congressu Friderici III. Imp. & Caroli Ducis Burgundiæ apud Treuerim anno 1474. Historiola, f. 302.

19. *Petri Danbussoni* Rhodiorum militum Magistri, de seruata vrbe præsidioque suo, & insigni contra Turcas victoria ad Fridericum III. Imp. relatio an. 1480. f. 305.

20. *Sixti IV.* P. R. Passagium, siue Bulla exhortans Principes Christianos ad Sacram Expeditionem in Turcas suscipiendam, missa Philippo Palatino an. 1481. f. 310.

21. *Matthiæ Coruini* Hungariæ & Bohemiæ Regis Oratorum ad Principes Imperii *Noribergæ* congregatos, pro *auxilio contra Turcos* ferendo, Imploratio a. 1482. f. 315.

22. *Eiusd.* de denegata Audientia & ope querela ad Henricum Episcopum Ratisbonensem scripta an. 1483. f. 319.

23. *Ioannis Trithemii* Historia Belli Bauarici ex Annalibus Hirsaugiensibus f. 321.

24. *M. Antonii Torquati* Prognosticon de Europæ euersione,

fione, quod Matthiæ Regi Hungariæ direxit anno 1480. vsque ad annum 1538. Euentibus insigniori-bus quos ibi prædixit, ad marginem annotatis f. 383.

25. Apophtegmata Imperatorum Romanorum Rudolphi, Caroli IV. Sigismundi, Alberti, Friderici III. per *Poggium Florentinum*, *Aeneam Syluium & Henricum Bebelium* consignata f. 394.

26. *Friderici III.* Imp. Epistolæ aliquot. f. 402.

27. *Eiusd.* Formula precationis ad DEVM pro Imperii incolumitate f. 404.

28. *Hermol. i Barbari*, Legati Veneti, ad Fridericum III. Imp. & Maximilianum I. Rom. Regem recens creatum Oratio gratulatoria, habita a. 1486. f. 408.

29. *Q. Aemyliani Cimbriaci*, Poëtæ, Encomiasticon ad *Fridericum* Imp. & *Maximilianum I.* Reg. Romanor. Lib. V. quibus præcipue *Electio* prædicti Regis, resque eorum gestæ apud *Brugas Flandrorum* An. 1488. celebrantur. f. 415.

30. *Conradi Wengeri*, Canonici Brixinensis, de Bello inter *Venetos*, & *Sigismundum* Austriæ Archi-Ducem gesto An. 1487. Commentarius f. 445.

31. *Pallantis Spangel* Oratio extemporalis habita ad Maximilianum Rom. Regem, cum anno 1489. apud Philippum Comitem Palatinum *Heid lbergæ* pernoctaret, nomine Vniuersitatis ibidem f. 459.

32. *Vdalrici Zasii* ad Eundem Oratio, habita Vniuersitatis *Friburgensis* nomine f. 466.

33. *Iasonis Mayni*, Legati Mediolanensis, ad Maximilianum I. in eius & *Blancæ Mariæ* Mediolani Vice-Comitis nuptiis Epithalamion prosa scriptum f. 468.

34. *Pandulphi Collenutii*, Legati Ducis Ferrariæ ad Maximilianum Rom. Regem Oratio dicta Ispruchis in auditorio Cæsaris f. 476.

35. *Henrici Glareani*, Heluetii, P. L. ad Maximilianum I. Panegyricon f. 481.

36. Literæ Credentiales & instructio Ambasiatoris Regis Poloniæ super *irruptione Turcorum* in eius dominium ad Conuentum Principum sub Maximiliano Rege in *Friburgo* exhibitæ An. 1498. f. 484.

37. Priuilegium & erectio Collegii *Poetarum & Oratorum* in *Viennensi* Gymnasio per Maximilianum Imp.

Imp. An. 1501. cum Panegyrico de eadem re *Vincentii Longini* Eleutherii Silesitani, f. 488.

38. *Ioannis Francisci Pici* Mirandulæ & Concordiæ Domini, *Staurostichon* de Mysteriis dominicæ crucis passim in Germania delapsis a. 1503. ad Maximilianum Aug. f. 493.

39. *Henrici Bebelii* Ecloga triumphalis de victoria Cæsaris Maximiliani contra *Bohemos*, f. 507.

40. *Ludouici Heliani*, Vercellensis, Francici Legati, in conuentu Germanorum Principum apud *Augustam* an. 1510. Oratio in *Venetos* inuectiua, f. 522.

41. *Michaelis Coccinii*, Tubingensis, de Bello Maximiliani Imp. cum *Venetis* gesto an. 1511. Commentarius f. 537.

42. *Ioannis Pierii Valeriani*, de honoribus D. *Matthæo Langio* Episcopo Gurcensi & Cæsareo totius Italiæ Vicario, Vrbem ingredienti habitis an. 1512. ad *Petrum Crispum* Epistola; Item Panegyris eidem Episcopo dicata per *Ianum Franciscum Vitalem*, Panormitanum, f. 569.

43. *Hieronymi Nogaroli*, Comitis, ad Maximilianum Aug. pro *Vicentinis* Oratio, habita ad illum pro templi foribus, cum a Patauina obsidione Vicentiam venisset, f. 583.

44. *Ioannis Cuspiniani*, Præfecti Vrbis Viennensis, Diarium de *Congressu* Maximiliani Imp. & trium Regum, Vladislai Hungariæ, Ludouici Bohemiæ, & Sigismundi Poloniæ, apud Viennam Austriæ, an. 1515. f. 587.

45. *Ricardi Bartholini* Hodœporicon, siue Itinerarium, *Matthæi* Cardinalis Gurzensis &c. quæque in *Conuentu* Maximiliani Imp. & Regum Vladislai, Sigismundi & Ludouici memoratu digna gesta sunt. f. 613.

46. *Grauamina* Nationis Germanicæ contra *Sedem Romanam*, cum remediis & auisamentis ad Maximilianum Imp. & cum eiusdem Edicto f. 673.

47. *Iacobi Wimphelingii* Selestadiensis, Theologi de *Germanicæ* Nationis & Imperii *Grauaminibus* contra *Sedem & Curiam Romanam*, Tractatus Maximiliani I. iussu scriptus, f. 684.

48. *Eiusd.* super eodem argumento contra *Aeneæ Sylvii*

Cardinalis Tractatum Replicæ ad Albertum Archi-Episcopum Moguntinum scriptæ anno 1515. f. 686.

49. *Leonis X.* P. R. Legatorum, Oratio coram Maximiliano Imp. & Ordinibus Imperii, pro colligendis *Decimis* in Expeditionem contra Turcas, a. 1519. & huic opposita Viri cuiusdam clarissimi dissuasoria: Ne Principes in *Decimæ* præstationem consentiant, f. 698.

50. *Iacobi Manlii*, Cæsarii Historiographi & Consiliarii, Epistola duorum Actuum a. 1518. in vrbe Augusta celebratorum Narrationem continens: I.) Inuestituræ *Cardinalitiæ* dignitatis *Alberto* Brandenburgico, Archi-Episcopo Moguntino collatæ: II.) *Gladii & Pilei* per Pontificis Legatum Maximiliano Imp. oblati f. 705.

51. F. *Iacobi Fabri* Augustani Prædicatoris, Oratio Funebris in Depositione Maximiliani I. Imp. in oppido *Welss* Austriæ f. 717.

52. *Georgii Sauromani* ad Carolum V. Imp. & Ferdinandum germanos, Oratio post Maximiliani I. eorum aui obitum f. 743.

53. *Petri Ægydii*, in Eundem Threnodiæ cum Scholiis *Spiegelii* f. 760.

54. *Vdalrici Zasii*, IC. super eodem Oratio Funebris; *Eiusd.* Oratio in Funere Blancæ Mariæ Coniugis Imp. f. 770.

Tomo Tertio:

1. *Georgii Sabini*, de Cæsaribus Germanicis, Libri Duo, Carmine Elegiaco f. 1.

2. *Antonii Panormitæ & Iannotii Maneti*, Orationes in Coronatione Friderici III. Imp. habitæ, f. 5.

3. de Friderici III. Imp. in *Italiam profectione votiua* An. 1468. suscepta Narratio, f. 19.

4. Descriptio accurata *Electionis* Maximiliani I. Regis Romanorum Anno 1486. factæ, itemque *Coronationis*, Aquisgrani subsecutæ, f. 21.

5. *Henrici VII.* Angliæ Regis, ad Maximilianum Regem, & Principes in Comitiis habitis *Confluentiæ* An. 1492. Legatio, cum Eorundem Responsoria f. 42.

6. *Bili-*

6. *Bilibaldi Pirckheimeri*, Bellum *Suitense*, seu *Heluetium* Maximiliani I. Cæs. An. 1498. gestum, f. 47.
7. *Ioannis Iacobi Ghilini* Expeditio Italica An. 1497. a Maximiliano I. suscepta f. 91.
8. *Ioannis Trithemii* Belli Bauarici anno 1504. gesti, Historia f. 111.
9. *Hulderici Zwinglii* de gestis inter *Gallos & Heluetios* ad *Rauennam*, *Papiam* & alia loca, deque *Conuentu* apud *Thermas Heluetieas*, an. 1512. Relatio, f. 137.
10. *Aloysii Marliani*, in *Comitiis Aurei Velleris* Serenissimi Caroli Regis Catholici Anno 1517. habita Oratio f. 146.
11. *Iacobi Ziegleri*, Attentata *Christierni II.* Daniæ Regis in *Suecia* Regnum, & crudelitas perpetrata in Holmam, Anno 1517. f. 149.
12. Acta Electionis *Caroli V.* f. 157.
13. *Leonis X.* P. R. Epistolæ Tres, super *obitu Maximiliani I.* Imp. & noui *Electione* facienda, ad Ludouicum Electorem Palatinum a. 1519. f. 161.
14. *Francisci* Regis Francorum, Legatio ad Principes Electores Francofurtum missa pro suffragiis ad Imperium conciliandis a. 1519. f. 167.
15. *Hermanni* Comitis *Nuenarii*, in eisdem Comitiis ad Senatum Electorum, *pro Carolo electo Rege Romanorum* Oratio: itemque ad ipsum Regem, Gratulatio, f. 173.
16. *Iacobi Sobii*, ad eundem Cæsarem exhortatoria nobilibus apud Francofurdiam iubentibus, f. 183.
17. *Principum Electorum* Legatio ad Carolum Regem Hispaniarum, Decretum *Electionis* ad Romanum Imperium ei insinuans, cum *Responsiua* eiusdem Regis f. 187.
18. *Flandriæ* Ordinum Legatio ad *Carolum* Regem in Hispaniam edita per *Stephanum* Comitem Bellocassum f. 195.
19. *Petri Aegydii*, Hypotheses Spectaculorum apud *Antwerpiam* in honorem *Caroli V.* Cæsaris editorum f. 205.
20. *Gerhardi Nouiomagi*, *Philippus a Burgundia*, Philippi Burgundiæ Ducis F. Episcopi Vltraiectini vita

 & obi-

& obitus: it. EDMVNDI DINTERI, Genealogia Ducum Burgundiæ f. 217.

21. *Petri Criniti Belli Rustícani* in Germaniæ diuersis partibus An. 1525. excitati & a Magistratibus feliciter sedati Historia f. 233.

22. *Ioannis Atrociani*, de eodem querela, Carmine Elegiaco f. 278.

23. *Huberti Thomæ*, Leodii, de eodem Bello, Historia illo tempore descripta f. 283.

24. *Eiusd.* Historiola de *Francisci a Sickingen* Equitis, rebus gestis, seu potius ausis, & calamitoso exitu, f. 297.

25. *Ioannis Seruilii*, Coniuratio Geldro-Gallica in Ciuitatem *Antwerpiam*, duce Martino a Rosheim an. 1544. f. 313.

26. *Francisci* Regis Galliarum Actitata per Legatos & Literas, cum Imperii Principibus, atque etiam separatim cum Fœderatis Smalkaldicis in diuersis Comitiis & aliter ab An. 1534. vsque ad 1543. f. 347.

27. *Paulli Riccii*, de vitæ emendatione & bello in Turcas suscipiendo, in conuentu Spirensi, An. 1544. habita Oratio f. 447.

28. *Ioachimi Camerarii*, *Smalkaldici Belli* inter Carolum V. Cæsarem & Protestantium Duces An. 1546. gesti, Origo, Progressus & Exitus græce, cum interpretatione latina *Simonis Stenii* f. 457.

29. *Martini Crusii*, de eodem Bello, & in eo superatis parentum suorum Græco-Latina Narratio f. 429.

30. *Simonis Stenii*, Vita Mauritii Saxoniæ Electoris, græce & latine f. 521.

31. *Ioachimi Camerarii*, Adnotatio Rerum præcipuarum ab An. 1550. ad An. 1561. f. 535.

32. *Iulii Pflugkii & Ioannis Antonii Viperani* Orationes in mortem Caroli V. Imp. f. 591.

§. XXXIX.

Decimam Collectionem non immerito, numero, MELCHIORIS GOLDASTI, Haiminsfeldii, cui nobili Helueto, tot egregia monimenta debet communis patria, iunctim editos: *Rerum*

rum Alamannicarum Scriptores aliquot vetuſtos, a quibus Alamannorum, qui nunc partim Sueuis, partim Heluetiis ceſſere, Hiſtoriæ, tam Seculares, quam Eccleſiaſticæ traditæ ſunt, *Tribus Tomis*, *Francofurti 1606. f.* & iterum *Francofurti*, impenſis *Ioannis Martini Porſſii 1661. f.* habet hæc plura monimenta, quæ communibus Patriæ rebus plenius enarrandis ſeruiunt, antiquitates varias ſacras atque profanas mirifice illuſtrant, nempe:

Tomo Primo:

1. *Hepidanni* Cœnobitæ S. Galli *Annales breues* Rerum in *Alamannia* geſtarum ab an. 708. ad a. 1050. f. 2.
2. *Ratperti*, Monachi S. Galli, de origine & diuerſis caſibus Monaſterii *S. Galli* in Alamannia f. 1. 9.
3. *Ekkehardi* Iunioris, Cœnobitæ S. Galli, de Caſibus Monaſterii *S. Galli*, Liber f. 12.
4. *Burckhardi*, Monachi S. Galli, de Caſibus Monaſterii *S. Galli*, Liber f. 61.
5. *Cunradi de Fabaria*, Presbyteri S. Othmari, de Caſibus Monaſterii S. Galli Liber f. 73.
6. *Eiusd.* Catalogus Abbatum, qui præfuerunt Monaſterio S. Galli f. 87.
7. Anonymi Annotatio Officialium S. Galli f. 88.
8. *Bertholdi* Monachi, Annotatio de Abbatibus Monaſterii S. Galli f. 88.
9. *Ioachimi Vadiani* Chronologia Abbatum Monaſterii S. Galli, f. 89.
10. *Nicolai de Tiufburg* Ephemerides Monaſterii S. Galli, f. 91.
11. *Ioannis Georgii Tibiani*, Panegyricon ſuper laudibus *Acronii* lacus, & eius Ciuitatum, poetice f. 98.
12. *Walafridi Strabi*, Abbatis Augienſis, de vita *B. Galli* confeſſoris f. 142.
13. *Eiusd.* de vita S. Othmari, Abbatis f. 177.
14. *Iſonis* Magiſtri, Cœnobitæ S. Galli, de Miraculis S. Othmari, Abbatis f. 182.
15. *S. Theodori* Eremitæ Campidonenſis, de vita S. Magni Libri II. f. 190.

16. *Ermenrici*, Elwangensis Supplementum f. 201.
17. *Anonymi* Historia de vita *S. Findani*, Confessoris f. 204.
18. *Hepidanni* Cœnobitæ S. Galli, de vita S. Wiboradæ Virginis & Martyris Christi Libri II. f. 207.
19. *Ekkehardi* Minimi, de vita B. Notkeri Balbuli Liber, f. 227.
20. *Anonymi*, S. Fridolini, Confessoris Historia f. 254.
21. *Melchioris Goldasti* Notæ in Walafridum de vita S. Galli f. 248.

Tomo Secundo:

1. Lex Alamannorum f. 11.
2. Chartarum Centuria, f. 26.
3. *Ioachimi Vadiani* Epistola de obscuris Verborum significationibus f. 59.
4. *Ruodeperti*, Magistri S. Galli, Epistolæ f. 63.
5. *Rabani Mauri* Abbatis Fuldensis, Glossæ Latino barbaricæ de partibus humani Corporis. f. 64. 66.
6. *Eiusd.* de inuentione Linguarum ab Hebræa vsque ad Theodiscam & Notis Antiquis, f. 66.
7. *Keronis*, Monachi S. Galli Interpretatio vocabulorum barbaricorum in Regulam S. Benedicti f. 69.
8. Catalogus Nominum propriorum, quibus Alamanni quondam appellati f. 92.
9. Antiquitatum Alamannicarum P. II. complectens Res Ecclesiasticas, quas Monachi appellant *Interiores*, f. 119.
10. Catalogus Scriptorum Alamannicorum, qui duobus hisce in Tomis desiderantur f. 152.
11. Genealogia Kyburgensium Comitum in Alamannia f. 193.

Tomo Tertio:

1. *Ioachimi Vadiani*, Consulis San-Gallensis Farrago Antiquitatum Alamannicarum, siue de *Collegiis & Monasteriis Germaniæ veteribus*, vt in Regno Francorum & insecutorum Principum aliquot Seculis habuerunt Libri II. f. 1.
2. *Bartholomæi Schobingeri*, ICti, Additiones ad *Vadiani* Farraginem, f. 81.

3. *Ioan-*

3. *Ioannis Comandri*, Epistolæ ad *Vadianum* de Antiquitatibus *Curiæ* in Rhetia prima, f. 112.
4. *Ioachimi Vadiani*, Liber de *Christianismi* ætatibus, f. 117.
5. *Eiusd.* de Coniugio *Seruorum* apud Alamannos, f. 141.
6. *Ioannis Zuickii*, Constantiensis, Epistolæ ad *Vadianum* f. 150.
7. *Leonis Iudæ* Epistolæ de Diuortio f. 151.
8. *Ioannis Kesleri*, Bibliotheca Sanct-Gallensis, f. 158.

Noua eaque *Tertia* Editio prioribus emendatior cura V. C. *H. C. Senckenbergii* cum ipsius Præfatione & Vita *Goldasti* edita *Francofurti 1730. f.*

§. XL.

VNDECIMA COLLECTIO est ERPOLDI LINDENBROGII, Hamburgensis. Produxerat vir ille doctissimus in lucem singulatim aliquot *Rerum Septentrionalium Scriptores*, quorum editiones accurate indicauit eruditissimus ANONYMVS itidem Hamburgensis, Vita Lindenbrogiorum, germanice *Hamburgi 1723. 8.* edita *p.* 7. Cum horum exempla fuissent distracta, iunctim additis variis edidit sub titulo: *Scriptorum Rerum Germanicarum Septentrionalium*, *Francofurti ad Mœnum 1609. f.* exiguo Volumine. Quod cum factum esset rarissimum & sumtuosissimum, curis V. C. IOANNIS ALBERTI FABRICII, copiosiori adiecto adparatu *Hamburgi 1706. f.* prodiit habetque sequentes Scriptores:

1. *M. Adami* Historiam Ecclesiasticam, continentem Religionis propagatæ gesta, quæ a temporibus Caroli M. vsque ad Henricum IV. in locis *Septentrionalibus* acciderunt, f. 1.
2. *Eiusdem* Libellum de *Situ Daniæ* & reliquarum, quæ trans Daniam sunt regionum, f. 55.
3. Incerti Auctoris Historiam Archi-Episcoporum *Bremensium* a tempore Caroli M. vsque ad Carolum IV. f. 69.
4. Vetus Scriptum de Ecclesia *Bremensi*, f. 116.
5. Narratio, de Benedicto V. Pontifice Romano, Hamburgum ab Imp. in exilium relegato f. 117.

6. Poema

6. Poema antiquum de Episcopo *Vicelino*, f. 118.
7. Priuilegia Archi-Ecclesiæ *Hammaburgensis*, f. 125.
8. Auctuarium Priuilegiorum & Diplomatum Veterum, Collectioni Lindenbrogianæ recens adiunctum f. 177.
9. Incerti Auctoris Chronica *Slauica* f. 189.
Singulis fere Tomis praemissa est Praefatio, plena singularibus doctrinis, & erudita demonstratione vtilitatis editorum monimentorum in historia ciuili & sacra, studioque Iuris publici, feudalis, communis, prouincialis & ecclesiastici. Paratos plures Tomos, pretiosarum huiusmodi Reliquiarum habet illustris Dominus de LVDEWIG in Thesauro suo insigni & priuati sortem egresso, Codicum MSCtorum omnis aeui, quos boni omnes auide expectant. Motus vtilitate quam publicae rei adferunt collecta veterum & mediorum scriptorum monimenta, praeceptorisque sui exemplo SIMON FRIDERICVS HAHNIVS, dedit *Collectionem Monumentorum veterum & recentium, ineditorum, ad Codicum fidem restitutorum, selectiorum & rariorum, Antiquitates, Geographiam, Historiam omnem* (maxime vero Germanicam) *ac nobiliores Iuris partes illustrantium*, duobus Tomis, quorum *Primus Brunsuigae* 1724. 8. mai. *Alter*, ibid. 1726. ead. forma, prodierunt. Dabimus vtriusque Syllabum.

Tomo *Primo* extant:

1. *Aegidius Romanus* de re militari veterum.
2. Diplomata viginti & quod excurrit cum Sigillis, haec inter Thuringiaca.
3. Quinquaginta Bullae Pontificum & totidem Diplomata Imperatorum, Regum, Principum aliorumque illustrium.
4. *Thomae* Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Dictator, Epistolas multas complectens.
5. Catalogus Archi Episcoporum *Coloniensium* vetustus.
6. *Guteri* de *Mixigia* Carmina & Literae de Electionis dissidio inter Alphonsum & Richardum.
7. *Iohannis Fistenportii* Continuatio Hermanni Ianuensis.
8. *Aeneae Sylvii* Historia Amorum Eurioli & Lucretiae, seu

feu arcana narratio illorum, quæ *Caſpari Schlickio* Senis acciderunt.

9. *Iacobi Vnrefti* Chronicon *Carinthiacum.*
10. *Eiusdem* Chronicon *Auſtriacum.*
11. *Anonymi* Chronicon *Waldeccenſe.*
12. *Ioachimi à Rusdorff* Epiſtolæ Arcanæ tricennalis belli Hiſtoriam illuſtrantes.

Tomo vero *Secundo:*

1. *Georgii Tyskiewicz* Reſponſio ad libellum famoſum Anonymi.
2. *O. Wexionii* Deſcriptio Sueciæ.
3. Monachus Sangallenſis de vita *Caroli M.*
4. Ordinatio Iudicii Weſtphalici.
5. Chronica der Graffen von *Cilly.*
6. Chronicon *Salzburgenſe.*
7. *Ludouici Camerarii*, vel *Ioachimi* a *Rusdorf* Conſultationes Politicæ.

Qui tot egregiis ſcriptis patriæ hiſtorias ornavit GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS, Collectionem edere cœpit inſcriptam: *Tabularum Litterarumque veterum, vsque huc nondum editarum Spicilegium idque Primum, Francofurti ad Mœnum 1724. 8.* mai. complectens:

1. Chartularium *Colonienſe;* 2. Diplomatarium *Diſibodenbergenſe;* 3. Chartularium Collegialis Eccleſiæ *Aſchaffenburgenſis;* 4. Diplomatarium *Eppenſteinenſe;* 5. *Breubergenſe* & Miſcellum; acceſſit Dodecas eiusdem generis Epiſtolarum Miſcellanearum, ad rem literariam pertinentium, quæ omnia doctis Præfationibus & multo labore concinnoque ordine factis indicibus inſtruxit. Aliam eandemque præſtantiſſimam *Syllogen variorum Diplomatariorum monumentorumque veterum ineditorum adhuc, & res Germanicas in primis vero Moguntinas illuſtrantium*, publicæ rei dedit, qui ad ipſum Archiuum Imperii, quod Moguntiæ adſeruatur, acceſſum habuit perilluſtris Dominus

VALEN-

VALENTINVS FERDINANDVS de GVDENVS Immediati Ordinis Equestris circa Rhen. Super. *Francofurti ad Mœnum* 1728. 8. *mai.* quo volumine complectuntur:

1. Codex Diplomaticus Monasterii quondam *Schonaugiensis* prope Heidelbergam, ab anno 1142. vsque ad an. 1295.
2. Codicillus Diplomatum Parthenonis *Beurensis* in Eichsfeldia cum Sigillis æneis.
3. Recensus Codicum antiquorum cumplurium, tam Manuscriptorum quam impressorum, Moguntiæ in Capituli Metropolitani Bibliotheca latitantium, Pars Prima.
4. Manipulus Chartarum Diplomaticarum Cœnobii dicti *Schwarzach* Ordinis S. Benedicti.
5. Chartæ Diplomaticæ Ciuitatis Imperialis *VVezlariæ.*
6. Elenchus Cancellariorum Electoralium *Moguntinensium* ab A. 1093. vsque ad An. 1728.
7. Diplomatum promiscuorum authenticorum Decades IV.

Chartas has illustris Editor notis historicis, Diplomaticis, insignique Præfatione, qua diuersas Rei Diplomaticæ cumprimis Germanicæ inseruituras observationes fecit, ornauit.

Horum de patria insigniter meritorum Virorum vestigia laudabiliter legit, Iurisconsultus literatissimus HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG, qui multo studio conduxit: *Selecta Iuris & Historiarum, tum Anecdota, tum iam edita, sed rariora,* præfationibusque doctissimis ornauit, quorum *Tomus Primus*, *Francofurti ad Mœnum* 1734. 8. formis expressus, sistit:

Statuta *Francofurtensia* antiquissima de an. 1352. seqq.
Diplomatarium Claustri Diuæ *Catharinæ*, francofurtensis.
Diplomatarium *Francofurtensi*, & Viciniæ miscellum.
Historia Iuris Statutarii Reipublicæ *Francofurtensis.*

Varia

Varia Iudæos *Francofurtenses*, & partim *Fridbergenses* concernentia.

Tomus *Secundus Fsti 1734. 8.* exhibet:

Petri Herpii Annales Dominicanorum *Francofurtensium*.

Diplomata & Chartas XXXVI. Vasallos & Nobiles *Francofurtenses* extra ciuitatem habitantes, spectantia.

Fasciculum Diplomatum *Moguntinorum*, vbi simul *Spirensia & VVormatiensia*, occurrunt.

Anonymi Collectanea Historico-Diplomatica Ducatum *VVürtembergicum* concernentia.

Manipulum Chartarum *Nassoicarum*, tam *Cattimelibocensem*, quam Saræpontanam Lineas respicientem.

Fasciculum Diplomatum *Megapolitanorum*, *VVismariam* in primis tangentem.

Diplomatarium miscellum, varii generis monimenta complexum.

Tomus *Tertius*, qui *Francofurti 1735. 8.* prodiit, habet:

H. C. Senckenbergii Opusculum de Origine *Ludouici Barbati* Hassiæ Landgrauii Thuringiæ Comitis Carolingico-Francico-Staufensis.

Francisci Guillimanni de vera origine & stemmate *Conradi II.* Imperatoris Salici, Syntagma.

Chronicon *Hassiacum* amœbæum ab a. V. C. 477. vsque ad an. Chr. 1479.

Tres Decades Diplomatum & Chartarum *Hassiacas* & vicinas Terras Spectantium Sæculi XII. XIV. XV.

Tomus *Quartus 1738. 8.* editus, seruat:

Anonymum Heluetium de origine & historia Ducum *Austriæ* vsque ad pugnam Sembacensem.

Alberti III. & Leopoldi III. Ducum *Austriæ* Chartularium.

Acta Imperii Comitialia aliaque Publica Seculi XV.

Monimenta XX. anecdota res *Austriacas* illustrantia.

Anonymi Carmen de obsidione & expugnatione arcis *Hohenkræn* 1512.

Anonymi Carmen de Seditione *Coloniensi* 1513.

Francisci de *Sickingen* Epistolam, qua Ius suum aduersus *VVormatenses* deducere nititur 1515.

Richardi

Richardi Bartholini Narrationem 1518. conſcriptam de Conuentu Auguſtano.
Anonymi Heilbronnenſis Hiſtoriam *Belli ruſticani.*

Tomus porro *Quintus Francofurti 1739. 8.* dat:
Chronicon *Auſtriacum* anecdoton ab an. 1454. vsque ad an. 1467.
Monimenta XII. miſcellanea.
Nobii Chronicon *Haſſiacum* vsque ad ann. 1520.
Chartularium *Haſſiacum* XLV. tabulis complexum.

§. LVII.

Qui ex veteribus Bibliothecis & theſauris literariis varias ſcriptiones produxerunt *Collectiones*que *Miſcellaneas* dederunt doctiſſimi & de poſteritate & omni eruditionis parte egregie meriti Viri, multa eademque præclara ad res Germanas ornandas monimenta patriæ hiſtoriæ cultoribus in manus dederunt. Quod in primis fecit HENRICVS CANISIVS ICtus Ingolſtadienſis, qui *Lectiones Antiquas* ex variis Monaſteriorum, Bauariæ cumprimis Bibliothecis & chartulariis compilauit, atque *Sex Tomis* edidit, quorum *Primus Ingolſtadii 1601. 4.* formis expreſſus.

Hos Tomos, cum rariſſimi eſſent, meliore eodemque quantum fieri poterat chronologico ordine, digeſſit, cum Codicibus manu exaratis collatos emendauit, ſuppleuit, præfationibus & notis eruditis illuſtrauit IACOBVS BASNAGE præfixo elogio: *Theſauri Monumentorum Eccleſiaſticorum, ſeu* HENRICI CANISII *Lectiones Antiquæ, Tomis IV. Antwerpiæ 1725. f.* IV. Voluminibus. Quæ huc non pertinent argumenti Eccleſiaſtici, heic non memorabo, ſed ea ſolum, quæ ad res hiſtoricas patriæ & antiquitates facere videntur:

Tomo

Tomo, ſiquidem, Primo, Editionis *Basnagii* exſtant:

1. *Tironis Proſperi* Aquitanici Chronicon; cum Continuatione *Victoris* Epiſcopi *Tununenſis*, & *Iohannis* Abbatis *Biclarienſis*.
2. *Eugippii* Epiſtola de S. *Seuerino*.

Tomo *Secundo:*

1. *Bedæ* Carmen de geſtis *S. Cuthberti*.
2. Vitæ *VVillibaldi & VVunibaldi* item *S. Lamberti*.
3. *Iulii Africani*, *Idatii*, *Thoromachi & Fredegarii* Collectio Hiſtorico-Chronologica.
4. *S. VVillibaldi* Vita *S. Bonifacii*, Germanorum Apoſtoli.
5. *Adriani* P. R. Epitome Canonum Carolo M. oblata.
6. *Flacci Alcuini* Epiſtola, Homilia in Natalem *S. VVillibrordi* & de Vita eius Carmen.
7. *Anonymi* Carmen de *Carolo M. & Leonis* Pontificis ad eum aduentu.
8. Fragmentum Annalium *Francicorum* ab An. 741. ad 793.
9. *Anonymi* Synodus regia *Ticina* cum Ticinenſi conventu & Genealogia *Caroli M.*
10. Monachi *San Gallenſis* de geſtis *Caroli M.* ad *Carolum Craſſum*.
11. Hymni ſacri monaſtici *S. Galli*.
12. *VVolffhardi* Vita *S. VValpurgis*.

Tomo *Tertio:*

1. *Anonymorum* Vita *S. Burchardi*; it. *S. VVillibaldi*; & *S. Adalberti*.
2. Synodus *Engilenbemenſis & Auguſtana*.
3. *Odilonis* Cluniacenſis de *Adelhaide* Ottonis I. Imp. Coniuge Libri II.
4. *Meginfredi & Arnolfi* Vitæ *S. Emmeranni*.
5. *VViponis* Panegyricus in Henricum III. Imp.
6. *Anonymi* Vitæ *S. Kiliani*, *Kolomanni*, & *Germani*, item *S. Guntheri*.
7. *Hermanni Contracti* Chronicon auctius.
8. *Othlonis* Vita *S. Bonifacii*.
9. *S. Anshelmi* Defenſio Gregorii VII. & Collectanea.
10. *Adelboldi* Vita & res geſtæ S. Henrici Imp.

11. *Ano-*

11. *Anonymi* Vita *S. Ottonis*; *S. Tyemonis* seu *Theodomari.*
12. *Anonymi* Officium de *S. Carolo M.*
13. Relatio de Fundatione Monasterii *Windbergensis.*
14. Chronicon a N. C. ad An. 1167.
15. Monumenta *Salisburgensia* varia.
16. *Anonymi* Expeditio Asiatica *Friderici* Barbarossæ Imp.
17. *Anonymi* Vitæ S. Mechtildis Virginis & B. *Notkeri* Balbuli.
18. *Anonymi* Historia de *Guelfis* Principibus & Chronicon *Weingartense.*

Tomo *Quarto:*

1. Constitutiones Concilii *Viennensis* a. 1267. & *Salisburgensis* a. 1274.
2. *Theodorici* Thuringi Libri VIII. de *S. Elisabetha.*
3. *Henrici Steronis* Annales ab an. 1152. ad an. 1300.
4. *Eberhardi Altahensis* Annales an. 1273. ad 1305.
5. *Philippi* Vita *S. Walpurgis.*
6. Concilia bina *Salisburgensia.*
7. *Anonymi* Epitome Bellorum pro recuperatione Terræ Sanctæ.
8. *Hussitica* variorum Auctorum; it. Disputatio de *Hussitarum* controuersiis.
9. *Anonymus* de Fundatione Ecclesiæ *Illminensis & Tegernseensis.*
10. Canonizatio B. *Notkeri.*

Similem Collectionem ex Franciæ Occidentalis maxime bibliothecis procurauit Domnus LVCAS DACHERIVS (d' Achery) e Congregatione S. Mauri Monachus Benedictinus magni nominis, inscriptam: *Veterum aliquot Scriptorum, qui in Galliæ bibliothecis latuerant* SPICILEGIVM, *Parisiis 1665. XIII. in 4.* Voluminibus *1677.* absolutis & nitide curatis. Rarior facta, cum maximi pretii esset, iterum edita fuit & expurgata per *Ludouicum Franciscum Iosephum de la Barre*, adiectis Scriptorum, quos *Spicilegium* hoc refert, variis Lectionibus, per *Stephanum Baluzium*,

& Edmundum Martene collectis, *Parisiis 1723. f.* III. Voluminibus. Extat Tomo II. Edit. II. 1. *Anonymi* Historia *Treuirensis;* 2. Chronicon Episcoporum *Metensium;* 3. *Bercarii* Historia Episcoporum *Virdunensium;* 4. *Anonymi* Historia Monasterii *Gladbacensis*, quæ proprie Franciam Orientalem tangunt, ex ceteris vero ad Occidentalem maxime pertinentibus Chronicis, Epistolis, Diplomatibus, quorum insignis adest apparatus, multa pars eorum res & iura Imperii RGermanici illustrant & decerptæ magno sunt studio ab iis, qui res patrias adhuc cum cura tractarunt, singularum memorandarum rerum annotationes.

Huiusmodi cimelia fausto quoque sidere ex latebris producta in IOANNIS MABILLONII *veteribus Analectis*, IV. Tomis, *Parisiis 1685. 8.* cum eiusdem *Itinere Germanico*, editis, atque recusis cum vita *Mabillonii Parisiis 1723. f.* quæ nouæ Editioni *Spicilegii Dacheriani* iungi solent. Promunt hæc Analecta varia veterum Opuscula argumenti maxime ecclesiastici, Præfationes, Epistolas, Diplomata, Conciliorum fragmenta, carmina, in quibus subinde mentio fit rerum & personarum Germanicarum, inter alia ipsius *Mabillonii* Disquisitio de anno mortis *Dagoberti I. & Chlodouæi* iunioris F. R. annotanda.

Qui doctissimorum Monachorum ex laudata sæpius Congregatione S. Mauri Benedictinorum EDMVNDI MARTENE e VRSINI DVRAND, laboribus congestus fuit egregius plane *Thesaurus nouus Anecdotorum*, *Parisiis 1717. f. V.* Voluminibus magnæ formæ amplisque editus complectitur *Tomo I.* Regum, Principum ac illustrium Virorum *Epistolas, & Diplomata*, ab a. 508. ad 1504. Tomo *II. Epistolas* Pontificum maxime Auenionensium, aliaque Acta; Tomo III. *Chronica* varia; Tomo porro *IV.* diuersa *Concilia* & horum

horum Decreta; *V.* denique SS. Patrum opuscula, in quibus omnibus maxime quatuor primis, varia & memorabilis Rerum Germanicarum mentio. Inter multos huc pertinent singillatim: 1. *Radulphi Cadomensis* gesta *Tancredi*; 2. *Odonis*, *Ernestus*, seu carmen de varia *Ernesti* Ducis *Bauariæ* fortuna; 3. *Anonymus* de morte *Ottonis IV.* Imp. 4. *Anonymi* Genealogia Comitum *Flandriæ*; 5. Chronicon Episcoporum *Basileensium*, quæ monimenta Tomo III. extant.

Iidem doctissimi & studiosissimi Patres *Edmundus* MARTENE & *Vrsinus* DVRAND *Veterum Scriptorum & Monumentorum historicorum, moralium* aliam *amplissimam Collectionem* luci & industriæ scrutatorum exposuerunt *Nouem Tomis*, *Parisiis 1724. 1733. f.* his *Tomis* dederunt amplissimum vastumque Anecdotorum opus, cuius *Prima Classis*, *Epistolas & Diplomata* sistit; *Secunda*, historica; *Tertia & Quarta* Moralia & Dogmatica exhibent. His in Epistolis, Chartis & Monumentis non raro germanica offendes, vtpote Tomo *I.* in *Philippi Augusti* Regis Gall. chartario Tom. *II.* extant: vetera Monumenta Imperialis Monasterii *Stabulensis*; *wibaldi* Abbatis Stabulensis & Corbeiensis in Saxonia Epistolæ; *Alexandri* Papæ III. Registrum Epistolarum; Epistolæ *Variorum* ad Sanctam *Hildegardem* cum Responsis ad easdem; *Friderici II.* Imp. Epistolæ variæ cum Summariis Priuilegiorum Ecclesiæ Romanæ & quibusdam *aliorum* Epistolis. Tomo *III.* *Thomæ Volsæi* Cardinalis Epistolæ. Quas aliasque multas in Tomis hisce relatas *Ioannes Mabillonius* in Itinere suo Italico collegerat. Tomo *IV.* prostant maxime Germanica, nimirum: 1. Acta varia de exauctoratione *Wenceslai* Imp. & *Ruperti* itidem Imperatoris, ex MS. codice Germanico in latinam linguam con-

verſo; 2. Geſta *Treuirenſium* Archi-Epiſcoporum ab an. C. 880. ad an. 1455. 3. Annales *Noueſienſes*; Excerpta ex *Amelgardi* Presbyteri Leodienſis Libro II. de geſtis *Ludouici XI.* Francorum Regis; Geſta Pontificum *Traiectenſium & Leodienſium* a S. Remaclo ad Vazonem; Hiſtoria *Andaginenſis* Monaſterii S. Huberti, ſcripta Sæc. XII. ineunte, ab Auctore *Anonymo*; Vita *S. Friderici* Leodienſis Epiſcopi; Hiſtoria inſignis Monaſterii *S. Laurentii Leodienſis*; Rerum *Leodienſium* ſub Iohanne *Heinsbergio*, & *Ludouico Borbonio* Epiſcopis opus *Hadriani* de *Veteri Buſco*, Monachi S. Laurentii; *Angeli* de *Curribus Sabinis* de Excidio Ciuitatis Leodienſis Libri Sex.

Excitatus his illuſtribus exemplis & ſua virtute Domnus BERNARDVS PEZIVS Monachus Benedictinus Mellicenſis in Auſtria, Germaniæ Mabillonius, qui *Theſaurum Anecdotorum nouiſſimum*, *Auguſtæ Vindelicorum* 1721. 1723. 1729. *f.* VI. Tomis, egregie comparauit & edidit, quo præter Theologica, Moralia, Scholaſtica, Mathematica & Vitas Sanctorum continentur:

Tomo Primo:

1. *Notkeri Balbuli* Notatio de illuſtribus Viris.
2. Codex Diplomaticus *Ratisbonenſis* egregius.
3. *Angeli Rumpleri* Hiſtoria Monaſterii *Formbacenſis*.
4. *Iodoci Metzleri* de viris illuſtribus *San-Gallenſibus*.
5. *Iohannis Egonis* de viris illuſtribus Monaſterii *Augienſis*.

Tomo Secundo:

1. *Henrici*, Archi-Diaconi Salzburgenſis Hiſtoria Calamitatum Eccleſiæ ſuæ ſub *Friderico I.* Imp.
2. *Anonymi* Epiſtola de rebus Anni 1456.

Tomo Tertio:

1. *Viti Arnpeckii* Chronicon *Boioariæ*.
2. Monumenta vetera Hiſtoriam Monaſterii *Tegernſeenſis*; porro *Benedicto-Burani* in Bauaria illuſtrantia.

3. Codex

3. Codex Diplomaticus Monasterii *Admontensis* in Styria.

Tomo Quarto:

1. *Reineri* Monachi S. Laurentii *Leodiensis* de claris Scriptoribus Monasterii sui, item de Vita *Evrachi & Reginardi* Episcoporum Leodiensium.
2. *Andreæ* presbyteri ad S. Magnum Ratisbonæ Chronicon generale a C. N. ad An. 1422.
3. *Æneæ Syluii* postea Pii II. P. R. Pentalogus de rebus Ecclesiæ & Imperii.
4. Chronicon *Elwacense* integrum a C. N. ad An. 1474.

Tomum *Sextum* facit insignis *Codex Diplomatico-Historico-Epistolaris, Augustæ Vind. & Græcii* 1729. *f.*

Eximiam farraginem monimentorum ad res Francico-Germanicas exhibuit STEPHANVS BALVZIVS *Miscellaneorum* Libris Septem *Parisiis* in forma *octaua* mai. typis excusis, Liber *I.* 1678. Liber *II.* 1679. Liber *III.* 1680. Liber *IV.* 1683. Liber *V.* 1700. Liber *VI.* 1713. Liber *VII.* 1715. *Voil. VII.* Præter varia Ecclesiastica, Vitas Sanctorum, Epistolas & Diplomata extant nostrarum rerum hæc subsidia: Tomo I. 1. *Anonymi* Gesta *Balduini* de *Luzenburg* Treuirensis Archi-Episcopi; 2. *Iohannis* Reg. Bohemiæ Epistola de morte *Henrici VII.* Imp. 3. Acta Electionis *Conradi IV.* Reg. Ro. 4. *Friderici II.* Imp. *Conradi* Imp. & Siciliæ Regis, & *Manfredi* Siciliæ Regis Epistolæ; 5. Chronica Monasteriorum *S. Galli; Augiensis, Würzeburgensis & Kemperlegiensis.* Tomo II. 1. *Ludouici IV.* Bauari Imp. Submissio Pontifici facta; Tomo IV. 1. Alcuini Epistolæ ad Carolum M. 2. *Arnoldus* Episcopus Halberstadiensis de institutione Episcopatus *Bambergensis;* Tomo VI. *Sallas Malaspina* Rerum *Sicularum* Libri Quinque ab An. 1250. ad 1276. Tomo VII. Vitæ Pontificum Romanorum.

Kkk 3 §. LVIII.

§. LVIII.

Quum Germaniæ & Italiæ Regna, cum Imperio Romano, ab Ottonis M. temporibus, æterno sint vinculo coniuncta, Regesque nostri & Principes magnas memorabilesque in Italia res gesserint, cuiuis, qui vel obiter rerum Italicarum Scriptores inspexerit, patere scio, notitiam Historicorum Italorum cum Germanis esse coniungendam. Quorum, quum amplissimus sit numerus, eos, qui exactiorem horum recensionem desiderant, ad doctas de Historicis Italis commentationes, dimitto, quas laudauit *p. 11. & 12. Conspectus Thesauri Literarii Italiæ* eruditissimus IOANNES ALBERTVS FABRICIVS, quem *Hamburgi 1730. 8.* dedit. Superbit, princeps olim Europæ regio tribus Collectionibus suorum Historicorum, quorum binæ posteriores omnium sunt maximæ & splendidissimæ, quas hic indicare fructuosum erit. Enimuero, qui nostro æuo insigne Italiæ ornamentum est, LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS, Serenissimi Ducis Mutinensis Bibliothecæ Præfectus, *Rerum Italicarum Scriptores ab Anno æræ Christianæ quingentesimo ad millesimum quingentesimum*, quorum potissima pars nunc primum in lucem prodit, ex Ambrosianæ, Estensis, aliarumque insignium Bibliothecarum Codicibus collegit, ordinauit & Præfationibus auxit, in cuius laudis & de patria meritorum societatem venerunt MEDIOLANENSES PALATINI SOCII, qui Scriptorum permultos ad MSCtorum fidem exactos summoque labore & diligentia castigatos, variis lectionibus & notis, tam editis veterum Editorum, quam nouis auxerunt, inprimis vero Specimina veteris scripturæ Codicum MSCtorum in æs incisa ad augmentum

mentum criticæ rei medii æui, laudabili consilio addiderunt *Corpus*que hoc *Mediolanense Scriptorum Italiæ* splendidissimo habitu, ad perpetuam nominis Itali gloriam produxerunt, cuius Præfationes plures *Philippus Argelatus*, nitido stilo condidit. Vidit lucem Tomus *Primus Mediolani 1723. f.* ex Typographia Societatis Palatinæ in Regia Curia, vnde & ceteri peruenere; Tomi huius *Primi*, Pars *Secunda*, *ibid. 1725. f.* Tomus *Secundus*, *ibid. 1723. f.* Tomi *Secundi* Pars *Secunda*, *ibid. 1726.* Tomus *Tertius*, *ibid. 1723. f.* Tomi *Tertii* Pars *Altera* ibid. *1734. f.* Tomus *Quartus 1723.* Tomus *Quintus 1724.* Tomus *Sextus 1725.* Tomus *Septimus 1725. f.* Tomus *Octauus 1726.* Tomus *Nonus 1726. f.* Tomus *Decimus 1727. f.* Tomus *Vndecimus 1727. f.* Tomus *Duodecimus 1728. f.* Tomus *Decimus Tertius ibid. 1728.* Tomus *Decimus Quartus*, *1729. Decimus Quintus 1729.* Decimus *Sextus 1730.* Decimus *Septimus 1730.* Decimus *Octauus 1731.* Decimus *Nonus 1731. Vigesimus 1731.* Vigesimus *Primus 1732.* Vigesimus *Secundus 1732.* Vigesimus *Tertius 1733. f.* Vigesimus *Quartus 1738. f.* Voll. 27.

Scriptores singulos indicare heic non est locus, dabimus tamen inter Italicos. Consulendus B. FABRICII iam excitatus *Conspectus*, quo Tomos tum editos recensuit, additis diligenter prioribus Editionibus. Alterum insigne Scriptorum Italicorum Corpus est, quod sumptibus PETRI van der AA Bibliopolæ & Typographi Leidensis celebratissimi, adornare cœpit IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS, absoluit PETRVS BVRMANNVS vterque de republica erudita insigniter meritus: Tomi a Græuio curati hoc elogio insigniti: *Thesaurus Antiquitatum & Historiarum Italiæ Mari Ligustico & Alpibus vicinæ*, *quo conti-*

continentur optimi quique Scriptores, qui LIGVRVM & INSVBRVM *seu* GENVENSIVM & MEDIOLANENSIVM *confiniumque Populorum ac Ciuitatium Res antiquas, aliasque vario tempore gestas memoriæ prodiderunt, collectus cura & studio* IOANNIS GEORGII GRAEVII, *Lugduni Batavorum, apud Petrum van der Aa 1704. f.* cum Præfatione IACOBI PERIZONII, quia, dum opus excudebatur, Græuius viuis excesserat. Tribus constat Tomis, quilibet vero Tomus in duas Partes diuisus VI. Voll. Quum vero post ea ad solerrissimum *Petrum van der Aa*, præstantissimi rarissimique Libri Historiam Italiæ illustrantes confluxissent, maximis sumptibus, prodiit: *Thesaurus Scriptorum Italiæ* Græuianus ex consilio & cum Præfationibus Viri celeberrimi PETRI BVRMANNI *continuatus*, sumtibus eiusdem qui Græuianum curauit *Petri van der Aa*, hac Tomorum & temporum serie Tomus *Quartus*, *Lugduni Batauorum 1722. f.* Tomi *Quarti* Pars *Secunda ibid. 1722.* Tomus *Quintus 1722. f.* Tomi *Quinti* Pars *secunda & tertia 1722. f.* Tomi *Quinti* Pars *Quarta, 1722. f.* Tomus *Sextus 1722. f.* Tomi *Sexti* Pars *Secunda 1722.* Tomi Sexti Pars *Tertia & Quarta 1722.* Tomus *Septimus 1722. f.* Tomi *Septimi* Pars *Secunda 1722. f.* Tomus *Octauus 1723. f.* Tomi *Octaui* Pars *Secunda 1723. f.* Pars *Tertia 1723.* Pars *Quarta 1723.* Tomus *Nonus 1723.* Tomi *Noni* Pars *Secunda 1723.* Pars *Tertia 1723.* Pars *Quarta 1723.* Pars *Quinta 1723.* Pars *Sexta 1723.* Pars *Septima 1723.* Pars *Octava 1723.* His iungitur *Thesaurus Scriptorum atque Antiquitatum Siciliæ* siue *Thesauri Italiæ* Tomus *Decimus*, *Lugduni Batauorum*, Volumen Primum *1723. f.* Tomi *Decimi* Volumen Secundum *1723. Tertium 1723. Quartum 1723. Quintum, Sextum, Septimum, Octauum, Nonum, Decimum 1723. Vndecimum 1725.*

1725. Duodecimum, Decimum Tertium, Decimum Quartum, Decimum Quintum & vltimum 1725. f. Omnes & singulos auctores, pretiosissimo hoc Corpore complexos erudita manu recensuit *Fabricius* libello citato. Olim prodierat, his duabus, quas memorauimus non comparanda Collectio, hoc indice: *Italia illustrata, seu Rerum, Vrbiumque Italicarum Scriptores varii notæ melioris*, curante ANDREA SCHOTTO S. I. *Francofurti 1600. f.* & vt quædam exempla præferunt, *1605. f.* ex officina *Andreæ Camberii.* FERDINANDVS quoque VGHELLVS *Italiæ Sacræ*, quæ *Romæ 1644. 1662. f. IX.* Voll. & *Venetiis 1717. 1722.* cura *Nicolai Coleti* X. Voll. edita f iterum prodiit, varia monumenta vetera anecdota dedit, in prima editione sparsim, in Secunda vero iunctim Tomo X. in quibus singularia multa ad historiam *Regum & Imperarum* nostrorum *Stirpis* cumprimis Sueuicæ. Horum tamen Anecdotorum Vghellianorum pleraque studio eruditissimi *Muratorii* emendatius Corpori Mediolanensi illata. Nec reticendæ Collectiones *Sicularum* Rerum qualis, ex officina *Wecheliana*, edita: *Sicularum Rerum Scriptores in vnum corpus redacti Francofurti 1579. f.* Sed plenior longe & instructior, post *Antonii Amici & Michaelis* de *Iudice* factas spes, IOANNIS BAPTISTAE CARVSII *Bibliotheca Historica Regni Siciliæ, siue Historicorum, qui de rebus Siculis a Saracenorum inuasione vsque ad Aragonensium Principatum, illustriora monumenta reliquerunt, amplissima Collectio, Panormi 1720, 1723. f.* Tomi Duo. Licet pauciora sint, quæ ad res germanas faciant.

§. LIX.

Aliarum Gentium vicinarum, *Francicarum* nempe & Britannicarum, qui multum lucis rebus

patriæ adferunt, ſupra iam *p.307. 571.* indicati, cum his adiumenta quoque dant Germaniæ olim vario nexu addictarum, Scriptores, quos Rerum Germanicarum plenos commentarios condituri conſulere debemus; hos tamen pauciſſimis indicabo: *Rerum* nimirum *Polonicarum Scriptores* ſelectos Tomis Tribus collegit ſupra laudatus IOANNES PISTORIVS *Baſileæ 1582. f. Rerum* vero *Hungaricarum Scriptores varii Hiſtorici & Geographici Francofurti 1600. f.* impreſſi, & hodie perrari, editorem agnoſcunt IACOBVM BONGARSIVM ſummum Virum.

§. LX.

Indicatis ſic præcipuis Fontibus, vnde deducendi limpidi Hiſtoriæ patriæ riuuli, iam aliæ quoque indagandæ ſcaturigines, vnde haurienda ad pleniorem rerum ab Imperatoribus Regibusque noſtris geſtarum expoſitionem facientia ſubſidia. Enimuero cum veteres Scriptores ex parte iam laudati, tum recentiores doctiſſimi ſane viri, præclaras de *ſingulis* fere *Imperatoribus & Regibus* condiderunt commentationes, vnde & Germanicæ Hiſtoriæ & Iuri publico multa oritur lux. De his ergo, intermixtis tamen & veteribus multis ad ſeriem imperantium, breuiter ſtrictimque exponam. Imperatores & Reges noſtri, vel ex ſtirpe ſunt *Carolingorum*, vel *Saxonici*, vel *Franconici*, vel *Sueuici*, *Luxenburgici* & omnium fortunatiſſimi *Auſtriaci*. Extant autem Scriptores, qui vel *omnium Stirpis* cuiusdam *Imperatorum* Vitas resque geſtas, vel *vnius* tantummodo deſcripſerunt.

§. LXI.

Præter veteres illos & æquales *Familiæ* Imperato-

peratorum *Carolingicæ* hiſtoricos, quos ſupra *p. 318.* indicaui, ex recentioribus CHRISTOPHORVS OTTVS adornare voluit *Laurum Carolinam de geſtis Caroli M. & ſequentium Cæſarum, Ingolſtadii 1654. 4.* quæ vulgaria dat. Maiori adparatu, prudentia & ad rem publicam & iura applicatione argumentum hoc, additis Impp. Saxonicis, ad Ottonem III. vsque pragmatica fere ratione tractauit eximius Argentoratenſium doctor IOANNES HENRICVS BOECLERVS, cuius *Commentarius de rebus Seculi IX. & X. per ſeriem Germanicorum Cæſarum a Carolo M. ad Ottonem III. Argentorati 1656. 4.* editus, inde *Diſſertationum* ipſius *Academicarum* Tomo *Tertio* a *p. 1.* ad *293.* inſerta, quo natales, mores, res geſtas, ſtatum politicum, eccleſiaſticum & quæ ad curatam rerum expoſitionem pertinere videntur, graui ſtilo ex optimis ſcriptoribus narrat, ſpecimenque conditæ accurate hiſtoriæ dedit. Ex Voluminibus IOHANNIS PALATII Veneti, qui Commentarios hieroglyphicis inſcriptionibus oneratos de cunctis Imperatoribus dedit, huc facit Volumen vnum: *Aquila inter lilia* inſcriptum, *Venetiis 1671. f.* Carolingorum res ad Conradum I. vsque ſiſtens, ſed vix hiſtoriæ nomen meretur compilatio vera fictis miſcens. Qui elogia, hieroglyphica, ſymbola, numiſmata, quæ inter tamen multa ſunt ficta, & ſine vſu ſplendorem amat, illi commendamus Volumina Palatiana. *Catalogum Imperatorum Francicorum*, a Carolo M. ad Ludouicum infantem Diſſertatione, quæ ſexta *Diſſertationum Circularium Iuris publici* eſt, dedit IO. CHRISTOPHORVS WAGENSEIL, *Altorfii 1675. 4.*

§. LXII.

CAROLI M. ſapientiſſimi fortiſſimique Imperatoris

teris virtutes & res veteri & nouo æuo a multis celebratæ. Coæuos coæuisque proximos magnam partem *p. 318.* iam excitaui. EGINHARDVS princeps rerum Caroli historicus, elegans & fide dignus. De cuius vita & scriptis primum legenda *Ioannis Hermanni Schminckii* Dissertatio historica, editioni quam mox laudabimus, præmissa. *Vndecim* Editiones potissimi huius Historici abs se visas & collatas, recenset doctissimus *Schminckius*, quas inter prima & memorabilis ea est, quæ *Coloniæ Agrippinæ 1521. 4.* prodiit ab instauratore illo studiorum historicorum & bonarum artium *Hermanno* Comite a *Nuenare* curata. Extat inter Scriptores *Reuberianos* supra *p. 795.* Corpore Historiæ Francicæ sinceræ *Freberiano* s. *p. 311.* Collectione Scriptorum Francicorum Du Chesniana supr. *p. 318.* Actis Sanctorum Antwerpiensibus Tomo II. Ianuarii; & inter Scriptores Rerum Germanicarum *Heineccio Leuckfeldianos*, vide supr. *p. 818.* Egregia sane erat Editio, quam dedit M. FRIDERICVS BESSELIVS Tilsa Borussus, cuius *Eginhardus* de Vita Caroli Magni doctissimis sane Animaduersionibus illustratus, *Helmstadii 1667. 4.* forma Dissertationis Academicæ propositus fuit. Quod sane institutum insigniter laudandum. Omnium tamen præstantissima est, IOHANNIS HERMANNI SCHMINCKII *Eginhardus de vita & rebus gestis Caroli Magni*, quæ *Traiecti ad Rhenum 1711. 4.* formis expressa. Omni studio id operam dedit celeberrimus Vir, vt textus quam emendate prodiret, quem in finem illum cum variis Editionibus, quas recenset, & MSCtis Codicibus quatuor contulit, textui elegantissimum *Io. Friderici Besselii* Commentarium subiecit, quasdam ex *Iohannis Bollandi* annotationibus ad vitam S. Caroli XXVIII. Ianuarii Actorum

Actorum Sanctorum conſcriptis, excerpſit & Beſſelianis addidit, tandemque *Melchioris Hamenveltonis Goldaſti* ineditas in Eginhardum animadverſiones adiunxit. Adhæret *Marquardi Freheri* doctum φιλοπόνημα de *Statura Caroli M.* cum florum ſparſionibus & Notis *H. G. Thulemarii* ſatis vberibus & erudita de *ſedibus & lingua* priſcorum Francorum Diſſertatio *Hermanni* Comitis *Nuenarii* ad Carolum V. Imp. cum variantibus nonnullis MSS. lectionibus. Præterea de *vita & ſcriptis Eginharti* Diſſertationem ſuam præfixit, atque librum Imagine *Caroli M.* delineata ex libro rariſſimo *Triſtani* inſcripto *Traite du Lis* variisque nummorum ectypis, ornauit. Varia de *Eginbarto* compilauit, nec tamen ſemper cum iudicio IOANNES WEINCKENS Abbatiæ Seligenſtadtenſis Profeſſus Sacerdos Theologus Protonotarius Apoſtolicus & Poeta laureatus Cæſareus, libro cuius hæc inſcriptio: *Vir fama ſuper æthera notus Eginbartus quondam Caroli M. Cancellarius, dein antiquiſſimæ & regalis noſtræ Eccleſiæ Seligenſtadienſis fundator, ſub patrocinio ſanctorum Martyrum Marcellini & Petri, nunc autem illuſtratus & contra quosdam authores vindicatus, Francofurti ad Mœnum 1714. f.* in fine adiectæ ſunt eiusdem *Eginharti* Epiſtolæ & quædam Diplomata. IDEM in *Nauarchia Seligenſtadiana* ſiue Hiſtoria huius Abbatiæ epico carmine complexa *Francofurti ad Mœnum 1714. f. Eginbartum* primum Abbatem laudat, ſed nihil memorabile adfert. IOANNIS IOACHIMI FRANTZII *Hiſtoria Caroli M.* cum *Eginbarto & Ioannis Henrici Bœcleri* Notis *Argentorati 1644. 4.* fuit edita.

Auctoris incerti Annalium de geſtis Caroli M. Imperatoris Libros V. optimo conſilio primus e Bibliotheca Guelferbytana edidit REINERVS

REI-

REINECCIVS *Helmstadii 1594. 4.* ligato sermone ex optimis historiæ Carolinæ scriptoribus repetitos, qui in du *Chesniana Collectione* supr. *f. 318.* & in Collectione Bœclero-Kulpisio-Schilteriano sup. *p. 814.* indicati, prostant.

IOANNIS TVRPINI de *vita Caroli M. & Rolandi* fabulis referta historia, si modo eum meretur titulum a *Iusto Reubero* edita vid. supr. *p. 795.*

Monachi Egolismensis Cœnobii S. Eparchii *Vitam Caroli M.* dederunt *Petrus Pithœus*, vid. *p. 308.* idemque in Collectione *Bœclero-Kulpisiana p. 795.* prostat.

Monachus *Sangallensis*, qui de *gestis Caroli M.* Libros duos ad *Carolum Crassum* scripsit; & *Alcuinus* de *Genealogia Karoli M.* atque *Incerti Auctoris* Carmen de *Carolo M. & Leonis Papæ ad eum aduentu*, cura *Henrici Canisii* seruati & iam *p. 880.* indicati. Consule quoque illos præclaros Scriptores, quos *Tomus Secundus* du *Chesnianus* seruat. Recentiores adiungo. MARCVS siquidem WAGNERVS Frimariensis Thuringus, Centuriarum Magdeburgensium Compilatorum, per magnam Europæ partem legatus & antiquitatum inuestigator, inter alia multa quæ patrio stilo condidit opuscula, compilauit: *Auserlesenes Chronicon von den herrlichen wunderlichen und grossen Thaten Caroli M. Magdeburgi 1579. 4.* vulgaribus quandoque obseruationes curiosas immiscens. Idem institutum seruauit ERPOLDVS LINDENBROGIVS siue *Lindenbruch*, cuius *neuvermehrte Chronica von dem Großmächtigsten ersten teutschen Kayser Carolo M. Hamburgi 1593. 4.* edita, multam quidem industriam vetera & recentiora scripta excerpendo comprobauit Lindenbrogius; Turpini tamen fabulas parum cautus quando-

que

que admisit, nec semper curate citauit testes ex memoria forte ad eos prouocans, apud quos tamen ea quæ inde expromere voluit, vti obseruarunt eruditi Viri, haut extant, Saxoniæ inferioris tamen multas Antiquitates data occasione admiscet. Idem fere pronunciandum de commentario, quem IOANNES LETZNERVS tot scriptorum historicorum compilatione notus parochus in Iber, dedit hoc elogio: *Historia Caroli Magni des Grosmechtigsten Christlichen Ræmischen und Teutschen Keysers, Hildesheimii 1602. 4.* in quo multæ fabulæ immixtæ veris historiis, meliores obseruationes de quorundam locorum Inferioris Saxoniæ rebus, ex codicibus MSCtis, quos laudat Letznerus petitæ, sed quandoque ineptis glossis fœdatæ. DONATVS quoque ACCIAIOLVS, Florentinus, *Vitam Caroli M.* compto stilo composuit, secutus quidem sæpe Eginhartum, habet tamen quæ vel apud hunc minime, vel paulo aliter expressa inueniuntur, inserta extat *Georgii Wicelii Hagiologio f. 178. b.* formis repetita, in *Corpore Franciæ Historiæ Freberiano* Parte Secunda *f. 549.* & ex MSCto ducentorum circiter annorum ab illustri *I. B. Menckenio Scriptorum Rerum Germanicarum & Saxonicarum* Tom. I. *f. 814.* plenius edita. HENRICI TVRCKII S. I. Presbyteri, *Fasti Carolini* siue *rerum a Carolo M. Imp.* Series, ab *Heineccio & Leuckfeldio* Collectioni S. R. G. supra laudatæ *f. 1.* illata. PETRVS a BEECK *Aquisgrano* suo, *seu Historicæ narrationi de Ciuitatis Aquisgranensis origine & progressu, Aquisgrani 1622. 4.* editæ commodo loco inseruit Commentationes de *Caroli M. Imperatoris Regis & Principis Vita togata*, qua Eginhardum sequitur expositione; deque *Caroli M. rebus gestis*. Sunt quoque qui electa singulari methodo res magni Imperatoris attin-

attingunt. IOANNES enim GVILIELMVS STVCKIVS ftilo oratorio *Carolum M. rediuiuum* exhibuit, huiusque cum *Henrico IV.* M. Franciæ & Nauarræ rege comparationem facere voluit, editam *Tiguri 1592. 4.* Huius commatis fed leuis momenti eft IOACHIMI PASTORII *Tacitus Germano-Belgicus* feuFlofculi hiftorico-genealogici de origine & rebus geftis bello-politicis *Carolorum, Magni,* Audacis, Quinti, aliorumque Germaniæ & Belgii Principum, *Coloniæ 1658. 8.* Proletarium opufculum eft CHRISTIANI WEISII *Difcurfus Politicus, de Carolo M. quatenus vitam eius defcribunt Claudius Fauchetus & Ioannes Serres, Weifenfelfæ 1674. 4.* a quibus certe res Caroli non funt repetendæ. Meliorem cenfuram meretur docti ANONYMI *Lebens-Befchreibung Caroli des Groffen, nebft Abbildung des alten Sachfen-Landes, Hamburgi 1723. 4.* Singularia Hiftoriæ *Carolinæ* capita doctiffimi quidam viri, ita tractarunt, vti hac opera multam omnis hiftoria Imp. lucem inde acciperet. Principio enixe laudanda & commendanda, quæ & ad Maiores Caroli M. facit egregia IOANNIS DAVIDIS KOELERI Exercitatio Genealogica, *de Familia Augufta Carolingica,* antiquorum monumentorum autoritate innixa, *Altorfii 1725. 4.* quæ prima eft Differtationum accuratarum, qua Genealogias Auguftas illuftravit. Ante eum multo tempore LAVRENTIVS FRIESE compofuerat *Stammbaum Kayfer Carl des Groffen,* de quo illuftris Dn. de *Ludewig Præfat. Script. Rer. Wirzb.* indicium fecit. De *Statura Caroli M.* elegans & eruditum *Φιλοπόνημα* MARQVARDI FREHERI iam laudaui, quod & *Noribergæ 1657. 4.* in Collectione, quæ *Repræfentatio Reipublicæ Germanicæ* infcribitur, ac fingillatim *Heidelbergæ 1661. 4.* fuit editum cum notis & florum

rum ſparſione HENRICI GVNTHERI THVLEMARII cuius de *Sororibus Caroli M.* erudita Diſſertatio *Heidelbergæ 1681. 4.* eſt formis exſcripta. IOANNIS GEORGII ECCARDI de *Imaginibus Caroli M. & Carolomanni Regum, in gemma & nummo Iudaico repertis* cultiſſima Diſquiſitio ſingularia multa promit *Lunæburgi 1719. 4.* & haud obuia. De *Eruditione Caroli M. eiusque meritis in rem literariam*, exponere & faciem hiſtoriæ literariæ illorum temporum illuſtrare Diſſertatione ſcholaſtica voluit IOANNES HENRICVS BOCRISIVS, Gymnaſii Sueuophordienſis Profeſſor, *Suinfurti 1726. 4.* ſed iuſtis deſtitutus fuit ſubſidiis vir cetera doctus. Maiorem eruditionem ſpirat IOANNIS DAVIDIS KOELERI *de Bibliotheca Caroli M. Imperatoris Auguſti glorioſiſſimi ad Eginharti de vita eiusdem Cap. XXXIII.* ex tot Scriptoribus conquiſita cultiſſima Commentatio, *Altdorffii 1727. 4.* De *Religione* quoque *Caroli M.* inter diuerſæ fidei ſocios orta eſt diſputatio. Ediderat enim CHRISTIANVS NIFANIVS *Oſtenſionem, quod Carolus M. formaliter non fuerit Papiſta, Francofurti 1670. 8.* qua ſcriptione aſſeruit Carolum M. in Eccleſiis Saxonicis ordinaſſe, quæ ritibus Pontificiorum parum ſint conformia, a Luthero vero per reformationem renouata. Non tulit hæc æquo animo NICOLAVS SCHATENIVS doctus alias S. I. qui dedit *Carolum M. Imperatorem Romanorum & Francorum Regem Romano Catholicum aduerſus Nifanium, Nibuſii 1674. 4.* NIFANIVS repoſuit *Carolum M. veritatis euangelicæ Confeſſorem denuo exhibitum atque ab impugnationibus Schatenii vindicatum, Francofurti 1679. 8. Nifanio* quoque ſuppetias tulit IOANNES HENRICVS HEIDEGGERIVS *Carolum M. teſtem veritatis* Diſſertatione ſiſtens, quæ Tomo II. Diſſertationum Viri doctiſſi-

mi extat. *Tiguri 1680. 4.* Tanquam pontificium sed dubia fide depingit HENRICVS THANA im *Leben des H. Caroli Römischen Teutschen Kaysers, als ein Spiegel aller Kayser, Könige, und Potentaten, Cöln, 1666. 12.* Eo progressi Pontificii, vti & ederent: *Caroli M. Betbbuch, samt kurzer Beschreibung seines Lebenslaufs, Ingolstadii 1584. 8.* *Pietatem Caroli M. qua in conuersione Saxonum ad Christianismum sacra vsus est*, laudauit M. CAROLVS GOTTL. HOFFMANNVS, Dissertatione praeliminari, quam *C. S. Schurzfleischii Fundamentis Historiae Germanicae mediae* e MSCto editae praemisit *Schneebergae 1728. 8.* Magis proficuum cultoribus historiae & artis criticae medii aeui fuit eruditum certamen, de *Diplomate* quodam *Carolino*, quod mouit illustris IOANNES GEORGIVS ECCARDVS. Ediderat vir hic artis diplomaticae peritissimus omisso nomine & praefixis literis A. I. & titulo: *Diploma Caroli M. Imperatoris de Scholis Osnabrugensis Ecclesiae graecis & latinis critice expensum, Anno 1717. 4.* loco quidem non indicato, scio tamen *Hanouerae* prodiisse, quod dubiae fidei variis argumentis facit, eruditorum virorum sententias ea scriptione elicere studens, quum vero Halae doctus vir quaedam obiecisset, atque *Iodocus Hermannus Nunninghius* Canonicus & Scholasticus Vredensis vindicias Diplomati huic parasset, tres scriptiones edidit celeberrimus vir plenas bonae frugis rerumque ad aeuum Carolinum, primam, quae latine de hoc Diplomate scripserat repetiit & additis variis, germanico sermone iterum edidit sub titulo: *Gründliche Vntersuchung eines alten Carolinischen Schenck-Briefes in welchem der Griechischen und Lateinischen Schule zu Osnabrück gedacht ist, durch einen Liebhaber der Warheit, 1719. 4.* Secutae: *Verthaedigung der Widerle-*

derlegung des Carolinischen Schenck-Briefes, welcher dem Osnabrückischen Bischoff Wiboni im Iahr 804. den 20. Decembr. zu Aachen gegeben seyn soll, gegen den Herrn Abgesonderten Bibliothecarium zu Halle, *Osnabrück* 1721. 4. & demum: *Censuram Diplomatis Carolini de Scholis Osnabrugensis Ecclesiæ græcis & latinis ab obiectionibus Iodoci Hermanni Nunninghii*, *Helmstadii* 1721. 4. cuius Schediasmatis quibusdam in exemplis, Diplomatis ipsius pars, secundum autographum accuratissime depicta, æri incisa, exhibetur. Egregius est & doctus HERMANNI ADOLPHI MEINDERS *Tractatus historico-politico iuridicus de Statu Religionis & Rei publicæ sub Carolo M. & Ludouico Pio in veteri Saxonia, siue Westfalia & vicinis regionibus*, cui accessit *Commentarius ad Capitulationes binas* Caroli M. *de partibus Saxoniæ*, *Lemgouiæ* 1711. 4. editus, & iam supra laudatus.

§. LXIII.

LVDOVICI PII Imp. vitam & res ipso superstite vsque ad annum Imperii XXV. diligenter annotauit THEGANVS Chor-Episcopus Trevirensis, quem *Petrus Pithœus* vid. sup. p. 308. & *Andreas* du *Chesne* vid. p. 109. ediderunt. Hunc librum *Walafridus Strabo* in Capita LVIII. secuit, & singulis argumentum præmisit. ANONYMI *Vita Ludouici Pii* explicatius consignata, qua & extrema infelicis Principis commemorantur, in Collectionibus *Pithœi* vid. p. 308. *Reuberi* supr. p. 60. Corpore Historiæ Francicæ Freheriano, sup. 311. & du *Chesne* vid. p. 320. extat. In laudata Pithœana & aliis Rerum Francicarum collectionibus plura monimenta ad res Ludouici Pii extant supr. p. 320. relata, quæ cum aliis diligenter recensuit *Iacques le Long Bibliotheque Historique*

de France L. III. Cap. II. §. III. p. 330. seq. ERMOLDI NIGELLI, Abbatis vt videtur, Anianensis, *de rebus gestis Ludouici Pii Augusti, ab Anno 781. ad 826. Carmen elegiacum*, a Marquardo Frehero primum forte detectum, & a *Lambecio, Nesselio* & *Gentilotto* promissum, beneficio reuerendissimi Gentilotti, a celeberrimo LVDOVICO ANTONIO MVRATORIO *Scriptorum Rerum Italicarum* Tomo II. Parte II. editum & Praefatione, qua de praestantia edisserit, ornatum, inde commodo Germanorum repetiit illustris 10. BVRCHARDVS MENCKENIVS *Scriptorum Rerum Germanicarum & Saxonicarum, Tomo Primo N. XIII.* Certe hoc Nigelli synchroni scriptoris carmine, multi illius aeui mores & gesta in primis Ludouici, satis alioqui confusa, illustrantur. *Vitam* huius Imperatoris, incerto Auctore, qui se professione ASTRONOMVM & in Palatio ipsius Imp. versatum testatur, editionemque huius recognitam dedit *Andreas* du *Chesne* Tomo II. f. *p. 320.* Facit quoque ad res Ludouici Pii *Chronicon Casauriense*, seu *Historia fundationis Monasterii Casauriensis in Italia, quod Ludouicus II. Imp. in Italia condidit*, quod *Tomo III. Du Chesniano* f. 544. & inter Scriptores R. I. *Muratorii* Tomo II. P. II. p. 767. reperitur. Ex recentioribus res Ludouici more suo, hoc est, multa aliena immiscens exposuit IOANNES LEZNERVS *Chronica* und historischen Beschreibung des Lebens, der Haendel und Thaten Ludouici Pii. germanico sermone, cum adiuncta historia Monasterii *Corbeiensis* in Saxonia & triginta Nobilium Familiarum Vasallorum Coenobii *Hildesheim 1604. 4.* Vxoris secundae *Iudithae Augustae Franciae Elogium historicum*, breui sed cultissimo schediasmate historico *Lipsiae 1720. 4.* proposuit elegantissimus Lipsiensium tum ICtus GEORGIVS CHRISTIANVS

STEFANVS GEBAVERVS, de eadem præclara quædam annotata in GVNDLINGIANIS *P. VII.*

§. LXIV.

Funestas Franciæ omni inter *Ludouici Pii Filios* Lotharium, Ludouicum & Carolum Caluum controuersias memorat NITHARDVS Angilberti Filius, Caroli M. Imp. ex Bertha filia nepos, Abbas S. Richerii Libris Quatuor de *Dissensionibus Filiorum Ludouici Pii* ab A. 817. ad a. 843. a Pithœo editi *p. 309.* & a mendis & corruptionibus innumeris expurgati, partimque ope vetustissimi MSCti Codicis, partim coniecturis a sensu Historiæ desumptis, repetiti in Collectione du Chesniana T. II. p. 359. vid. supr. *p. 322.* vbi & alia præclara monimenta ad hæc infelicia tempora indicantur, extant quoque in Collectione *Boeclero-Kulpisio-Schilteriana f. 814.* De Fœdere *Ludouici Germanici* & *Caroli Calui* vid. *supr. p. 801.* vbi & quæ ad res *Lotharii* Imp. & *Ludouici II.* Imp. facere possunt vetusta monimenta indicantur, quæ & recenset le *Long* l. c. *f. 333.* Ex optimis Scriptoribus *Diuisionem Imperii Karolini* illustrauit Disquisitione singulari CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, quæ inter ipsius Disputationes *N. III.* Edit. Lipſ. comparet.

§. LXV.

CONRADI I. Germaniæ Regis Genealogiam, more suo erudite & accurate excussit de *Familia Augusta Franconica* Dissertatione Genealogica V. C. IOANNES DAVID KOELERVS, *Altorfii 1722. 4.* qua Regis huius ortum Carolingicum, a multis confidentius traditum negauit, aliaque ad illustrandas res germanas vtilia annotauit.

Statum vero rei publicæ, regnante Conrado, originesque momentoforum, Iuris Publici & Feudalis argumentorum contrario sed vtili consilio illustrarunt Duumviri Halenses, illustres ICti & Historici. Etenim NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS de *Statu Reipublicæ Germanicæ sub Conrado I. Halæ 1706. 4.* Dissertatione proposuit; IOANNES vero PETRVS LVDEWIGIVS de *Germania Principe sub Conrado I. Halæ 1720. 4.* exposuit, quæ & *Opusculis* ipsius *Miscellis* fuit inserta. Vterque facta, ex optimis Scriptoribus rerum Conradi expositione, easdem ad principia Iuris publici & feudalis, quæ adseruit & defendit suis doctrinis applicat, atque inprimis illustris Dominus de Ludewig, Superioritatem Territorialem pleniorem, illis temporibus, ab Archi-principibus adquisitam & cum potentatu quodam in vsum deductam adseruit, in quo aliisque doctrinis aduersus ipsi & hac Dissertatione & alia quam mox laudabimus fuit Gundlingius, ambo tamen multas egregiasque obseruationes cum iudicio adhibendas fecerunt.

§. LXVI.

In *Saxonicorum Imperatorum* rebus exponendis primus locupletissimusque testis est WITICHINDVS Monachus Corbeiensis Familiæ Benedictinæ *Annalium libris tribus*, quibus Henrici Aucupis atque Ottonis M. res breuiter quidem, sed cordate & grauiter atque ita exponit, vt multum in facie reipublicæ demonstranda adferat vsum; quod in ecclesiastici ordinis historicis raro obserues. Editus cum *annotationibus* in eundem per *Martinum Frechtum* scriptis in Collectione *Heruagiana* supr. *p.* 777. & cum luculentis notis, quæ instar Commentarii sunt, opera & studio

dio *Henrici Meibomii*, *Francofurti 1621. f.* idem, cum in *Meibomiana*, tum *Leibnitiana* Collectione prostat. Dedit quoque IOACHIMVS IOANNES MADERVS in *Antiquitatibus Brunsuicensibus*, *Helmaestadii* ex iterata editione *1661. 4.* editis aliquot vetera monimenta, quae huc faciunt: THEODORICI nimirum ENGELHVSII Scriptoris Sec. XV. *Vitas Imperatorum e Domo Brunsuicensi p. 23.* IOA. CHRAWS Presbyteri Ratisbonensis *in Motznig Vitas eorundem Impp. p. 79. Monachi Hamerslebiensis*, *Vitas Impp. ab Henrico Aucupe ad Henricum V. p. 135. Eiusdem Gregorium* Papam V. *Saxonem.* p. 144. Adiecta insignia quorundam horum Impp. & Ducum Brunsuicensium Diplomata XII. Singillatim edita THEODORICI ENGELHVSII *Historia Imperatorum e Domo Brunsuicensi*, *Helmstadii 1671. 4.* Multa industria, quae in Scriptoribus aequalibus vel aequalibus proximis & recentioribus reperire poterant, conduxerunt sub certis capitibus IOANNES CONRADVS DIETERICHVS, Historiarum Professor Giessenus, *Historia Imperatorum Germanicorum Familiae Saxonicae Henrici I. Ottonis M. Ottonis II. Ottonis III. Henrici II. Giessae 1666. 4.* per Dissertationes sigillatim proposita, & qui vastum Historiae Germanicae opus compilauit IOANNES PHILIPPVS a VORBVRG *Historia rerum Germanicarum sub Ottone M. Ottone II. & Ottone III. gestarum*, post fata auctoris edita, *Francofurti 1709. f.* sed in vtroque accuratus lector selectum, ordinem, iudicium pragmaticum merito desideret. IOANNIS PALATII *Aquila Saxonica Venetiis 1672. f.* oculos, non animum fidis & seuerioribus adsuetum, pascere poterit. Leuis momenti est CHRISTIANI CALDENBACH *Pentas Imperatorum Romano Saxonum*, *Tubingae 1675. 4.* & edita sermone vernaculo PAV-

LI HOFMANNI *der Saechsischen Kayser und Koenige Chronica, Lipsiæ 1676. 8.*

§. LXVII.

Singulatim de *Henrico Aucupe*, quædam annotauit breui libello ERNESTVS BROTTVFF Ciuis Martisburgensis, qui multos codices antiquos vidit & legit in Historia *Heinrichen des I. des Namens Rœmischen Kaysern, Herzogen zu Sachsen, Westphalen, Engern, Thüringen, Hessen und Herrn zu Braunschweig und Tanquerode*, vernaculo sermone *Lipsiæ 1556. 4.* qua scriptione & de loco prœlii cum Hunnis, de originibus Cœnobii & Scholæ Portensis in Thuringia strictim exponit. De eodem *Henrico Aucupe Hunnorum prope Martisburgum victore* disputauit M. CONRADVS HÜLSE *Lipsiæ 1686. 4.* Præclarus est NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII de *Henrico Aucupe Franciæ Orientalis Saxonumque Rege*, Liber singularis, *Halæ Magdeb. 1711. 4.* in quo vera Reipublicæ Germanicæ facies e fontibus, diplomatibus & scriptoribus æqualibus in lucem collocata, multi errores clarorum virorum confutati, noua multa ex medii æui Geographia atque Historia deducta, & quæ nota iam erant melioribus argumentis atque testimoniis fuere illustrata. Coniungenda pereruditа Dissertatio: *Henricus Auceps historia anceps* inscripta, quam moderatore illustri IOANNE PETRO LVDEWIGIO, tanquam maioris operis Epitomen, ad doctrinas Ludewigianas Gundlingianis quandoque contrarias concinnauit & proposuit *Simon Fridericus Hahn*, clarissimi post nominis historicus, *Halæ 1713. 4.* Quum vulgo auspicia Torneamentorum *Henrico* nostro tribuantur, & heic laudanda erit, quæ multum sane ad res æui Henrici illustran-

lustrandas facit eruditissima Dissertatio, auctore GEORGIO SCHVBARTO respondente BVRCARDO GOTTHELF STRVVIO, qui praeceptorem fama nominis & meritorum superauit, *Ienae 1689. 4.* proposita & cum rara esset cum notulis quibusdam Schubarto-Struuianis, cura *D. E. D.* qui vitam Schubarti praemisit, *Halae 1725. 4.* recusa.

§. LXVIII.

Ad res *Ottonis I.* & *Magni* praeter veteres *Witikindum*, Auctorem Vitae *Mathildis* & alias iam laudatos, facit HELENAE a ROSSOW vulgo HROSWITHAE Monialis Gandersheimensis, (cuius vitam lege in *Leuckfeldii* Antiquitatibus Gandersheimensibus *Capite XXIV.*) *Panegyricus de rebus gestis Ottonis M.* ligato stilo, qui primum inter cetera nobilissimae virginis Opuscula procurante *Conrado Celte Noribergae 1501. f.* formis excusus, iterum cum eruditissima *Henrici Leonhardi Schurzfleischii* Praefatione *Witteberga 1707. 4.* fuit editus. Extat porro Tomo *Reuberiano* atque inter Scriptores *Meibomianos* Tomo *I.* cum Notis. Multam rebus *Ottonum* lucem adfundunt LVITPRANDI Subdiaconi Toletani, Ticinensis Diaconi tandemque Cremonensis Episcopi *Libri Rerum gestarum abEuropa Imperatoribus & Regibus*, inprimis Libri *IV. V. VI.* atque *Legatio* eius ad *Nicephorum Phocam Imperatorem Constantinopolitanum pro Ottonibus Augustis & Adelhaida* primum ab *Henrico Canisio Ingolstadii 1600. 4.* edita, quae cum ceteris *Luitprandi* Operibus, cura P. *Hieronymi de la Higuera*, *Antwerpiae 1640. f.* prodierunt, quam *Historiam* & *Legationem*, *Ludouicus Antonius Muratorius* cum nonnullis emendationibus *Tom. II.* f. 417. 476. Corporis Mediolanensis inseruit.

Nec hic prætermittendi quod ad res Ottonum *Italicas* ARNVLPHVS Mediolanensis, cuius *Rerum sui temporis* Libri V. ab a. 925. ad 1076. scripti circa an. 1085. a *Leibnitio* Scriptorum Brunsuicensium Tom. III. f. 427. editi, inde *Graeuio Burmanniano* Thesauro *Tomo* IV. sed Libri saltim IV. illati, demum ad fidem Codicum MSC. castigati, adiectis variantibus lectionibus & historicis atque criticis notis *Leibnitii*, *Muratorii*, & aliorum illustrati præmisso ex Codicibus characterum specimine ære descripto, plenius comparent *Tomo IV.* Corporis *Mediolanensis* f. 1. vbi plures huius æui egregii & Ottonum facta memorantes Scriptores reperiuntur. ODILONIS de *S. Adelhaide* Ottonis M. vxore Libri II. reperiuntur apud *Canisium* Tom. III. & *Leibnitium* S. R. B. *T. I. p. 262.* Addo, licet vix locum hunc mereri videatur, NICOLAI HIERONYMI REMLINGII Dissertationem de *Ottone M. Witteberga 1680. 4.*

De *Ottone III.* Imp. extat non incomto stilo scripta NICOLAI CISNERI Cameræ Imperialis Assessoris Oratio, quæ cum aliis argumenti Historici Orationibus *Argentorati 1608. 8.* prodiit, qua contra Onuphrium Panuinium, Romano Pontifici Italisque Ius in Electione Imp. Romani tribuentem in libro de Comitiis Imperatoriis, disputat, & varia de statu eorum temporum sapienter monet. Reperitur quoque hæc oratio in *Opusculis* Cisneri *historicis* iunctim editis, cura *Quirini Reuteri Francofurti 1658. 8.*

§. LXIX.

Quæ communiter ADELBOLDO adscribitur Vita S. HENRICI II. Imp. apud *Laurentium Surium* Actorum Sanctorum *Iulio* Mense p. 190.
Hen-

Henricum Canisium Lectionis antiquæ *Tomo II.* Edit. pr. & *Tomo III.* nouæ in *Leibnitiano* Tomo I. f. 430. atque inter *Gretseri* Diuos *Bambergenses*, reperitur. Vita S. *Chunegundis* ex MSCtis Monasterii Rebdorffiensis apud *Surium* legitur Mense *Martio f. 42.* & in actis SS. *Antwerpiensibus* Martii Mensis *T. I. f. 266.* Add. Acta SS. *Benedictin.* T. I. f. 451. seq. Est quoque *Vita* & *Legenda Henrici* & *Kunegundis* e latino in germanicum idioma translata per NONOSIVM Custodem Cœnobii in Monte Monachorum (Michelsberg) Ordinis Benedicti, Bambergensi in *eodem Monasterio 1511. 4.* formis cum figuris ligno incisis expressa. Ex *Historia Henrici Sancti Imp. Rom. Germanici selecta quædam Capita* duabus Dissertationibus proposuit IOANNES HENRICVS FELZIVS Professor Argentinus, *Argentorati 1712. 1714. 4.* Castitatem *Cunegundis* Vxoris Henrici II. vindicare docte conatus CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS Dissertatione de *Innocentia Cunegundis Witteberga 1700. 4.* Sed reposuit ad Schurzfleischianas vindicias multa ingeniose & erudite, qui varia Historiæ Henrici II. capita simul attingit, NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS Obseruatione vernacula: *von der heiligen Kunegunda und derselben vermeinter Keuschheit*, quæ *Otiorum* Parte III. p. 151. extat.

§. LXX.

Tertia Imperatorum ac Regum Germanicorum familia est *Francica* siue *Salica*, cuius auctor CONRADVS II siue *Salicus.* Curate fideliterque eius vitam & res ex coæuis narrauit WIPPO Sacellanus ipsius, quem in lucem produxit *Pistorius* S. R. G. Tomo *Tertio.* De *vera origine* & *stemmate Conradi II.* libellum condidit singula-

rem

rem, FRANCISCVS GVILLIMANNVS Historicus prudens, qui *Friburgi* Brisgoiæ *1609. 4.* est editus. Quem libellum cum esset perrarus vtili consilio *Selectis Iuris & Historiar.* T. III. *p. 221.* inserendum curauit V. C. SENCKENBERGIVS. Maiori cura & adparatu maiores Cunradi inuestigauit SIMON FRIDERICVS HAHNIVS Oratione auspicali de *genuino & Salico Conradi* II. *Imp. Aug. ortu & vera falsaque Salicæ Stirpis cum Guelphis convenientia, Helmstadii 1717.* recitata, ibidemque cum allegatis & adnotationibus copiosis 4. edita. IDEM Dissertatione de *Regia & Cæsarea Chuonradi II. electione & coronatione, Helmstadii 1719. 4.* proposita, ex accurata Scriptorum huius ætatis lectione singularia multa obseruauit. *Tmemata quædam selectiora de Conrado* II. Dissertatiuncula, quæ inscripta est *Promulsis Commentarii Historici de rebus Seculi* XI. exhibuit IOANNES CHRISTIANVS NEV, *Tubingæ 1709. 4.* Pereruditа est Dissertatio CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII *de Conrado Imp. Augusto eiusque Diplomate quod de expeditione Romana inscribitur, vero* (huic) *Auctori vindicato, Vitembergæ 1702. 4.* atque cum rara esset *Ioannis Schilteri* Institutionibus Iuris Feudalis notis *Georgii Christiani Gebaueri*, ICti Lipsiensis celeberrimi, illustratis, adiecta, quæ *Lipsiæ 1728. 8.* prodierunt. HENRICI III. Nigri Imp. laudes refert *Carmen* sub *Tetralogi* titulo, quod *Wipponi* tribui solet, atque a *Canisio* Tomo II. Edit. vet. & Tomo III. nouæ fuit editum. Verum quum *Wippo* ipse de hoc libro scribat: *quidam de nostris in libello, quem* Tetralogum *nominauit*, inde patere videtur alius hunc Panegyricum poeticum esse Auctoris.

§. LXXI.

§. LXXI.

De HENRICI IV. Augusti Imp. omnium infelicissimi vita, rebus & fatis multi ex veteribus extant Scriptoribus, qui tamen iudicio rite adhibito sunt legendi, quum vel Imperatoris addicti sint partibus, vel Pontificibus horumque adseclis faueant. LAMBERTVS tamen SCHAFFNABVRGENSIS licet & ille Pontificiam caussam subinde tueri ob ordinis rationes videatur, satis cordatum se præbuit. Extat *Lambertus* Tomo *primo Pistoriano*, vbi in iterata Editione Struuianoque Præfamine de præstantia operis & editionibus erudite atque cordate iudicatur, prima Editio, sub titulo: *Lamberti Schaffnaburgensis Germanorum res præclare olim gestæ, Tubingæ 1533. 8.* prodiit. Egregie de Augustis ac Imperio sacro promeritus fuit MELCHIOR GOLDASTVS collectis fideliter & animose *Apologiis pro D. N. Henrico IV. Imp. August. Patriæ Patre adversus Gregorii VII. Papæ cognomento Hildebrandi & aliorum Patriæ hostium impias & malignas criminationes*, quæ additæ Goldastinæ *Replicationi pro Sacra Cæsarea Maiestate & Imperii Ordinibus, aduersus Iacobi Gretseri crimina læsæ Maiestatis, Hanouiæ 1611. 4.* editæ, Scriptiones, his ita nominatis *Apologiis* insunt sequentes: 1.) *Bennonis* Cardinalis de vita & rebus gestis *Hildebrandi* Papæ Libri II. *p. 1.* 2.) *Ottonis* Frisingensis Fragmentum de *Hildebrando* Papa, *p. 18* 3.) *Anonymi* de *Henrici IV.* Imp. Bello contra Saxones Libri III. *p. 20.* 4.) *Alboini* Presbyteri de Coniugio Sacerdotum per *Hildebrandum* damnato Epistolæ II. *p. 40.* 5.) Episcoporum & Clericorum *Imperialium* Apolegetica pro *Imperatore* contra Papæ Excommunicationem *p. 46.* 6.) *Conradi* Episcopi

pi *Traiectensis* Oratio pro *Imperatore* contra Papam dicta in Comitiis *p. 48.* 7.) *Waltrami* Episcopi *Numburgensis* Epistola ad Landgrauium *Thuringiæ* pro *Imp.* fidelitate contra Papam *p. 51.* 8) *Eiusdem* Apologiarum pro *Imperatore* Libri III. *p. 53.* 9.) *Iuonis* Episcopi *Carnotensis* Epistola de *Inuestituris* Episcoporum & Abbatum *p. 183.* 10.) Ecclesiæ *Leodiensis* Epistola a *Sigeberto* Gemblacensi Abbate scripta contra Epistolam Paschalis Papæ *p. 188.* 11.) *Otberti* Episcopi *Leodiensis* Epistola parentatoria de vita & obitu *Henrici IV.* Imp. *p. 204.* 12.) *Waltrami* Episcopi Naumburgensis Tractatus de *Inuestitura* Episcoporum & Abbatum *p. 226.* 13.) Decani & Conuentualium Abbatiæ *Laurishamensis* libellus supplex ad *Henricum V.* Imp. contra *Hildebrandinos* Monachos de *Hirsaugia p. 233.* 14.) *Eberhardi* Archi-Episcopi *Salisburgensis* Oratio de *Hildebrandi* Anti Christiano Imperio, recitata in Comitiis *p. 237.* *Ferdinandi* & *Maximiliani II.* Impp. sacris Rescriptis confirmata sententia, de *Clerogamia* per *Hildebrandum* Papam damnata *p. 240.* Hæc *Goldastus.* In *Edmundi Martene* & *Vrsini Durand Thesauro Anecdotorum nouo* Tomo I. *p. 214.* extat *Theodorici Virdunensis* Episcopi ad Gregorium VII. Epistola An. 1080. scripta, atque ex MSCto Gemblacensi edita, qua ab eo petit, quid respondere debeat iis, qui eius censuram de incontinentia Clericorum, de Inuestituris Laicorum & alia ipsius Acta impugnabant. Hæc Epistola editoribus iniuriosa, nobis cordata videtur. Virtutes Gregorii VII. insigniter laudat PAVLI BERNRIEDENSIS *Commentarius de vita Gregorii VII. Pont. Max.* quem primum cum Notis in lucem edidit IACOBVS GRETSERVS *Ingolstadii 1610.* 4. additus *Gretseri, Cæsar Baronius a Melchioris*

Golda-

Goldasti inscitia & calumniis vindicatus. Ex Bibliothecæ quoque Cæsareæ thesauris, quod mireris producta: *Vetera Monumenta contra Schismaticos, iam olim pro Gregorio VII. aliisque nonnullis Pontificibus Romanis conscripta, & nunc primum in lucem vindicata* studio SEBASTIANI TENGNAGEL Cæsarei Viennæ Bibliothecarii, *Ingolstadii* 1612. 4. iuncta esse solent *Iacobi* Gretseri *Defensioni pro S. R. Orthodoxi & Catholici Imperii auita Maiestate*, qua Replicationem Caluinianam Imperii huius vastatricem examinauit, eodem anno eademque forma *Ingolstadii* editæ. Sunt autem sequentia Monumenta: 1. Epistola *S. Gebhardi* Archi-Episcopi Salisburgensis ad Herimannum Episcopum Metensem. 2.) Vita *S. Altmanni* Episcopi *Passauiensis.* 3.) Vita *B. Tiemonis* Archi-Episcopi *Salisburgensis.* 4.) Vita *S. Anselmi* Episcopi *Lucensis.* 5.) *Domnizonis* Presbyteri de vita & rebus gestis *Mathildis* Comitissæ Libri Duo. 6.) *Bernaldi* Constantiensis Presbyteri Opusculum de vitanda *Excommunicatorum* communione. 7. Synodus *Moguntina* cum *Sigefridi* Archi-Episcopi Moguntini aliorumque Epistolis. 8. Epistola *Stephani* Episcopi *Halberstatensis.* 9. Epistola *S. Anselmi* Archi Episcopi *Cantuariensis.* 10. *Hessonis Scholastici* commentariolus de rebus gestis inter *Callistum* Papam & *Henricum* V. Regem & Imp. 11.) Variæ hactenus ineditæ Epistolæ. Est autem hæc *Tengnageliana* Collectio perrara. *Vitam Henrici Imperatoris eius Nominis IV.* a quodam eius temporis conscripta, cum Eiusdem Imperatoris ad diuersos *Epistolis* produxit *Christianus Vrstisius* Tomo Vno, *f. 379.* Acerbissimam de rebus quibusdam Henrici IV. & in multis ob euidens odium suspectam narrationem fecit BRVNO de *Bello Saxonico*, qui Tomo

mo I. *Freberiano*, vbi in editione *Struuiana* iudicium editoris omnino legendum. BENZONIS vero Episcopi Albiensis in Italia, auctoris coaeui, *Panegyricum rythmicum*, seu *Commentariorum de rebus Henrici III. Imp. seu IV. Regis Germaniae Libros IV.* e membrana Bibliothecae Vpsaliensis beneficio summe venerabilis *Erici Benzelii*, primus in lucem produxit illustris *Menckenius* S. R. G. & S. Tom. I. f. 957. qui *Benzo* maximum pro Imperatore contra Pontificem Zelum prodit & testem sane veritatis agit. IOANNIS SIVMPFII vernaculo sermone scripta: *Historie Kaysser Henrich des IV. Tiguri* 1556. *f.* mihi nec visa nec lecta & non vbiuis est obuia. Idem dicendum de IOANNIS AVENTINI *Vita Henrici IV. Imp. cum eiusdem Imperatoris Epistolis*, *Augustae Vindelicorum* 1518. 4. Specimen vitae prudenter & eleganter scriptae sane est elegantissima Dissertatio GEORGII SCHVBARTI hoc elogio: *Henricus IV. exemplum turbatae Reipublicae*, *Ienae* 1680. 4. & *Halae* 1727. 4.

De *Rudolfo Sueuico* Anti-Caesare, cuius manus in praelio amputata, Merseburgi, in templo Cathedrali asseruatur, eruditae positiones historicae extant IOANNIS SAMVELIS STRAVSSII *Lipsiae* forma Dissertationis primum propositae, cum annotationibus & figura aenea cenotaphii *Rudolfini*, iterum editae *Halae Magdeb.* 1728. 4.

§. LXXII.

Res HENRICI V. & LOTHARII II. Saxonis AA. multum illustrat ANNALISTA SAXO siue ECKEHARDVS VRAGIENSIS, quem primus edidit illustris *Ioannes Georgius Eccardus* Corpore Historico medii aeui *Tomo I. f.* 133. Eidem debemus ANONYMI *Narrationem de Electione*

ctione Lotharii Ducis Saxoniæ in Imperatorem, quam primum *Veterum monimentorum Quaternioni, Lipsiæ 1720.* f. n. 2. inseruit, post modum & *Bernardus Pezius*, Scriptoribus Rerum Austriacarum *T. I.* addidit. De *Donatione Mathildina Pontifici R. facta*, quæ Henrici V. curas auxit & ingentes motus concitauit breui quidem sed pereruditа Dissertatione egit & iudicavit IOANNES DAVID KOELERVS V. C. *Altdorfii 1715. 4.* De grauissimo vero prœlio cum Saxonibus an. 1115. in tractu Mansfeldensi singularem & breuem, rarum hodie libellum composuit CYRIACVS SPANGENBERG inscriptum: *Vrsache und Handlung des Sæchsischen Kriegs bey dem Welphesholz*, *Wittemberg 1555. 8.*

De gestis CONRADI III. R. ex antiquis inprimis adhibendus OTTO *Frisingensis* Libro I. de *gestis Friderici I. Imp.* vbi multas res memorabiles Conradi enarrat. De iisdem *rebus a Conrado III. Franciæ Orientalis Rege tertio gestis*, adhibitis diligenter coæuis testibus, exposuit Dissertatione ARNOLDVS HENRICVS a TRESKOW, Eques Magdeburgicus, *Halæ Magdeburgicæ 1709. 4.* Consulendi quoque sunt in huius historia Scriptores Gestorum Dei per Francos, siue Orientalium Expeditionum, quos iam recensui. Quæ sub Henrico IV. ortæ & sub iam memoratis Regibus auctæ magis fuere Gibellinorum & Guelphorum partes præter omnes Scriptores huius ætatis singularem accepere Scriptorem BENEVENVTVM de S. GEORGIO e Comitibus BLANDRATE, qui *de origine Guelphorum & Gibellinorum* libellum edidit *Basileæ 1519. 4.* hodie inuentu rarum.

§. LXXIII.

Quartæ Impp. & Regum Germanicorum Familiæ *Stauffensis* s. *Sueuicæ* auctor est FRIDERICVS I. Ahenobarbus, *de cuius gestis*, dignus tanto Imperatori historicus OTTO Episcopus FRISINGENSIS Lupoldi Pii Marchionis Austriæ F. fide, accurate, grauiter scripsit *duobus Libris*, desinentibus a. 1156. cum quibus iungendi RADEVICI, Ecclesiæ Frisingensis Canonici de *rebus gestis Friderici I. Romanorum Imp. continuatæ ad Ottonem Historiæ* Libri Duo, vsque ad a. 1160. accessit *Vetusti Scriptoris* Appendix ad *Radeuicum* XI. annorum annales ab an. 1146. ad 1209. complectens, vna cum quibusdam Epistolis. Extant hæc præclara monimenta post Editionem *Io. Cuspiniani* 1515. *f.* factam in *Vrstisii* Tomo vno, edita quoque ad fidem MSCtorum Codicum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis castigatius, præmissa *Friderici* Imp. ad Ottonem Frisingensem patruelem suum Epistola in *Muratorii* Corporis Mediolanensis Scriptorum Italiæ *Tomo VI.* quo & alii insignes ad Friderici res pertinentes Scriptores extant, nimirum: 1.) *Epistola* BVRCHARDI Notarii Imp. ad Nicolaum Sigebergensem Abbatem de *victoria Friderici Imp. & excidio Mediolanensi* peracto An. 1162. ex Editione Freheri cum Notis *Struuianis* T. I. *p. 236.* Edit. nouæ, *Tomo* vero hoc *VI.* f. 913. 2.) Magistri BONCOMPAGNI Florentini, Professoris Bononiensis, clari circa Annum Christi 1218. Liber de *Obsidione Anconæ a copiis Friderici I. Imp.* ex MSCto Codice *Philippi Argelati* Bononiensis, cum Præfatione *Muratorii f. 919.* 3.) OTTONIS eiusque filii ACERBI MORENAE *Historia rerum Laudensium*, in qua res gestæ a *Friderico I.* recen-

recenſentur ab A. C. *1153.* ad *1168.* edita primum a *Felice Oſio*, Profeſſore Patauino, *Venetiis 1639. f.* & cum eruditis eius notis recuſa *Theſauri Antiq. & Hiſtoriarum Italiæ Græuiani Tomo III. Parte II.* & ſine illis *Tomo I.* Leibnitiano *f. 806.* ſed in *Corpore Mediolanenſi* longe diuerſa in multis ex Codicibus Bibliothecæ Ambroſianæ cum editione *Oſiana* ex aduerſo poſita, & in *Oſii* notarum locum adiunctis nouis *Ioſephi Antonii Saxii* Bibliothecæ Ambroſianæ Præfecti & *Anonymi* Ord. S. Benedicti Monachi, qui eſt Domnus *Caſpar Beretta* f. 948. 4.) *Sire* RAVL ſiue RADVLPHI *Mediolanenſis*, auctoris Synchroni, *de rebus geſtis Friderici I. in Italia* Commentarius, ab A. C. *1154.* ad *1177.* f. *1174. 1195.* Ex *Tomo VII.* pretioſiſſimi huius *Corporis* inprimis huc facit: *Chronicon* ROMVALDI, Archi-Epiſcopi *Salernitani*, ab orbe condito ad A. C. 1178. plene nunc editum f. *1.* Sunt vero vtrique Tomi VI. & VII. a cultore Hiſtoriæ *Friderici* ſtudioſius rimandi, nam & alia in eosdem relata Chronica & monimenta, quæ res Imperatoris huius memorant. Ligato ſermone res *Friderici*, inprimis Expeditiones in Mediolanenſes, copioſe & admixtis multis, quæ ad ius publicum faciunt, grauiterque laudauit GVNTHERVS Poeta, qui Libros ſuos X. inſcripſit *Ligurinus*, ob bella in *Liguria* geſta, quæ deſcribit. Repertus in *Eberacenſi* cœnobio, quod eſt in Franconia a *Conrado Celte*, primum editus impenſis Societatis litterariæ *Auguſtanæ*, promovente *Cunrado Peutingero*, *Auguſtæ Vind. 1507. f.* cum Scholiis vero *Iacobi Spigelii* a *Reubero* Tomo vno inſertus, & eruditiſſimo *Conradi Rittershuſii* Commentario illuſtratus, *Tubingæ 1598. 8.* editus. In noua Editione *Reuberi*, quam curauit V. C. *Ioannis* & *Spiegeliana* & *Rittershuſianæ* Annota-

tiones poemati subiunctæ, est quoque erudita de *Giunthero*, Dissertatio præmissa. Hunc Poetam historicum pro suppositio partu singulari obseruatione habet eruditissimus Vir H. C. S. in *Coniecturis de Gunthero, Ligurini scriptore suppositio*, quæ extat in *Parergis Gottingensibus* Tomi I. Lib. III. p. 149. *Specimen Emendationum ad Guntheri Ligurinum* dedit IOANNES HILDEBRANDVS WITHOFIVS *Duisburgi 1731. 4.* TAGENONIS Patauiensis Decani, qui socius Imp. fuit, *Descriptio Expeditionis Asiaticæ Friderici I.* extat *Freheriano* Tomo I. *Edit. nou. f. 407.* Cum eadem in plerisque conuenit ANONYMI sed coæui, *Expeditio Asiatica Friderici Barbarossæ*, quæ in *Canisii* Lectionum antiquarum *Tomo V. Edit. I. Tomo III.* secundæ, reperitur. In *Vrstisiana* Collectione *f. 560.* extat *Epistola Expeditionis Asiaticæ*, pericula & labores atque *Friderici I.* mortem enarrans. *Friderici I. Imp. & aliorum quasdam Epistolas* tempore Schismatis inter Papas Victorem Paschalemque & Rolandum scriptas, quas *Freherus* Friderico II. per errorem adscripserat, nostro restituit ill. *Struuius* nouæ Editionis *Freherianæ* Tomo I. *f. 419.* Ex antiquis perierunt forte CHRISTIANI Archi Episcopi Moguntini & Archi-Cancellarii, *de vita & gestis Friderici Imp. Barbarossæ dicti* Liber, cuius *Trithemius* & *Vossius* mentionem fecere, & AMANDI Secretarii Imp. *de vita & rebus* eius Commentarius, quem in manibus habuisse videtur *Christophorus Gewoldus.* Inter recentiores multi virtutes & res Barbarossæ commemorarunt. CVNRADVS siquidem RITTERSHVSIVS culta Oratione *de Friderico I. Imperatore cognomento Barbarossa, seu Ænobarbo*, cum interpretationem Feudalium placitorum adgrederetur, exposuit.

Non

Non vbiuis obuia quidem, sed in multis, cum primis ad iura publica facientibus inepte scripta IOHANNIS ADELFFII siue ADELPHI expositio germanica, hoc titulo: *Barbarossa, oder eine wahrhafftige Beschreibung des Lebens, und der Geschichten Kayser Friedrichs des Ersten, genannt Barbarossa durch Ioannem Adelffen der Stadt Artzet zu Schaffhausen erstmahls in Latein versammlet, und aus glaubwürdigen Geschrifften und Historien der alten Chroniquen, und aber ietzo in teutsche Zungen treulich bracht, Argentorati 1530. f.* & primum *Schaffhausen 1530. 8.* Idem iudicium meretur IOANNIS ECKII *Friderici Sueui cognomento Barbarossæ Imp. Vita*, quæ MSCta in Bibliotheca amplissimi Senatus Lipsiensis seruatur, qui auctor Ottonem Frisingensem non viderat. Quam indicat Catalogus *Bibliothecæ Menckenianæ* p. 358. Edit. II. *Historiam Friderici Imperatoris magni, huius nominis primi, Ducis Sueuorum & parentelæ suæ* sine loco & anno 4. editam, cui Menckeniano exemplo a manu recentiore Annus *1470.* adscriptus, non vidi, annotauit tamen illustris Possessor, hunc auctorem vbique fere secutum Abbatem Vrspergensem. Elegantissima vero siue stili nitorem, rerum ordinem, fidem, siue prudentiam & Iurium patriorum intimiorem notitiam desideres, est sane omnium iudicio, perillustris Domini, HENRICI de BÜNAV *Probe einer genauen und umständlichen Teutschen Kayser und Reichs-Historie, oder Leben und Thaten Friederichs des Ersten Römischen Kaysers, Lipsiæ 1722. 4.* cuius cultissima præfatione, de subsidiis ad hanc vitæ expositionem necessariis, accurate edisserit acrique iudicio sententiam dicit, longam Diplomatum seriem Friderici I. Imp. & aliorum sub eius Imperio subnectit, octo quoque Gibellinæ

Stirpis & coniunctarum huic Familiarum Genealogias subiungit ex optimis Scriptoribus & monimentis comprobatas, quibus addi meretur IO. DAVIDIS KOELERI exacta & iustis probationibus instructa *Genealogia Familiae Augustae Stauffensis*, quae forma Dissertationis prodiit *Altorfii 1721. 4.* & curis posterioribus correctior & auctior *Altorfii 1727. 4.* Non contemnendae binae Dissertationes de *Friderico Aenobarbo*, quas ELIAS WEIHENMAIERVS *Vitembergae 1689. 4.* habuit. Commentationes illae, quae controuersum illud argumentum: *An Alexander Papa III. conculcauerit collum Friderici I.* pertractant, aliquam rebus magni Imperatoris adfundunt lucem. Sunt autem sequentes, quas ego quidem noui: GEORGIVS nimirum REMVS Pro-Cancellarius Altorfinus in Actu doctoreo solemni Dissertationem recitauit, quam *Alexandrinam* appellat, & primum *Noribergae 1625.* fuit edita, qua *Commentum esse putidum calcasse collum Imperatoris Friderici I. Abenobarbae Alexandrum III. Pontificem Romanum* ostenditur, recusa haec & notulis passim inspersis aucta ac emendata prodiit in Germania, forte *Altorfii*, *4.* licet *Lugduni Batauorum* locum designauerit editor. IEREMIAS autem HOFFMANNVS Dissertatione historica *de tyrannica ignominia, quam Friderico Aenobarbo intulit Alexander III. Wittebergae 1661. 4.* adfirmatiuam tenuit. LVDOVICVS LIEBHARDVS *Apologiam pro Friderico Imp. quem a Romano Pontifice pedibus conculcatum esse nonnulli scribunt*, composuit, *Barutbi 1668. 4.* editam & *Altorfi 1722. 4.* recusam. In adfirmantium partes inclinauit IOANNES DANIEL ARTOPOEVS in Dissertatione Anti-Baroniana: *num Alexander III. Fridericum Barbarossam calcauerit pedibus*, Lipsiae *1673. 4.* qua Baronio

ronio, qui Alexandrum Papam III. a ſuperbiæ nota liberare factumque negare voluit reſpondet, ſed turpi plagio, ſua de hoc themate ex *Ioannis Gerhardi* Confeſſione Catholica fere omnia deſcripſit. Negarunt ſolide facinus IOANNES BVRCHARDVS MAIVS Disquiſitione de *Imperatore Friderico I. Aenobarbo ab Alexandro III. Pontifice pede non conculcato, Kiliæ 1701. 4.* quæ annotationibus quibusdam auctior recuſa *ibid. 1729. 4.* atque CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMANNVS breui & erudita Diſſertatiuncula *Iſenaci* propoſita. Quibus adiungendus ſcriptor Italus FORTVNATVS VLMVS (Olmo) Caſinenſis in *Hiſtoria della Venuta a Venetia occultamente nel 1177. di Papa Aleſſandro III. e della Vittoria ottenuta da Sebaſtiano Ziani Doge, in Venetia 1629. 4.* quem in multis quod ad res Friderici Venetiis geſtas confutauit FELIX CONTELORIVS *Concordiæ inter Alexandrum III. ſummum Pontificem & Fridericum I. Imp. Venetiis confirmatæ Narratio ad veritatis ſcriptum ſtabilita.* Criminationes ab Auctore *Actorum Alexandri III. & Chronico Romualdi Archi-Epiſcopi Salernitani depulſæ. Cæſaris Card. Baronii auctoritas a Calumniis vindicata ex notis & animaduerſionibus* (Felicis Contelorii) *ad Fortunati Vlmi libellum de Alexandri III. occulto adventu Venetias an. 1177. Pariſiis 1632. 4.* Fabulas vero miſcet GIROLAMO BARDI *Vittoria navale ottenuta dalla Republica Venetiana, contro Otthone, figliuolo di Federico Primo Imperadore per la reſtitutione di Aleſſandro Terzo, Pontefice Maſſimo venuto a Venetia in Venetia 1584. 4.* captiuitas autem hæc Ottonis Friderici F. quam adſerit Bardus, pro fabula merito habetur.

§. LXXIV.

PHILIPPI *Sueui* post scriptores veteres, quales sunt *Otto de S. Blasio*, *Conradus Vrspergensis*, *Godefridus* Monachus ad S. Pantaleonem Colon. *Chronicon Montis Sereni*, *Arnoldus Lubecensis*, familiam, corporis animique dotes, res, statumque Imperii sub eo, erudite eleganterque enarrauit perillustris Vir IACOBVS PAVLVS de GVNDLING im *Leben Philippi Sueui*, vernaculo sermone, quæ expositio a fratre *Nicolao Hieronymo Gundlingio* Otiorum *Parti Secunda p. 13.* illata, qui *Nicolaus* de subsidiis historicorum singularibus ad hanc historiam accurata commemoratione præfatus est. Magna pars fatorum *Philippi* huius vt & OTTONIS IV. *Guelfi*, in Epistolis *Innocentii* Papæ *III.* vel ad eundem scriptis maxime iis, quæ in *Registro de Negotio Imperii habentur*, extant, quarum Libros X. vna cum *Anonymi* FVXENSIS *Gestis Innocentii III.* in quibus & multa rerum Germanarum mentio, quæ & in *Carusii* Bibliothecæ Historicæ *Sicula Tomo II. f. 31.* extat, edidit *Stephanus Baluzius*, *Parisiis 1682. f. 2. Tomis.* Adhibendi quoque præter Scriptores Germanos & *Brunsuicenses*, horum temporum rerum *Anglicanarum* historici *Rogerius Hovedenus*, *Matthæus Parisiensis*, Acta Publica Regni Anglicani *Rymeri*. Præcipua vitæ & rerum capita complectitur HENRICI MEIBOMII *Apologia pro Ottone IV. Imp. contra falsas criminationes & conuitia, quibus eum Conradus Vrspergensis & alii insectari non sunt veriti*, sigillatim primum edita *Helmstadii 1624. 4.* inde Tomo III. *Meibomiano S. R. G. p. 114.* seq. illata. Vindicem quoque nominis *Ottoniani* egit LEIBNITIVS *Introductione* ad Tomum II. *Scriptorum Rer. Brunsui-*

cens. p. 48. adiungenda M. HERMANNI WICHORST de *iniqua expulsione Ottonis IV. Imp. e regno, Lipsiæ* 1690. 4. habita Dissertatio.

§. LXXV.

In rebus FRIDERICI II. exponendis diligens fuit NICOLAVS de IAMSILLA *Historia de rebus Friderici Imperatoris, Conradi & Manfredi Regum eius filiorum* ab An. C. 1210. ad 1258. Annectitur *Anonymi* Supplementum de rebus gestis eiusdem *Manfredi, Caroli Andegauensis* & *Conradini* Regum ab An. C. 1258. ad 1265. quem ex Codice MSC. vetusto edidit FERDINANDVS VGHELLVS, *Italiæ Sacræ* Tomo VIII. p. 752. *Tomo X.* vero Editionis *Venetæ Coleti f.* 562. eundem *Ioannes Georgius Eccardus* Corpori Historico medii æui *T. I. f.* 1025. inseruit. Extat quoque ex Codice Messanensi castigatus in *Ioannis Baptistæ Carusii* Bibliothecæ Historicæ *Tomo II. p.* 675. & a plurimis mendis liberatus *Corporis Mediolanensis* Tomo VIII. *p.* 489. Pertinent huc CHRONICON FOSSAE NOVAE auctore *Anonymo*, quod *Ferdinandus Vghellus* sub IOANNIS de CECCANO nomine *Italiæ Sacræ Tomo I.* Appendice *p.* 450. & *Tomo X.* Edit. nouæ p. 1. edidit, iam vero etiam purgatum ab innumeris mendis *Corporis Mediolanensis Scriptorum Italiæ, Muratorii* Tomo VII. *f.* 851. extat, vbi RICHARDI de S. GERMANO *Chronicon rerum per Orbem gestarum* ab excessu *Guilielmi* Siciliæ Regis anno scilicet Domini 1189. ad annum vsque 1243. extat, quo multa *Friderici* nostri memorantur. Edidit illud ex Codice Bibliothecæ Casinensis *Ferdinandus Vghellus* Italiæ Sacræ *Tomo III. f.* 953. & Edit. novæ *Tomo X. p.* 173. & ab innumeris fere mendis purgatum *Muratorius* laudato *Tomo VII. f.* 963.

Huius ſplendidiſſimi Corporis Tomo VIII. *f. 661.* MONACHI PATAVINI *Chronicon de rebus geſtis in Lombardia præcipue & Marchia Taruiſina* ab An. C. 1207. vsque ad An. 1270. legitur, ſecundum Editionem Venetam 1636. f. ex *Felicis Oſii* Schedis curatam, ſed emendatum & auctum ope MSCti Codicis Bibliothecæ Ambroſianæ, quod & in Tomo *Vrſtiſiano* comparet. Eodem *Tomo* ac *ſequenti* varia Italicarum rerum *Chronica*, quibus ſingularia multa ad hiſtoriam Friderici noſtri extant, reperiuntur. Nec omittendæ *Friderici II. Epiſtolæ* IX. e *Stephani Baluzii* Miſcellaneis T. I. *p. 446. 471.* cum *Teſtamento* eius e vetuſto Codice Marchionis Iarratanæ emendato, a *Ioan. Baptiſta Caruſio Bibliotheca Hiſtorica Regni Siciliæ* T. II. cum aliis Hiſtoriæ Impp. Sueuicorum monimentis illatæ, vbi & MANFREDI *Epiſtolas* II. *de morte Friderici II. Imperatoris* ad *Conradum IV.* Regem Romanor. & alias tres ad Doctorem Decretorum Iuſtitiarum Neapolitanum & quendam Caſtellanum, legas. PETRI de VINEIS *Epiſtolæ Friderici II. Imperatoris*, cura *Simonis Schardii*, qui maſculam Præfationem præmiſit, primum *Baſileæ 1566. 8.* inde *Ambergæ 1609. 8.* recuſæ, partem Diplomatum & publicorum Scriptorum Imperatoris nomine vel ad eundem ſcriptorum, referunt. Quarum, quum raræ ſint, nouam editionem additis Conradi IV. & aliis Epiſtolis hac tempeſtate ſcriptis, a celeberrimo *Schminckio* promiſſam, auide omnes expectant. Seruat earum codices binos membranaceum & chartaceum, Bibliotheca publica Academiæ Ienenſis. Elegans ea eſt oratio, de *Friderico* II. quam NICOLAVS CISNERVS compoſuit, & quæ cum iis de Ottone III. & Conradino edita *Argentorati 1608. 8.* & inter Opuſcula

Ciſneri

Cisneri historica iunctim edita, præclaras enim de eorum temporum statu sententias habet. Doctissimus & historiæ naturalis amantissimus erat Fridericus II. cuius rei monimentum sunt *Reliqua Librorum Friderici II. Imp. de arte venandi cum auibus cum* Manfredi *Regis additionibus*, edita *Augustæ Vindelicorum 1596. 8.* Anti-Cæsaris primi Friderico II. artibus Pontificis R. oppositi HENRICI *Rasponis* vitam complexus breui vernacula scriptione CASPAR SAGITTARIVS hoc titulo: *Gründlicher Bericht von Landgraf Heinrichs in Thüringen Römischen Königs Wahl, Ienæ 1692. 4.*

§. LXXVI.

Magnam partem gestorum & fatorum CONRADI IV. Regis Romanorum illi Scriptores annotarunt, quos superiore §. maxime ex *Corpore Mediolanensi* & *Carusii* Bibliotheca Historica *Sicula* excitaui. *Acta Electionis Conradi IV.* edidit *Stephanus Baluzius* Miscellaneorum Tomo Primo. His adiungendus MATTHAEVS PARIS cordatissima sua *Historia Maiore a Guilielmo Conquestore ad vltimum annum Henrici III. Londini 1640. f. Parisiis 1644. f. & optime Londini 1684. f.* edita, qua rebus Anglicis Germanicas & Sacri Imperii, Sueuicorum maxime Impp. magna fide & libertate addidit. Res quoque magni Gibellinorum viri *Eccelini* s. *Eccerini* Conradi IV. Imperium illustrant, de quibus GERARDI MAVRISII Ciuis & Iudicis Vicentini *Historia de rebus gestis Eccelini de Romano* ab An. C. 1183. ad An. circiter 1237. legenda, quæ ex *Osii* schedis cum *Albertino Mussato* & aliis *Laurentius Pignorius*, *Venetiis 1636. f.* vulgauit, repetiit *Leibnitius* Tomo II. *Scriptorum Brunsuicensium*, & *Muratorius*

us cum aliis horum temporum & de hoc *Ezerino* monimentis, *Corporis Mediolanensis* Tomo *VIII.* f. 1. dedit. Breuis quidem, accurata tamen & prudenter scripta est expositio, quam dedit IACOBVS PAVLVS de GVNDLING in *Geschichten und Thaten Kayser Conrad des IV. aus dem Geschlecht der Herzogen von Schwaben, Berolini 1719. 8.*

Infelicia fata patris & filii CONRADINI vltimi Sueuicæ Familiæ patent ex SALLAE siue SABAE MALASPINAE, Decani Melitensis, *Rerum Sicularum Libris Sex* ab An. C. *1250.* vsque ad An. 1276. quos *Stephanus Baluzius* Miscellaneorum *Tomo VII. p. 197. Petrus Burmannus* Thesauri Siciliæ Parti V. *Carusius* Bibl. Hist. Siciliæ *Tomo II. Muratorius* Corporis Mediolanensis *Tomo VIII.* inseruerunt, addendus *Auctor Anonymus* supra indicatus, & alii eorum temporum Scriptores, qui locis citatis in sumtuosissimis illis Collectionibus extant. Legenda non minus NICOLAI CISNERI Oratio de *Conradino*, cum aliis duabus *Argentorati 1608. 8.* edita & inter eius Opuscula recusa. Egregia & singularia sunt, quæ de infelici hoc Principe NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS *Gundlingianorum* Parte V. *p. 419.* obseruauit, ex optimis & coæuis scriptoribus petita, de quibus erudite sententiam dixit.

§. LXXVII.

Interregni illius magni & patriæ nostræ fatalis vicissitudines, singularem eiusmodi tractationem, vbi origines iurium publicorum curate inuestigatæ fuerunt, si maiora Syntagmata & Systemata omnis historiæ Germanicæ excipias, nondum acceperunt, quæ enim IOANNES IOACHIMVS ZENTGRAVIVS Dissertatione de *Interregno Imperii Germanici ab excessu Conradi IV.* *vsque*

vsque ad Rudolphum Habsburgicum, Witteberga 1668. 4. annotauit, iuueniliter sunt scripta. Regum in his discordiis electorum res magnam tristissimae huius tempestatis partem complectuntur. Ex *Matthaeo Parisiensi, Monacho Paduano* aliorumque Italiae & Germaniae Scriptorum testimoniis, IACOBVS PAVLLVS de GVNDLING grauiter & eleganter concinnauit *Geschichte und Thaten Kayser Wilhelms aus dem Geschlechte der Grafen von Holland*, quae narratio addita est opusculo de *Conrado IV.* iam laudato. Eadem ratione, admixtis variis Obseruationibus Iuris Publici eorum temporum scripsit *Geschichte und Thaten Kayser Richards aus dem Geschlechte der Koenige in Engelland*, quae tempora Historiam Interregni vulgo appellant, & multa de rebus *Alphonsi* R. Castiliae, a quibusdam Germaniae Regis electi admiscens, *Berolini 1719. 8.* Addatur omnino IO. WILH. HOFFMANNI V. C. *Jus Publicum, quod in S. R. I. Interregni magni temporibus obtinuit, Franc. ad V. 1736. 4.* accurate scriptum.

§. LXXVIII.

Reparatoris Germaniae RVDOLPHI I. *Habsburgici qui Augustissimae Familiae Austriacae* Periodum auspicatur res ex *Annalibus Colmariensibus, Alberto Argentoratensi, Henrico Sterone,* Historia Australi pleniori, *Ioanne Vitodurano*, Scriptoribus quibusdam Rerum Austriacarum *Pezianis, Roo*, atque *Fuggero* repetendae, dignissimae certe quae ex Archivis & Bibliothecae Caesareae thesauris a magno ingenio illustrarentur. Quae enim de sapientissimo Principe vsque huc edita sunt singularia scripta res & merita non exhauriunt. CASPARIS DORNAVII Panegyricus historicus de *Rudolpho Habsburgico Gorlicii 1677. 4.* vulgaria habet. Melior quidem & cultior IOANNIS HENRICI

BOE-

BOECLERI de *Rudolpho Habsburgico Germaniæ instauratore* Dissertatio *Argentorati 1682. 4.* edita, & Volumini Secundo *Dissertationum Academicarum* p. 247. illata, prudenter quidem scripta, sed absque testibus, quæque vix vltra vulgaria adscendit. *Rudolphum I. Habsburgicum, tanquam exemplum restauratæ Reipublicæ* descripsit Dissertatione Historico-Politica IVSTVS HENRICVS GALEMBERG, *Erfordiæ 1724. 4.* PETRVS LAMBECIVS Cæsareæ Bibliothecæ Præfectus, in *Syntagmate* suo, cuius spem orbi literato fecit *Rerum Germanicarum*, inter alia promisit *Codicem Epistolarum Imp. Rudolphi I. partim ab ipso, partim ad ipsum, & de ipso scriptarum, cum Notis Ioannis Seyfridi & propriis.* Addere quoque voluit alium Codicem *Diplomata Rudolphi* continentem; OTTOCARI de HORNECK item *Chronicon Germanicum rythmicum* rerum gestarum *Rudolphi* I. & *Alberti* I. quæ vtinam ad gloriam Augustæ Domus darent, qui hos thesauros custodiunt. *Albertum I. Austriacum* panegyrico celebrauit excitatus iam CASPAR DORNAVIVS.

Qui hos inter medius erat ADOLPHVS Nassouius infelicia fata expertus. De cuius iniusta depositione cum expositione de vita rebusque ceteris NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII pererudita extat Obseruatio ordine IV. sub titulo: *Adolphus Nassouius Imp. iniuste depositus* Obseruationum Selectarum ad Rem literariam spectantium latino sermone editarum *Tomo I.* eodemque vnico *Francofurti & Lipsiæ 1707. 8.* edito, *p. 91.* De eadem *Imperatoris Adolphi Nassouii Depositione* additis historiæ circumstantiis ex Iure Publico disputauit IOANNES GEORGIVS SCHERZIVS, *Argentorati 1711. 4.*

§. LXXIX.

§. LXXIX.

Primus ex Familia *Lucemburgensi* Rex & Imperator HENRICVS *VII.* magni animi Princeps. Cuius gestis praemittenda eruditissima Disputatio Genealogica IOANNIS DAVIDIS KOELERI inscripta: *Familia Augusta Lucemburgensis, Altorfii 1722. 4.* qua & maiores Henrici VII. & posteri Augusti cumprimis huius Familiae, eorundemque descendentes ex fide dignis monimentis & Scriptoribus exponuntur. Princeps testis, in primis quod familiam & electionis negotium attinet AVCTOR *Anonymus gestorum Balduini Archiepiscopi Treuirensis*, cui multum in electione sua promouenda debebat, editus fuit a STEPHANO BALVZIO *Miscellaneorum Tomo I.* Vtilis non minus in Henrici VII. historia est ALBERTINVS MVSSATVS seu MVXATVS, Paduanus Senator & Historiographus ac Poeta Laureatus, qui circa A. C. 1330. obiit, cum *Historiae Augustae de gestis Henrici VII. Caesaris Libris XVI.* comprehensae, tum *de gestis Italicorum post mortem Henrici VII. Libris XII.* scriptor fidus, prudens & disertus. Prodierunt cum *Laurentii Pignorii* Spicilegio, *Nicolai Villani* castigationibus, & notis *Felicis Osii Venetiis 1636. f.* praemissis variis superiorum temporum Chronicis. Quum vero rarissima, & quae supererant quandoque foede castrata essent exempla, rem historicis gratam fecit celeberrimus *Burmannus*, quod grauissimi iudicii historicum *Thesauri Antiq. & Histor. Italiae* Tomi VI. Parti Secundae, cum aliis Scriptis Mussati intulerit. Easdem Historias ad fidem Codicum MSCtorum Bibliothecae Estensis & Ambrosianae castigatiores dedit *Muratorius* Corporis Mediolanensis *Tomo X. f. 1.* & *f. 569.* NICOLAVS Episcopus *Botrontinensis* egregiam

giam *Relationem* ſcripſit de *Itinere Italico Henrici VII. Imp. ab An. C. 1310. ad 1313.* ad Clementem Papam V. a quo in Aulam Imp. Cæſaris rebus obſeruandis miſſus, qui perſpicue & multis circumſtantiis ea, quæ notarat ad herum ſuum retulit, dolendumque has notationes ad mortem vsque ad Auguſti non fuiſſe continuatas. Edidit *Stephanus Baluzius* adiectam *Tomo II. p. 1143. Vitarum Pontificum Auenionenſium*, *Pariſiis 1693. 4.* quæ vitæ ad illuſtrandam Henrici VII. hiſtoriam ſingularia multa pandunt, inde deſumſit laudatam narrationem *Muratorius Corporeque Mediolanenſi* Tomo IX. *f. 883.* iterum exhibuit. Huc quoque facit IOANNES de CERMENATE, Notarii Mediolanenſis, *Hiſtoria de ſitu, origine & cultoribus Ambroſianæ Vrbis ac de Mediolanenſium geſtis ſub Imperio Henrici VII. Cæſaris*, ab Anno C. 1307. ad 1313. quam celebratiſſimus *Muratorius Anecdotorum Latinorum* Tomo II. *Mediolani 1698. 4.* edito p. 31. primum inſeruerat, inde repetitas dedit *Corporis Mediolanenſis* Tomo IX. *f. 1221.* additis variantibus Lectionibus & Supplementis ad eandem hiſtoriam depromtis e Codice MSCto Comitum de Capitaneis. IOANNIS VILLANI Florentini *Hiſtoriam rerum Henrici VII.* italice fideliter ſcriptam & a perilluſtri *I. P. Gundlingio* lectam & laudatam nunquam vidi, ille certe obſeruauit CONRADI VECERII, qui Maximiliano I. a ſecretis erat, *de rebus geſtis Henrici VII.* libellum, *Hagenoæ 1531. 8.* editum & *Reuberiano* ac *Vrſtiſiano* Tomo illatum, magnam partem ex *Villano* eſſe translatum. Legenda eſt erudita V. C. *Ioannis* Præfatio, in noua editione Reuberiani Voluminis Vecerio præmiſſa, ubi cordate iudicat. Ex citatis ſupra æqualibus Henrico ſcriptoribus variisque hinc inde diſperſis Diplomatibus

tibus, prudenti ſtilo concinnatæ IACOBI PAVLLI de GVNDLING *Geſchichten und Thaten Kayſer Heinrichs des Siebenden, Halæ Sax. 1719. 8.* De *morte* per venenum a Monacho quodam Prædicatorum Ordinis Henrico VII. datum, procurata teſtes ſuperſunt vel coæui, vel coæuis proximi. Quales ſunt *Anonymi, Rythmi* Monachales *de Henrici VII. obitu,* quos e tenebris primum produxit *Matthias Flacius* ediditque inter *varia doctorum piorumque Virorum de corrupto Eccleſiæ Statu Pöemata, Baſileæ 1557.* Parte IV *p. 470.* inſeruit quoque *Freherus* S. R. G. Tomo Primo Edit. nov. *p. 647.* Plures teſtes fide dignos multo labore conduxit MARTINVS DIFENBACH erudito Commentario *de vero mortis genere, quo Henricus VII.* obiit, *Francofurti 1685. 4.* quorum plerique ſceleris miniſtrum Monachum Dominicanum faciunt. Quos quidem liberare voluit, *Iohannes* Bohemiæ Rex Henrici F. data Monachis Dominicanis *Epiſtola de morte Henrici VII. Imp.* quæ edita fuit a *Stephano Baluzio* Miſcellaneorum *Tomo Primo. Epiſtola* alia *Henrici VII. ad Ioannem de Elnbogen,* Cœnobii Waldſaſſienſis in Noricis Abbatem; *Sententia* item, *in Robertum Siciliæ Regem lata in conventu Principum Piſis a. 1311.* extat apud *Goldaſtum,* Conſtitutionum Imperialium T. I.

§. LXXX

LVDOVICI BAVARI res maxime Italicas cordate grauiterque memorauit laudatus ſuperiore §. ALBERTINVS MVSSATVS ſingulari ad Filium Libro, quem *Ludouicus* Bauarus inſcripſit, editus ille eſt cum ceteris viri ſcriptis, quorum varias Editiones iam laudaui. Archiui Boiici, quod Monachii adſeruatur ampliſſimis ſubſidiis

instructus, atque publica Maximiliani Bauariæ Ducis postmodum Electoris auctoritate munitus, magna grauitate, iudicio, ciuiliumque & Germanicarum rerum peritia, res Ludouici exposuit IOANNES GEORGIVS HERWARTVS ab HOHENBVRG, Ducis Consiliarius intimus & Ordinum Bauariæ Cancellarius, præclaro Libro; cuius hoc est elogium: *Ludouicus IV. Imperator defensus; Bzouius iniuriarum postulatus Monachii 1618. 4.* duobus Tomis; enimuero Bzouius iste gloriosum hunc Bauariæ Ducum progenitorem, in mendosissimis Annalibus suis contra ius, fas & æquum, insectatus erat, grauissimisque calumniis onerauerat, quas confutauit Cancellarius atque magni momenti Diplomata ex autographis protulit, optimamque historiæ Ludouici & Friderici Austriaci competitoris partem scite ornavit. Nitide non minus & pragmatico fere stilo multaque aduersus Pontifices R. libertate exarata est NICOLAI BVRGVNDI ICti tum Bauari, *Historia Bauarica* siue *Ludouicus IV. Imperator, Ingolstadii* primum *1636. 4.* inde *Amstelodami 1645. 4.* edita & recusa, quumque esset insigniter rara, cultissimum opusculum in manus eruditorum tertium dedit ornatum eleganti Præfatione celebratissimi vir nominis *Iustus Christophorus Boehmerus, Helmstadii 1705. 4.* PHILIPPI MELANCHTHONIS Oratio de *Ludouico Bauaro* Imp. Declamationibus ipsius T. III. Edit. Argent. inserta, sapientes grauesque sententias de ipsius gestis refert. Eximia quoque & docta est IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *de Ludouico IV. Bauaro Imp.* Dissertatio Academica *Ienæ 1689. 4.* proposita, postmodum *Parergis Historico-Theologicis* beati Viri inserta. In grauissimis illis cum Pontificibus certaminibus intrepidos nactus est defenso-

fensores *Marsilium*, Patauinum, *Ockamum*, *Michaelem* Cæsenatem, quorum Scripta bono quidem animo condita, sed non iustis semper argumentis instructa exhibet *Melchior Goldastus* Monarchiæ Sacri Rom. Imp. Tomo II. *Francofurti 1614. f.* edito, aliter de iis sentit *Christianus Thomasius* Historia contentionis inter Sacerdotium & Imperium, p. 99. Varia *Ludouici IV. Scripta Publica & Diplomata* Tomo I. *Freberiano f. 655.* Nouæ Edit. de quibus diligenter illustris Editoris Præfatio legenda. *Ludouici IV.* Imp. *Submissio* Pontifici facta Tomo II. Miscellaneorum *Baluzii* extat.

GVNTHERVM *Schwarzburgicum Imperatorem Romanum*, Discursu historico ex Archiuis Schwarzburgicis exhibuit AHASVERVS FRITSCHIVS, Cancellarius Rudolstadiensis, quod Schediasma *Lipsiæ & Ienæ 1677. 4.* editum, recusum cura *Schuberthi Lipsiæ 1721. 4.* cum variis editoris Annotationibus, quibus res Guntheri copiosius exposuit. *Syntagma Historicum de Gunthero Schwarzburgico*, *Wezlariæ 1703. 4.* formis excusum, a multis *Hulderico Eybenio*, Cameræ Imperialis Adsessori adscribitur.

§. LXXXI.

Plures eosdemque raros vitæ rerumque gestarum CAROLI IV. Imp. Scriptores indicat & recenset *Bobuslaus Balbinus Miscell. Bohem.* Lib VII. Sect. II. *p. 161.* Ipse *Carolus IV. Commentarium de vita sua* ad Filios scribere cœpit, cuius fragmentum *Marquardus Freherus* Rerum Bohemicarum Scriptoribus *f. 86.* inseruit. Additus *f. 107. Ioannis* Archiepiscopi *Pragensis* Sermo, post mortem *Caroli IV.* feria quarta post Epiphaniam habitus. Idem sermo atque laudatum Fragmentum cura

Reineri Reineccii, vna cum *Vecerio* de Vita Henrici VII. singulatim edita, *Helmstadii* 1585. 4. *Quod Carolus IV. non dissipauerit Imperii patrimonium quoad Regnum Arelatense*, cuius coronam accepit, singulari Dissertatione contra Gallos commonstrauit CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, quae inter iunctim editas LXIX. est ordine. Ad res *Wenceslai* illustrandas quodammodo facere potest CHRISTIANI THOMASII Quaestio: *An Imperator Wenceslaus legaliter fit depositus & tantis vitiis contaminatus, vt vulgo creditur?* quae Programmatis vice prodiit, cum ad Celeberrimi Autoris de Ratione Status Dissertationem III. & IV. d. 3. Aug. 1693. disputaret, quae Programmata in 4. iunctim edita. Maiori doctrinae apparatu ornata V. C. HERMANNI SCHMINCKII Dissertatio Historica de *Wenceslao Rege Romanorum*, *Marburgi Cattorum* 1718. 4. qua quidem vindicias pro Wenceslao parauit, sed non eo animo, vt in omnibus hic Rex possit defendi, multa enim certe egit, quae probari nequeunt, sed saltem ostendere voluit calamitates illas, quibus ea aetate vexabatur Germania, ei soli non esse tribuendas. IACOBI quoque WENCKERI Collectioni, quam *Apparatum & Instructum Archivorum* inscripsit, atque *Argentorati* 1713. 4. edidit, praeclara insunt monimenta ad Historiam & regimen Wenceslai facientia. Quum de Wenceslao deponendo consultaretur, ad Imperium a quibusdam destinatus fuit *Fridericus* Dux Brunsuicensis, atque eo consilio Francofurtum euocatus, sed in itinere redux occisus, de quo legenda HENRICI MEIBOMII de *Friderici Brunsuicensis in Roman. Imperatorem Electione & misera cade*, *Helmstadii* 1681. 4. & inter Tomos

Mei-

Meibomianos Tertio. Inde a maiore parte Collegii Electoralis *Rupertus* Elector Palatinus Rex Romanorum renunciatus, cuius res cum Imperii tum prouinciarum hereditariarum diligentissime conquisitas docta dissertatione exhibuit amplissimus Vir FRIDERICVS BENEDICTVS OERTEL, *Lipsiæ 1720. 4.* Quo mortuo Electione dissidiosa, a quibusdam *Iodocus* Morauiæ Marchio, ab aliis *Sigismundus* Hungariæ Rex electus. Ad priorem faciunt egregie *Vindiciæ Electionis dubiæ Iodoci Imperatoris contra Sigismundum*, quas more suo solide instituit ac hac occasione egregia aliquot monimenta produxit IOANNES DAVID KOELERVS, *Altorfii Noricorum 1726. 4.* SIGISMVNDI vero singularia fata & multas res arcanas aperuit, qui intimioris apud eum fuit admissionis EBERHARDVS WINDECK, Moguntinus, *Historia Imperatoris Sigismundi*, vernaculo sermone, multa libertate scripta, quam e vetustissimo & fere coæuo Codice Bibliothecæ Ducalis Saxo-Gothanæ primus edidit, cum codice MSCto recentiori diligenter conferendam & ad iustam annorum seriem reducendam curauit, ac *Tomo Primo* Scriptorum *Rer. Germ. & Saxon.* inseruit illustris *Menckenius* f. 1073. Inde adhibitis quoque aliis rerum Germanicarum, Bohemo-Hungaricarum Scriptoribus Dissertationem suam *de Sigismundo Romanorum Imp. Germaniæ, Hungariæ, & Bohemiæ Rege, Lipsiæ 1723. 4.* concinnauit V. C. CAROLVS GVILIELMVS GAERTNERVS. AENEAE quoque SYLVII *Historia Bohemica*, quæ in rebus Sigismundi Imp. & Hussitarum potissimum se diffundit, aliique Hussiticarum Rerum Scriptores Theobaldus &c. sed cum iudicio, quum quilibet Sectæ suæ seruiat, legendi. Cumprimis vero adhiben-

hibenda insignia *Acta Magni œcumenici Constantiensis Concilii*, studio HERMANNI von der HARDT, *Francofurti 1700. f.* 3. Voll. edita, quibus multa Acta Comitiorum Constantiensium, quæ cum Concilio ibi agebantur, insunt.

§. LXXXII.

Familiæ AVSTRIACæ, quæ exinde perpetuam Augustæ dignitatis possessionem, ex libera tamen electione tenuit, cuique perennitatem vouemus, primus, longiorique vita omnino dignissimus fuit ALBERTVS II. cuius rerum mentionem faciunt Scriptores Rerum *Austriacarum* Tomo II. *Peziano*, inprimis *Chronicon Alberti Ducis Austriæ vulgo contracti*, auctore anonymo Carthusiano *Gemnicensi*; Anonymus *Mellicensis* Breui *Chronico Austriæ*; Thomas Ebern-dorfferus de Haselbach *Chronico Austriaco* ceterique. *Eberhardus* etiam *Windeckius* circa finem Historiæ Sigismundi de eodem quædam annotauit.

FRIDERICI III. quem alii IV. nonnulli V. numerant, res plerique Scriptorum Rerum Austriacarum, quos *Tomo II. Peziano* habemus, attigerunt. Ipse Augustus *Diarium Vitæ* consignauit, quod ex Codice Bibliothecæ Vindobonensis *Diario Sacro Itineris Cellensis* inseruit *Petrus Lambecius*; prodiit hocce primum *Vindobonæ 1666. 4.* additum quoque *Prodromo Historiæ literariæ* eius, Editionis *Fabricianæ*, *Hamburgi 1710. f.* editæ. Primos annos Imperii, Coronationem R. & Nuptias ad motus Hungaricos vsque exposuit, qui Friderici rerum callentissimus erat Secretarius nimirum & arcanorum particeps AENEAS SYLVIVS *Historia rerum Friderici III*, quam ex MSCto optimæ notæ cum do-

ctissi-

ctiſſimis *Io. Henrici Bœcleri* animaduerſionibus, additis variis Diplomatibus Friderici III. nummis, imaginibus & monimento ſepulcrali edidit *Ioannes Georgius Kulpiſius* primo loco Collectionis S. R. G. quæ Bœclero-Kulpiſio-Schilteriana audit. Tomo *II. & III.* Freherianæ Collectionis S. R. G. plura monimenta, orationesque Fridericianas res illuſtrantes exhibentur, quas ſupra a. *802. 803.* ſingulatim recenſui. De Vita domeſtica & priuata moribusque Friderici annotauit quædam ſingularia IOSEPHVS GRVNBECK Maximiliano I. Imp. a conſiliis intimis & confeſſionibus in der *Lebens-Beſchreibung Kayſer* Friderich des III. (V) vernaculo ſermone, licet latino primum ſcripta videatur, quam V. C. IOANNES IACOBVS MOSER, *Tubingæ 1721. 8.* edidit. *Anonymi Epiſtola* hiſtorica *de rebus Anno 1456. geſtis* in Conuentu inprimis Noribergenſi, Imperatori propemodum exitiali extat *Tomo III.* Theſauri Anecdotorum nouiſſimorum *B. Pezii*. Res *Comitiorum* & *Imperii* ſub Friderico III. accurate, grauiter, admixtis variis vtilibus & eruditis obſeruationibus & magna actorum & monimentorum copia, ex Archiuis Vinarienſibus, celeberrimi vir nominis IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS in *S. R. I. Nationis Germanicæ Theatro Comitiorum, ſub Friderico III. Imp.* ab anno 1440. ad an. 1493 vernaculo eodemque culto ſtilo tribus Partibus deſcripſit, quod egregium opus *Ienæ 1713. f.* prodiit. Promiſerat *Petrus Lambecius* in Sciagraphia Syntagmatis Rerum Germanicarum, aliquot ad hiſtoriam *Friderici* inſignia monimenta, ex quibus quædam ſunt edita iam, alia in Theſauris Cæſareæ Bibliothecæ adhuc latent, nimirum 1) IOANNIS de ZREDNA *Epiſtolæ hiſto-*
 rica

rica de rebus gestis inter Imperatorem Fridericum V. & Regnum Hungariæ ab An. C. 1145. ad 1451. collectæ, & notis marginalibus illustrata a Paulo Iwanich; 2) Adnotationes COLUMBANI de PONCUMOLO ad *Nicolai Lanckmanni* de *Falckenstein*, Historiam Desponsationis Imp. Friderici V. & Coniugis Eleonoræ, quod Lanckmannianum opusculum, Tomo II. *Freberiano*, & Tomo II. *Peziano* extat. 3) Acta *publica rebellionis Austriacorum contra Imperatorem* Anonymi cuiusdam coætanei, quæ forte eadem cum illa, quam R. P. *Pezius* Tomo II. S. R. A. dedit. 4) Descriptionem Exequiarum Imp. Friderici. 5) BERNARDI BERGERI Orationem in funere Friderici ad Maximilianum I. publice habitam, & 6) *Diplomata* varia usque huc inedita ad Imp. Friderici III. res facientia.

§. LXXXIII.

Fortitudinem ac prudentiam & illustria bello paceque facta MAXIMILIANI I. Imperatoris, multi memorarunt & laudarunt, quales sunt, quos, *Tomis II. & III. S. R. G.* inseruit *Freherus* & *804. 805.* longa serie indicati extant. Exantlatos labores & superata pericula Maximiliani I. herois, dictione germanica & metrica, Scripto heroico complexus MELCHIOR PFINTZINGIUS, Ecclesiarum S. Albani Moguntiæ & Sebaldi Norimbergæ Canonicus, quod hunc habet titulum: *Die Geuerlichkeiten und eins teils der Geschichten des lœblichen streitbaren und hochberühmten Helds und Ritters Tewrdanckhs*, quo nomine ficto Maximilianus I. insignitur. Prima & princeps editio curata *Noribergæ* per typos *Iohannis Schœnsperger 1517. f.* cum figuris ligno incisis elegantissimis *Iohannis Scheiffelein*, pictoris & sculptoris

ptoris Nordlingensis celeberrimi, vt docuit, qui de auctore, nomine, argumento, partitione, forma carminis, editionibus veris & spuriis doctissime commentatus IOANNES DAVID KOELERVS Disquisitione *de inclyto libro poetico Theuerdanck*, quæ *Altorffii* primum *1714. 4.* proposita, iterum excusa *ibidem 1719. 4.* cui nouæ editioni auctiori adiecta duplex Clauis libri huius *Pfinzingiana* & *Franckiana*, Editiones operis §. XI. laudati opusculi recensentur. *Tertia* Libri Theuerdanck *Editioni*, quam parauit obscurus quidam *Burcardus Waldisius*, textumque interpolauit & immutauit, quæque *Francofurti 1553. f.* prodiit & aliquoties repetita fuit, subiunctum est breue germanicum *Chronicon* Maximiliani res gestas enarrans, & *Philippi Melanchthonis* Oratio funebris in eius honorem habita, in vernaculam translata. In ea porro Editione, quæ curante *Matthæo Schultes* Sculptore Vlmensi, *Vlmæ 1679.* & *1693. f.* prodiit, quæque in multis est mutata, annexa comparet satis prolixa *Vitæ Maximiliani Descriptio* germanica incerto auctore consignata. IVSTINI GOBLERI *Chronica der Kriege Maximiliani I. gegen die Venediger und Franzosen 1508. geführt*, germanice *Francofurti 1566. f.* in paucorum est manibus & inprimis actiones bellicas *Ernesti* Ducis Brunsuicensis & *Casimiri* Marchionis Brandenburgensis aliasque singulares narrationes, acta publica & literas principum refert. Illustrationi historiæ Maximilianeæ quodammodo inseruit: *Currus triumphalis honori & memoriæ immortali D. Maximiliani dicatus* inuentore BILIBALDO PIRCKHEIMERO delineatus ab *Alberto Durero*, in tabula ænea, cum quibusdam explicationibus reperitur inter Opera *Pirckheimeri* a *Goldasto*, *Francofurti 1610. f.* edita, sed ma-

maioris vtilitatis est, quod in iisdem operibus extat, & Tomo III. *Freberiano* comparet *Bellum Helueticum*, scriptore *Pirckheimero*, qui bello interfuit. In *Tomo Primo, Orationum & Elegiarum in Funere illustrissimorum Principum Germaniæ ab obitu Maximiliani I.* qui *Francofurti ad Mœnum 1566. 8.* cura SIMONIS SCHARDII, additis postea duobus aliis prodiit, reperitur p. 1. *Anonymi Oratio post Maximiliani I. Cæsaris obitum* ad Nepotes; & p. 29. b. PAVLI ab OBERSTEIN, Carni, Viennensis Præpositi, de Maximiliani I. Imp. laudibus ad *Carolum Ruinum* ICtum Epistola, & alia huiusmodi Epicedia a coæuis grauiter quandoque & cum veritatis specie scripta. IOSEPHI GRÜNBECKS, *Lebens-Beschreibung Kayser Maximiliani I.* quæ patris est adiuncta & a *Mosero, Tubingæ 1721. 8.* edita, mores & vitam privatam libere describit. Historiam *Coronationis Maximiliani in Regem Romanorum celebratam Aquisgrani* reperias in Collectione, inscripta: *Inauguratio, Coronatio Electioque aliquot Imperatorum, nempe a D. Maximiliano Primo ad D. Matthiam, Hanouiæ 1613. 8.* Res Imperii & Regni Germaniæ Maximiliano I. imperante, tanquam specimen insignis Theatri Comitiorum, ex Actis publicis, historicis & archiui subsidiis complexus erudite atque prudenter V. C. IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS *in des Heil. Ræmischen Reichs Teutscher Nation Reichs-Tags-Staat von An. 1500. bis 1508, Ienæ 1709. 4.* quo res Comitiorum, Regimenti Imperii, Conuentuum Electorum ac Principum, & Vicariatus Friderici III. Sapientis, Electoris Saxoniæ, commemorauit. Cui successit *Reichs-Tags-Theatrum, wie selbiges unter Kaysers Maximiliani I. allerhœchsten Regierung gestanden*, Pars Prima, *Ienæ 1718. f.* edita, Comitiorum

tiorum res & Acta ab An. 1486. ad 1496. refert; Pars vero Secunda *Ienæ 1719. f.* edita, ab hoc An. 1496. ad An. 1500. pertingit, in reliquis huius Imperatoris Comitiis illustrandis iam strenue occupatus est Vir celeberrimus seruatque iam elaboratos Tomos: *III.* qui Comitia Anni 1500. *IV.* qui Annos 1501. 1502. 1503. 1504. *V.* 1505. 1506. 1507. *VI.* 1508. & 1509. *VII.* 1510. & 1511. sistunt. In adornando Tomo *VII.* cui res anni 1512. ad 1515. destinatæ, elaborauit, designauitque operi nobilissimo præter hos Tomum *IX.* 1516. & 1517. & Tomum *X.* A. 1518. & 1519. *XI.* demum Tomus vniuersali Indici est destinatus. Quam notitiam literis amplissimi Viri debemus. Cui operi tamen immortuus est, quæque restant ab hæredibus seruantur. De *Maximiliano I. Imp. Pontificatum adfectante* cultissimam dedit Dissertationem, quæ singularia multa refert summe venerabilis ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS, quæ excusa *Ienæ 1716. 4.* In Bibliotheca Cæsarea, varii indice *Lambecio* extant Codices MSS. res Maximiliani I. illustrantes, nimirum: 1) *Volumen ingens Germanicum chartaceum*, quo continetur *Historia vitæ & rerum gestarum Imp. Friderici V. & Imp. Maximiliani I.* ab ipso Maximiliano I. prosa oratione composita a Secretario eius *Marco Treitzsauerwein ab Ehrentreitz* pure descripta atque elegantissimis figuris ligno incisis exornata, cuius operis titulus: *der weise Kœnig*; 2) *Volumen germanicum chartaceum*, quo continentur varia antiqua *monimenta* ad Imp. Maximiliani I. vitam & res gestas pertinentia, ex *ipsius dictantis ore* a *Secretario* eius anno 1512. excepta; 3) Descriptio *Triumphi*, quem Imp. *Maximilianus I.* in honorem & memoriam rerum a se gestarum habere voluit; Descriptio *Arcus triumphalis*, quem Imp. *Maximilianus* erigi voluit, in memo-

memoriam suæ pietatis & sacrarum suarum fundationum; Catalogus *cognatorum* & *affinium* Imp. Maximiliani I. secundum gradus cognationis & affinitatis; Catalogus *Imperatorum* & *Regum*, qui *bene* imperarunt; Catalogus *vrbium*, quas Imperator *Maximilianus I.* in Belgio, Burgundia, Austria inferiori, Italia, Goricia, & Carniola armis expugnauit; Catalogus *exercitiorum* aliquot *Equestrium* Imp. *Maximiliani I.* Catalogus *Librorum* ab ipso Imp. *Maximiliano I.* compositorum; *Maximiliani I.* inuenta quædam artis gladiatoriæ; Annotationes quædam miscellaneæ Maximiliani I. quas ex ore dictantis excepit eius Secretarius. Extant in eadem Bibliotheca alia quædam Maximiliani I. *Opuscula* quatuor, quorum tituli germanice: *Gærtnerey*, *Falcknerey*, *Iægerey*, *Kellerey;* Volumen, in quo continetur: *Descriptio omnium lacuum, piscium & amnium pisciferorum in Comitatibus Teriolensi & Goricensi* iussu Maximiliani I. composita a WOLFFGANGO HOHENLEITERO; Volumen, in quo continentur *variæ antiquæ tabulæ Topographicæ* ad res gestas Imp. *Maximiliani I.* pertinentes.

§. LXXXIV.

Scriptorum Rerum CAROLI V. Imp. magna sane est copia, quos *Caspar Sagittarius* Introductione ad *Historiam Ecclesiasticam Cap. XXIV. §. 53.* copiose diligenterque, atque illustris *Menckenius* Introductione, quæ Dissertationi ipsius de *Nauis Politicis Caroli V. Imp. Lipsiæ 1706. 4. editæ*, præmissa est, cum iudicio & selectu, recensuerunt. *Epitomen regii ac vetustissimi ortus Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Maiestatis* (Caroli V.) *& Ferdinandi Vngariæ & Bohemiæ Regis* HIERONYMVS GEBVILERVS edidit *Libris Sex*, *Haganoæ*

noæ 1530. 4. qui pro ætatis ratione, quo ſcripſit, fabulas multas admiſcuit. De *Caroli V. Genealogia* commentatus IOANNES GVILIELMVS RVCHIVS, *Antwerpiæ 1536. 8.* quam tamen non vidi. De *Electione & Coronatione Caroli V. Imp.* varia Scripta vtiliter collegit CHRISTIANVS EBERHARDVS, *Helmſtadii 1660. 4.* qua, *Georgii Sabini*, ſiue, quem verum auctorem laudant aliqui, *Philippi Melanchthonis* de electione hac & coronatione *Hiſtoria* comparet, ſequuntur inde Narrationes ex hiſtoricis eorum temporum de eadem, decerptæ & Acta varia publica. Talis Collectio etiam hoc titulo prodiit: *Selectum Hiſtoricum* h. e. HARTMANNI MAVRI & GEORGII SABINI *Deſcriptio Coronationis Caroli V.* acceſſit *Deſcriptio Coronationis eiusdem Imperatoris Bononiæ a Clemente VII. a. 1530., Francofurti 1612. 4.* Huiusmodi opuſcula varia, rerum vel ab ipſo Carolo V. vel imperante eo, geſtarum, ab inauguratione ſua ad abdicationem, Tomo *Secundo Schardiano* extant, cuius recenſionem exquire ſupra *781.* & in Tomo *Tertio Freberiano* vid. ſupra *p. 806. 807.* Pleniores rerum Caroli V. Commentarios certatim *Hiſpani*, *Itali*, *Belgæ*, & *Germani* dederunt. Inter *Hiſpanos* præcipuus *Prudentius* de *Sandoual*, Philippi III., Hiſtoricus, *Hiſtoria de la Vida y Hechos del Emperador Carlos V.* cuius princeps editio hiſpanice facta *Pampelonæ 1614.* 3. Vol. in fol. repetita *Amberes 1681.* 2. Voll. *f.* anglice per *Ioh. Steuens, Londini 1703. 8.* actionum Carolinarum ſingulares multas circumſtantias aperit, ita tamen vt adfectibus indulgeat omniaque probet & magni faciat more Hiſpanorum, dignam meritus cenſuram, quam in eum ingenioſiſſime exercuit Gallus ſcriptor magni nominis *la Mothe le Vayer* ſingulari Diſcurſu de hiſto-

ria

ria hac *operum* Tom. II. p. 139. Edit. in 8. Ex versione latina Historiæ Sandouali, quam fecit *Tocias Eberti* Professor Historiarum Francofurtanus vita & moribus Hispanus, prodiit Fragmentum sub titulo: *Historia Captiuitatis Francisci I. nec non vitæ Caroli V. in monasterio*, item LVDOVICI de CABRERA de Cordua *Relatio vitæ mortisque Caroli Infantis Philippi II. R. H. Mediolani* siue potius *Amstelodami 1715. 8.* PETRVS SALAZAR composuit *Cronica del Emperador Carlos V. Hispali 1552. f.* qui potissimum in Bello Smalkaldico enarrando occupatus fuit, sed adversus Protestantes animum hostilem prodidit. ANTONII de VERA & FIGVEROA *Historia Caroli V.* hispanice scripta *Madriti 1613. 1624.* & *1654. 4.* prodiit in gallicum sermonem per *Perron le Hayer* translata & edita *Parisiis 1633. 4.* & *Bruxellis 1667. 12.* Ex *Italis* indicandi LVD. DOLCE *Vita di Carolo V. Imperadore, Venetia 1561. 4.* & ALPHONSO VLLOA *Vita di Carolo V. Imperadore, Venetia 1566. 4.* Inprimis vero GREGORIO LETI *Vita di Carolo V.* IV. Tomis, *Amstelodami 1700. 8.* IV. Voll. atque ex culta versione germanica *Iusti Gotthardi Rabeneri*, *Lipsiæ 1713. 8.* 2. Voll. qui singularia quidem multa annotauit, neque tamen in omnibus fides tuto ipsi haberi potest. Ineptiarum plenus est WILHELMVS ZENOCARVS vulgo *Snouckart* a *Schauwenburgo* Belga, *de vita, republica & moribus Caroli V. Antwerpiæ 1595. f.* de quo recte illustris *Menckenius* pronunciauit, ineptiorem librum haud facile editum vnquam fuisse; cuius fere commatis est *Ioannis Vorthusii Phœnix*, seu *Apotheosis consecrationis Augustæ, qua Caroli M. & Caroli V. res gestæ, consilia & euentus describuntur, Antwerpiæ 1562. 4.* Scribendi ratione se commendat *Iacobi Masenii* S. I. *Anima historiæ huius temporis*, h. e. *Historia Caroli V.* &

& Ferdinandi I. Coloniæ 1676. & 1709. 4. Mirifice res Caroli V. & S.R.I. illustrant ii Scriptores, qui vel *Bella*, vel *Comitia* & motus ob *Religionem* descripserunt. Perpetua fere *Bella* cum Francisco I. Galliarum Rege æmulo habebat. Quorsum pertinent: *Francisci Regis Galliarum Actitata per Legatos & Literas cum Imperii Principibus atque etiam separatim cum Fœderatis Smalkaldicis in diuersis Comitiis & aliter ab An. 1534. vsque ad annum 1543.* quæ Tomo III. *Freberiano f.* 347. seqq. extant. Similiter huc faciunt: *Epistolæ duæ, altera Clementis VII. Papæ ad Carolum V. altera Caroli V. responsoria a. 1527. & pro Carolo V. ad Epistolam Francisci I. Galliarum Regis ad Imperii Principes transmissam, nec non ad Apologiam Madriticæ Conventionis dissuasoriam Responsio*, Antwerpiæ 1527. 8. Eiusdem argumenti est: *Recueil d' aucunes Lettres & ecritures par les quelles se comprend la verite des choses passees entre l' Empereur Charles V. & Francois I.* Antwerpiæ *1536. 4.* De gestis Exercitus Cæsarei aduersus Pontificem Clementem VII. varii extant Scriptores: CAESARIS nimirum GLORIERII *Historia expugnatæ & direptæ vrbis Romæ per exercitum Caroli V, Parisiis 1538. 4.* item: *Commentarius* Anonymi *captæ vrbis, Ductore Carolo Borbonio, Parisiis 1538. 4. Ausführlicher Bericht von Eroberung der Stadt Rom, Francofurti 1625. 4.* Narratio *de direptione expugnatæ vrbis Romæ ab exercitu Caroli V.* versa ex italico in latinum per *Casparem Barthium, Cygneæ 1660. 8.* & inprimis ADAMI REISNERI Commentarius vernaculo sermone *scriptus de vita & rebus gestis Georgii & Casparis Frundsbergiorum* Dominorum in Mundelheim, qui ordines in exercitu Cæsareo ducebant *Francofurti 1568. f.* vbi sane singularia multa ex ore & annotationibus MSC. horum virorum, obseruata.

De

De Expeditionibus Cæſaris *Africanis* habemus *Rerum a Carolo V. in Africa bello geſtarum a. 1535. & ſeqq. Commentarios, ex variis Scriptoribus in vnum congeſtos*, edente CORNELIO SCEPPERO, *Antwerpiæ 1554. 4.* & *ibid. 1555. 8.* qua collectione *Ioa. Chriſtophori Calueti Stellæ; Ioannis Etropii; Nicolai Villagogni; Pauli Iouii*, de his bellis narrationes extant, quas & Tomo II. *Schardiano*, cum aliis reperies. De *Morini* ſeu *Terouanæ & Hedini expugnatione*, Narratio, in ſecunda iam indicatæ Collectionis editione adiecta habetur, quæ & ſingillatim *Antwerpiæ 1558. 8.* fuit edita. ANTONII de MUSICA Antwerpiani, *Commentarios rerum ab Imp. Carolo V. apud S. Digerium geſtarum* ad Henricum VIII. Angliæ Regem ſcriptos, e Codice Bibliothecæ Regiæ Londinenſis *Scriptorum Rerum Germ. & Sax.* inſeruit *Menckenius* Tom. I. *f. 1289.* Leuis momenti eſt CORNELII SCRIB. GRAPHEI *Deſcriptio Pacis inter Carolum V. & Franciſcum I. ad Aquas mortuas initæ*, carmine facta, *Antwerpiæ 1540. 8.* De *congreſſu Bononienſi Caroli V. & Clementis Pontificis Rom.* Oratio PAULI DUMERICHII extat *Wittebergæ 1559. 8.* habita. De Tumultibus *Monaſterienſibus*, varios Scriptores ſeruat Tomus II. *Schardianus*; De Bello vero *Ruſticano*, Tomo III. Freheri ſupra *p. 808.* & T. II. Schardii ſupr. *p. 742.* *Gnodalii Hiſtoria ruſticorum Tumultuum*, quæ l. c. Schardianæ Collectionis extat in germanicum tranſlata per *Iacobum Schlüſſerum*, prodiit *Baſileæ 1575. f.* Res religionis cauſſa in Germania motas, exortasque hac occaſione grauiſſimas controuerſias, nobilioremque hiſtoriæ Carolinæ partem ex actis publicis, Archiuis Proteſtantium & Senatus Argentoratenſis, relatione ſummorum virorum, qui negotiis interfuerant, *Ia-*

cobi

cobi Sturmii inprimis, summa fide, prudentia, accuratione & culto stilo complexus IOANNES SLEIDANVS *Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicæ Carolo V. Cæsare* Libris XXVI. quibus lectu dignissimam Apologiam præmisit. Varie quidem de fide Sleidani iudicatum fuit, notæque sunt Caroli V. & *Carolouitii* Administri Mauritiani, sententiæ, quam posteriorem memorat *Matthæus Dresserus* Oratione *de ordine, veritate, & vsu in Historiarum lectione spectando*, sed triumphauit veritas, & qui acta eorum temporum vel leuiter inspexerit, de fide Sleidani, qui ob eandem in summis vitæ periculis fuit, non dubitabit. Editum sæpiuscule nobilissimum opus, in quibusdam Editionibus quoque ex bibliopolarum forte consilio mutationes factæ. Præstantissimæ Editiones *Argentorati 1555.* in f. & 8. sumtu *Ribelii* factæ, cumprimis vero illæ quoad quotidianum vsum præstant, quæ annotationes & remissiones marginales habent, ideo necessariæ, cum per seriem annalium scripti hi Commentarii, ideoque narrationes negotii cuiusdam diuersis sub annis requirendæ. Vernacula lingua prodiit ex versione & cum continuatione *Gotthardi Arthusii*, ad an. C. 1518. *Francofurti 1618. f.* & *Oseæ Schadæi* Argentoratensis in cathedrali templo Diaconi, Supplemento, *Francofurti 1620. f.* qui sua fere ex *Thuano continuato*, in Francofurtana editione adiecto, desumsit. Sleidano iungendus omnino VITI LVDOVICI a SECKENDORF Equitis Franci & Consiliarii intimi Saxonici & Brandenburgici immortaliter meriti *Commentarius Historicus & Apologeticus de Lutheranismo* siue *de Reformatione Religionis*, *Ludouici Maimburgii* Iesuitæ *Historiæ Lutheranismi* Libris tribus oppositus, ex Archiuis Saxonicis

maximam partem & tot scriptis coæuis, quæ ex parte fere perierunt, magna itidem integritate & prudentia deductus, vbi de rebus Caroli V. & consiliis, moribus itidem multæ & has inter arcanæ quandoque expositiones adnotatæ, editus hic commentarius, *Lipsiæ 1692. f.* In germanica versione, quam *Elias Frickius* curauit, *Lipsiæ 1714. 4.* accesserunt quidem ad res religionis singulares quædam narrationes, sed ea, quæ huc faciunt, maiore ex parte fuere omissa, vt adeo Latina editio princeps sit & fidem mereatur. Præclarum Seckendorffianæ Historiæ Supplementum ex Archiuo Vinariensi parauit IOANNES IOACHIMVS MÜLLERVS *Historie von der Euangelischen Stande Protestation und Appellation wieder und von dem Reichs-Abschiede zu Speyer 1529. dann der darauf erfolgten Legation in Spanien; wie auch ferner dem zu Augspurg auf dem Reichstage 1530. übergebenen Glaubens-Bekentniß die Augspurgische Confession genannt, Ienæ 1705. 4.* Ad Comitiorum Augustanorum an. 1530. historiam, quod ad res inprimis religionis varia singularia acta compilauit GEORGIVS COELESTINVS Ecclesiæ Coloniensis in Marchia Præpositus *Historia Comitiorum Anno 1530. Augustæ celebratorum, Francofordiæ cis Viadrum 1577. f.* *Quatuor Tomis* vno Volumine, qua præcipuas de religione deliberationes, consilia, postulata, responsa, pacis & concordiæ media, pompas, inuestiturarum maxime, Epistolas caussam religionis concernentes, & tam Pontificiorum, quam Euangelicorum Scripta varia, exhibet. Magni non minus momenti in Caroli V. rebus germanicis exponendis vtilissima illa est Collectio, quam FRIDERICVS HORTLEDERVS, Consiliarius Vinariensis, magna cura adornauit, illustrauit obseruationibus

bus & eruditis notulis atque inscripsit: *Handlungen und Ausschreiben von Vrsachen des Teutschen Kriegs, unter Carln V. im Iahr 1546. und 1547. Francofurti ad Mœnum 1617. & 1618. f.* duobus spissis Voluminibus. Referunt ea optimo ordine, publicos libellos in controuersiis eorum temporum a partibus expositos, quos multis adnotationibus historicis harum rerum peritissimus in luce posuit, varias Consultationes Theologorum, ICtorum & Politicorum de Reformatione, Concilio, Secularisatione Bonorum Ecclesiasticorum, Potestate & Iuribus Cæsaris, Subiectione & Officiis Ordinum, insunt de Bello Smalkaldico & inde exortis turbis variæ consultationes, narrationes, multaque alia eorum temporum Acta publica; quumque libellos, in forma vt vocant, integros dedisset bona fide, eo stilo, licet quandoque acerbo satis, quo primum conscriptæ fuerant, ægre tulit iteratam horum editionem Dux Brunsuicensis, vtque supprimeretur omnis ea compilatio postulabat, *Hortledero* institutum grauiter defendente, vti ex *Electis Iuris Publici*, *Ienæ* in octauo editis, Tomo V. patet. Locupletior editio, in qua tamen acerbiora quædam omissa, plurimæ vero notæ Hortlederianæ & Acta quædam accesserunt, curante genero ipsius *Zacharia Prüschenckio*, *Gothæ 1645. f.* duobus itidem Voluminibus, edita est, cœpta quoque Continuatio *Motus Grumbachianos* potissimum exhibens, quæ tamen iussu publico inhibita, & quæ iam prelo exierant, suppressa fuere. Ceteri *Belli Smalkaldici* scriptores, sed non ea fide sunt LVDOVICVS ab AVILA & *Zunniga* Militiæ Alcantarensis Præfectus, de quo multum sibi gratulatus Cæsar, quique nihil quod ad laudem eius pertinet prætermisit,

termisit, sed Germanicæ nationi infestus fuit *Commentariorum de Bello Germanico, a Carolo V. Cæsare maximo gesto* Libris duobus, hispanice scriptis & latine redditis ac editis *Antwerpiæ 1550. 8.* HIERONYMVS FALETVS de eodem Bello exposuit *Venetiis 1572. 8.* & LAMBERTVS HORTENSIVS, Montfortius, de *Bello Germanico Libris VII. Basileæ 1560. 4.* qui & Tomo II. Schardiano illati; IOACHIMVS CAMERARIVS græce scripta *Narratione*, quæ cum interpretatione *Simonis Stenii* Tomo II. *Freberiano* extat; IOANNES demum PEDIONEVS de *Bello Germanico* Libro carminico, *Ingolstadii 1547. 4.* Faciunt huc quoque NICOLAI MAMERANI Fecialis Cæsarei *Catalogus Expeditionis rebellium Principum ac Civitatum Germaniæ sub Ioanne Friderico & Philippo contra Carolum V. A. 1546. Coloniæ 1550. 8.* Eiusdemque *Iter Cæsaris ex inferiore Germania vsque Augustam Rhæticam an. 1545-1547. Augustæ Vindelicorum 1647. 8.* Belli *Magdeburgici Historiam* ab an. 1550. ad 1551. composuit SEBASTIANVS BESSELMEIER, quam Tomo II. Schardiano reperias. Præstat vero HENRICI MERCKELII, Secretarii Ciuitatis, qui omnibus consiliis interfuit *Warhafftiger ausführlicher und gründlicher Bericht von der alten Stadt Magdeburg Belagerung* germanice *Magdeburgi 1587. 4.* quo libro sane multa singularia de Carolo V. inprimis de causis Abdicationis obseruauit. De *Bello Imperatori Carolo V. a Mauritio illato* erudita extat Disquisitio IOA. CHRISTOPHORI BARTENSTEINII, *Argentorati 1710. 4.* Qui ex immoderato religionis zelo Sleidani Commentariis, alios de *rebus in orbe gestis ab anno 1500. ad 1566.* opposuit LAVRENTIVS SVRIVS, *Coloniæ 1566. & 1574. 8.* editos, vel a suis, pro mendace habitus fuit, & vix

pre-

precibus & lacrymis censuram publicam auertere potuit. *De Historia abdicationis & renunciationis Imperii & regnorum a Carolo V. facta Anno 1553.* & electionis *Ferdinandi* rerumque, quæ inter vtrumque gestæ exposuit WILHELMVS GODELEVAEVS, qui & Tomo II. Schardiano extat. De *Morte Caroli V. Imperatoris Euangelica* collectam e variis auctoribus Dissertationem ad *Ioa. Adamum Osiandrum* scripsit IOANNES FRIDERICVS MAYERVS, *Gryphiswaldiæ 4.* editam. Quædam de hoc obitu attigit GEORGIVS HENRICVS GOEZIVS Dissertatione de *Imperatoribus Romano-Germanicis, qui fidem Luthero-Euangelicam morte confirmarunt, Dresdæ & Lipsiæ 1701. 4.* Virtutes & res Caroli V. doctorum virorum Orationibus quoque celebratæ, quales in SCHARDII *Orationum Funebrium* Tomo I. prostant, nimirum *Andreæ Rapitii p. 256. Francisci Robortelli p. 144. Ioa. Baptistæ Hadriani p. 270. Ludouici Madrucii p. 129. Pauli Fabricii p. 237.* cum multis doctissimorum virorum carminibus. *Anonymi* & *Ioannis Antonii Viperani* Laudationes Tomo III. *Freberiano* habes. *Anatolii* des *Barres, Immortalitas Caroli V. Louanii 1559. 12.* edita, atque a *Ludouico Dulci* italice expressa. Egregia & quæ singulares aliquot de vita moribusque circumstantias refert est clarissimi historici DAVIDIS CHYTRAEI Oratio *de Carolo V. Imp.* quæ inter Orationes iunctim *Hanouiæ 1614. 8.* editas prima est, & antea cum aliis de Ferdinando I. & Maximiliano II. *Wittebergæ 1583. 8.* prodierat. IOANNIS MICHAELIS BRVTI Panegyricus *de rebus Caroli V. Antwerpiæ 1558 8.* & in Collectione *Schardii p. 190.* De Exequiarum *Caroli V. Imp.* & *Mariæ Hungaricæ* sororis solennibus *Augustæ* habitis extat singularis Narratio *Augustæ V. 1559. 4.* edita.

edita. GEORGII EDERI Oratio funebris pro *D. Carolo Romanorum Imperatore*, reperitur inter *Orationes funebres in morte Pontificum, Imperatorum &c. Hanouiæ 1613. 8. p. 241.* quæ in Schardiana Collectione p. *215.* extat. Licet autem omnes harum orationum in laudes Principum dictæ fidem historicam non habeant, insunt tamen iisdem singulares quandoque circumstantiæ, quas alibi haut reperias, qua de caussa eas omittere nolui.

§. LXXXV.

FERDINANDI I. Imp. elegantem animi corporisque, qualis nempe ætate virili erat, nam feruidior eius iuuentus, descriptionem dedit AVGERIVS GISLENIVS BVSBEQVIVS, vir prudentissimus & Cæsaris ad Aulam Turcicam legatus, *Epistola Itineraria Turcica IV.* p. m. 300. Edit. ap. Wechel. hered. in 8. Varias de rebus motibusque in Imperio, gubernante Ferdinando, ortis, Narrationes inprimis *Simonis Schardii Epitomen rerum gestarum sub Ferdinando I.* ab anno 1558. ad an. 1564. exquire supra p. *786.* Tomo III. *Schardiano.* De *Ferdinando Cæsare Archi-Duce Austriæ* Oratio, quæ DAVIDEM CHYTRAEVM auctorem habet, eiusque inter *Orationes p. 41.* comparet, a *Sigismundo a Sarav* vero recitata fuit, veræ historiæ laudem meretur. MICHAELIS CASPARIS LVNDORPII *Continuatio Sleidani ab anno 1555. vsque ad 1610*, Tomis Tribus *Francofurti 1619. 8.* edita, res quidem Imperii, Hungaricas & prouinciarum hereditariarum memorat, sed non ea accuratione, iudicio, prudentia, nec ea stili concinnitate, qua scripserat Sleidanus. Res bellicæ in Hungaria, cumprimis aduersus Turcas patent ex MEL-

CHIORIS

CHIORIS SOITERI de VINDA *Belli Hungarici Libris II*; IO. MARTINI STELLAE *de Turcarum in Vngaria successibus An. 1543. & 1544*; WOLFFGANGI LAZII *rei contra Turcas An. 1556. gestae breui Descriptione*; BASILII IOA. HEROLDI *rerum contra Turcas a. 1556. gestarum historiola*; PETRI BIZARI *Bello Pannonico An. 1556.* quae Scripta omnia inter BONGARSII *Scriptores Rerum Hungaricarum* reperiuntur, quaedam eorum quoque *Tomo II.* Schardiano habentur. Res Ferdinandi I. exponere conati bini exteri ALPHONSVS VLLOA *Vita di Ferdinando I. Venetia 1565. 4.* & LVDOVICVS DOLCE *Vita di Ferdinando I. in Venegia 1568. 4.* sed in rebus Imperii & religionis ieiuni & parum accurati, copiosiores & fide magis digni *Sleidanus* & *Seckendorfius* iam laudati. Nescio, quae habeat scriptio IOANNIS IESSENII hoc titulo: *Progenies augusta diuorum Imperatorum Ferdinandi I. & Maximiliani II. Francofurti 1613. 8.* *Funebres* in Ferdinandum I. *Orationes* non omittendae, nimirum in excitata iam aliquoties *Schardiana* Collectione *Tomo I.* extant: *Iohannis Artopaei* Spirensis ICti, Friburgi Brisgoiae habita *p. 336*; *Francisci Forgatz* Episcopi Varadiensis, Caesarei Consiliarii, Viennae dicta *p. 349*. *Basilii Ioannis Heroldi* Caesaris, vt se nominat familiaris & Historici *p. 380.* qui & *pro rebus contra Turcam feliciter gestis* anno 1556. Panegyricum Ferdinando dixerat res eius ample commemorantem, quem inter *Orationes gratulatorias*, *Hanouiae 1613. 8.* iunctim editas, reperies.

§. LXXXVI.

Res sub MAXIMILIANO II. Imp. mitissimi ingenii Principe, gestas, per *Epitomen* exhi-

bere ab Anno 1565. ad Anni 1572. diem 21. Iulii conatus fuit SIMON SCHARDIVS, quæ cum aliis Scriptoribus de rebus Imperii & Hungariæ commemorantibus Tomo IV. *Schardiano* iam *p. 78.* indicatæ. Tomo vero II. laudatæ Schardianæ Collectionis varia de Electione Maximiliani II. in Regem Romanorum Acta & Orationes gratulatoriæ occurrunt, vide eas supra *p. 786.* quibus add. CHRISTOPHORI BRVNI de *Electione Maximiliani II.* gratulatio, *Monachii* 1566. 12. *Motuum Grumbachianorum* Acta annis 1566. 1567. 4. edita, a curiosis adseruantur, nam eorundem Collectio, quam *Prüschenckius* in supplementum operis *Hortlederiani* moliebatur, vti iam obseruaui, fuit suppressa. HVBERTI LANGVETI *Historica Descriptio suscepta a Casarea Maiestate executionis contra Sacri Romani Imperii rebelles eorumque Receptatorem: & capta vrbis Gotha, soloque æquati castri Grimmenstein, Anno Domini M. D. LXVII. XIII. April*, quæ in 4. & 8. latine, & germanice in 4. singillatim edita fuerat, a *Schardio* quoque auctoris nomine haut indicato Tomo IV. illata, eam *Wilhelmus Ernestus Tenzelius* Supplementis reliquis Historiæ Gothanæ ab anno 1440. ad 1700. addidit, breuiterque de fatalibus his motibus commemorauit, quæ *Supplementa* cum Præfatione summe venerabilis *Ernesti Salomonis Cypriani*, *Iena* 1716. 4. prodierunt. Laudes optimi Cæsaris, sed admixtis parum apte aliis, commemorauit BASILIVS IOANNES HEROLDVS, qui in excitatis *Orationibus gratulatoriis* p. 255. comparet. Melior & prudenter magis scripta DAVIDIS CHYTRAEI Oratio *de Maximiliano II. Imperatore Augusto*, dicta a *Ioanne Cyriaco* Barone a *Polheim* & *Wartenburg*, quæ inter ceteras *Chytrai* Orationes p. 61. legitur. Culto stilo

scripta

ſcripta PETRI VICTORII in *Maximilianum II. Cæſarem mortuum*, Florentiæ 1574. habita inter *Orationes funebres*, Hanouiæ 1613. 8. editas p. *391.* IOANNIS IVSTINIANI *Commentariolum memorabilem facti Maximiliani Bohemiæ Regis*, *Baſileæ 1554. 12.* atque ALPHONSI VLLOA *Beſchreibung des letzten Vngariſchen Zugs Kayſer Maximiliani II. wieder Solimannum*, *Baſileæ 1568. 4.* & IOANNIS HANTSCHMANNI *de Symbolo Maximiliani II. Dominus prouidebit* Libros II. *Lipſiæ 1591. 4.* non vidi, annotare tamen aliorum fidem ſecutus, volui.

§. LXXXVII.

Ingenium & mores RVDOLPHI II. Imp. magna libertate delineauit DANIEL EREMITA, *Itinere Germanico*, quod primum *Statui particulari regiminis Ferdinandi II. Imp.* in Belgio *1637.* in 24. excuſo, inde *Opuſculis* eius *variis* cum Præfatione *Ioannis Georgii Grævii*, *Vltraiecti 1701.* 8. editis, acceſſit: Eosdem mores & res Imperii exhibuit Diſſertatione Academica IMMANVEL WEBERVS *de Rudolpho II. Rom. Imp. Gieſſæ 1707. 4.* Opuſculum non magni momenti eſt ABRAHAMI HOSMANNI *Klag- und Trauer-Schreiben wegen tœdlichen Abtritts Rœmiſch-Kayſerlicher Maieſtat Rudolphi II. Lipſiæ 1612. 4.* AVBERTI MIRAEI *Laudatio funebris Rudolphi II. Imp. Aug.* in Orationibus Funebribus *Hanouianis p. 516.* extat. *Codicem Epiſtolarum Rudolphi II.* in Syntagmate Rerum Germanicarum promiſit quidem *Lambecius*, ſed non dedit. *Augerii Giſlenii Busbequii Epiſtolæ*, quas Legatus in Aulam Gallicam ad Rudolphum II. ſcripſit, exhibentur in Editione Operum *Busbequii Elzeuiriana*, *Lugduni Batauorum 1634.* in 24. vt & in *Lipſienſi*, quæ in 12. prodiit.

§. LXXXVIII.

Ad res MATTHIAE Imp. enarrandas faciunt Liber inscriptus: *Actus Electionis & Coronationis Matthiæ atque Annæ Austriacæ, Francofurti ad Mœnum 1612. 4.* editus, & BERNHARDI PRAETORII de *electione & coronatione Matthiæ Imp. Commentarius, Norибergæ 1617. 4.* atque IESSENII Coronatio *Matthiæ Regis Hungariæ, Hamburgi 1609. 4.* Selecta est *Sylloge Rerum præcipuarum tempore Matthiæ Cæsaris in Europa,* (Germania maxime) *gestarum* forma Dissertationis exhibita ab IMMANVELE WEBERO, *Giessæ 1701. 4.* quæ *ibid. 1721.* recusa. Laudavit eum mortuum insigni Oratione PETRVS VICTORIVS, quæ *Florentiæ 1619. 4.* edita. Sub hoc Imperatore non grauissimæ solum controversiæ in Germania iam sub Rudolpho II. fratre motæ, fuere continuatæ, sed turbæ quoque fatales *Bohemicæ* exortæ, *quarum gratia tantus,* eruditissimi *Christiani Gryphii* verbis scribo, *Schediasmatum, dissertationum, narrationum & satyrarum prodiit cumulus, vt vel Anthæus, aut Enceladus quidam sub eorum onere ingemiscat.* Vir autem ille doctissimus, qui Bibliothecæ *Logauianæ* in argumento historico instructissimæ, Vinariam postea translatæ, præerat, præcipuos & lectu maxime dignos, sine odio & gratia indicavit & recensuit in laborioso *Apparatu,* siue *Dissertatione Isagogica de Scriptoribus Historiam Seculi XVII. illustrantibus,* quæ *Lipsiæ 1710. 8.* edita fuit *Capite II. §. X. p. 88. seqq.* & §. *XI. p. 97. seqq.* Proposuerat sibi *Fridericus Hortlederus* de motibus Bohemicis amplam Collectionem, qua de caussa omnia, quæ haberi poterant, conquisiuit diligenter, quæ collectanea in illustris viri *Ioannis Ludouici Zollmanni,* Consiliarii Saxonici Ducalis intimi, Bibliotheca vidi. Multa quidem in

MI-

MICHAELIS CASPARIS LVNDORPII *Acta publica* idiomate potissimum germanico, *Francofurti ad Mœnum 1622. 1623,* apud *Iohannem Fridericum Weiß IV. Tomis*, vno volumine in *4.* illata fuere, sed plura acerbioris maxime stili & argumenti ibi vix reperias, nec in iteratis & spissioribus voluminibus laudatæ Collectionis, quæ recensentur cum suis Continuationibus *Bibliothecæ Iuris Selectæ* Struuianæ *Cap. XIV. §. VII. p. 558.* Hic tamen non omittendum ex actis stilo historico, sed non accurato & iudicioso scriptum eiusdem LVNDORPII *Bellum Sexennale Ciuile Germanicum siue Annalium & Commentariorum historicorum nostri temporis de Statu Religionis & Reipublicæ* Libri III. ab A. C. 1617. ad an. *1623. Francofurti 1623. 4.* an ab eo diuersum sit eiusdem Viri, quod excitatur scriptum hoc titulo: *De Belli Bohemo-Germanici initio, causa & progressu, cum Actis publicis, Francofurti 1621. 4.* adfirmare haut possum, vltimum enim non vidi. Ceteros huius motus Scriptoribus Belli Germanici, quod sub Ferdinando II. flagrauit, iungam.

FERDINANDI II Imperium, consilia, bella, multi Scriptores illustrarunt, ex quibus tamen omnes dare instituti huius ratio non permittit. De ipsius *parentela, electione & coronatione in Regem Romanorum* Libros tres composuit IOANNES FRIDERICVS MATENESIVS *Coloniæ 1621. 4.* Virtutes obseruauit, qui a sacris confessionibus fuit socius Iesu GVILIELMVS LAMORMAINVS, *Viennæ* mox post obitum Augusti, germanice 1637. 4. libello edito *Virtutes Ferdinandi II.* inscripto, qui recusus latine *Coloniæ 1639. 24.* & iterum *ibid. 1658.* cum inscriptione *Idea Principis Christiani;* & *hispanice Madriti* 1640. Hispanus *anonymus* patrio sermone *Formam*

mam Austriacam seu Vitam *Ferdinandi II. Barcinone 1648.* in *8.* edidit. Sed hæc minoris momenti. Maiori apparatu conditi a viro rerum Ferdinandi II. peritiſſimo & Legationibus maxime Hiſpanicis adhibito FRANCISCO CHRISTOPHORO Comite KHEVENHVLLER, *Annales Ferdinandei* ab Anno 1598. ad An. 1639. compoſiti,iisque qua erat prudentia non tantum ea, quæ ad vitam & imperium Cæſaris facere videbantur, ſed & de grauiſſimis negotiis habitas conſultationes, inſtructiones, vitas illuſtrium perſonarum, maxime Domus Auſtriacæ adminiſtrorum & belli ducum, & nobilem hiſtoriæ vniuerſalis Europeæ eius æui partem intulit. Expreſſa formis primum ob arcanas res, quæ tum hoc opere continebantur pauca exempla, multi 40 tantum impreſſa volunt, alii & hunc numerum minuunt. Tomi IX. *Ratisbonæ* partim *Viennæ* formis impreſſi IX. vero non fuit plene abſolutus; *Tres* vero *Tomi* MSCti cum in heredum manibus, tum in Cæſarea Bibliotheca, cum cura adſeruati. De raritate horum *Tomorum*, œconomia, pretio & fatis exemplarium quorundam videantur *Acta Eruditorum*, quæ germanico ſtilo *Lipſiæ* edita, *P. XV. p. 185.* & *Ioachimi Friderici Felleri* Monumenta varia inedita *Trimeſtri I. p. 37.* Cum nulla fere rariſſimi ſane operis edendi ſpes eſſe videretur, expleuit præter opinionem eandem, venia impetrata, *Weidemannus* Bibliopola Lipſienſis percelebris nominis, atque impreſſos *IX.* & *tres* manu exaratos, ſplendide procuratos typis dedit, hoc elogio: *Annales Ferdinandei, oder wahrhaffte Beſchreibung Kayſer Ferdinandi II. Thaten* XII. Tomis, *Lipſia 1721. 1726.* ſiue X. Voluminibus, cum multis figuris æneis maxime imaginibus illuſtrium virorum & fœminarum. De geſtis bellicis Bohemo-
Germa-

Germanicis, arcte connexis, intermixtis tamen rebus ciuilibus sequentes commemorarunt. Ad *Bellum Bohemicum* maxime faciunt ANDREAE ab HABERNFELD, auctoris personati *Bellum Bohemicum*, *Lugduni Batauorum 1646. 24.* Austriacis addictus AVBERTVS MIRAEVS *Historia Belli Bohemici*, *Lugd. Bat. 1621. 12.* & cum auctuario *Coloniae 1622. 8.* cui adiungendus NICOLAVS BELLVS *im Oesterreichischen Lorbeer-Krantz*, Libris XII. ab anno 1617. ad an. 1627. qui *Francofurti ad Moenum 1627. f.* sermone patrio & latino editus cum multis figuris. Edita, ni fallor, antea haec Laurea Austriaca, erat sub titulo: NICOLAI BELLI *Historische Beschreibung aller denckwürdigen Sachen unter der Regierung der Kayser Matthiae und Ferdinandi II. von 1617. bis 1625*, *Franckfurt 1625. f.* quae inde continuata fuit hoc elogio: *Belli Kriegs- und Friedens-Handlung Ferdinandi II. und III. von 1629. bis 1640*, insertis variis Actis publicis, *Francofurti 1640. f.* Prodiit & minori forma & compendio quasi NICOLAI BELLI *Kayserlicher Triumph-Wagen und Victoria*, & in ipso textu inscriptionem habet: *Teutscher Nation und Kriegs Helden-Buch*, & res bellicas maxime ab anno 1617. ad an. 1631. refert, *Francofurti ad Moenum 1632. 4.* Bibliopolae enim cum res nouae essent varios titulos & formas huiuscemodi historicis relationibus dederunt. Bohemicas & Germanicas res spissis voluminibus complexus IOANNES PETRVS LOTICHIVS *de rebus Germanicis ab anno 1617. ad an. 1643.* inscriptis, sed iudicibus magnis viris parum apte & prudenter sunt exarata, prodierunt cum figuris aeneis, quae tamen & aliis huius argumenti insertae, *Francofurti* Tomus I. *1646.* Tomus II. *1650. f.* Amplis his voluminibus praefero minutulum libellum,

bellum, ſed magno iudicio & ſingulari libertate ſcriptum, quem PAPPO, Canonico Conſtantienſi, tribuunt, inſcriptum: *Epitome Rerum Germanicarum ab Anno MDCXVII. ad An. MDCXLIV. geſtarum.* An. Chriſti 1644. ſine loci mentione in *24.* editum. Adiungenda ob ſingulares narrationes omnino *Ambaſſade des Meſſieurs le Duc de Angouleſme & de Chateauneuf, avec les Obſervations Politiques de Mr. de Bethune, Paris 1667. f.* liber certe egregius, ex quo patet, quibus conſiliis & artibus adminiſtri hi ad Ferdinandum II. Imp. & Principes Germaniæ miſſi, Principes Vnioni Euangelicæ addictos diſtraxerint, Pactumque Vlmenſe Friderico V. Palatino & Bohemis fatale, procuraverint. Iam ii commemorandi, qui *Belli* per omnem Germaniam geſti, coniunctorumque negotiorum politicorum commentarios ſcripſerunt, probe ſecundum partes, quibus fuere addicti, ſecernendi. E Cæſaris & Pontificiorum partibus ſunt EVERHARDVS WASSENBERGIVS, Embricenſis, cuius *Florus Germanicus de Bello inter Imperatores Ferdinandos II. & III. & eorum hoſtes geſto, ab anno 1617. ad annum 1640. Francofurti 1640. 12.* & alibi editus, vulgaria ſaltim refert odioque totus in Froteſtantes flagrat, vix hic laudandus, ni germanica eius verſio *Francofurti* vel potius in Belgio *Amſtelodami 1647. 12.* edita fuiſſet, quæ tamen perrara eſt, cui *Furſtenbergii* Comitis, vel potius *Fuggeri* inſignis belli Ducis inter Cæſareanos, notæ & animaduerſiones acceſſerunt, qui maximis rebus adhibitus fuit, & pleraſque res, teſtis oculatus, commemorat, qua de cauſſa *Gryphius* l. c. Cimelii inſtar librum hunc habendum, putat. PETRVS BAPTISTA BVRGVS *de Bello Suecico Commentariorum* Libros tres ab anno 1618. ad an. 1632. ſcripſit candide,

dide, & cordate de virtutibus, hostium inprimis Gustaui Adolphi iudicans, editi sunt *Leodii* 1633. 4. & iterum ibid. 1643. 12. cum iconibus satis venustis, video & annotatam editionem *Coloniensem* 1644. 12. & translationem gallicam, *Parisiis* 1653. 8. editam, cuius auctor de *Maucroy* appellatur. JOSEPHI RICCII, Itali, Canonici regularis, *de Bellis Germanicis ab anno* 1618. *ad an.* 1648. Libri X. verbis magis quam rerum prudenti & fide digna expositione se legentibus commendant inque notitia Status Germanici parum versatus fuit, prodiere *Venetiis* 1649. 4. IACOBI DAMIANI *Bellum Germanicum, Duaci 1648. 4.* editum nunquam legi. Non adeo magni est momenti, a multis quidem laudata SIGISMVNDI FREYBERGERI, vel quisquis ille sit, *Germania perturbata & restaurata*, patrio stilo exposita V. Partibus *Francofurti 1650. 1653. 4. 2. Voll.* Ex Italis sequentes Bellum illud ferale, descripserunt, suosque commentarios variis meditationibus politicis ornarunt, nimirum: PIETRO POMO *de' Saggi d' Historia, overo Guerre di Germania dall' Invasione del Re di Svetia fino alla morte di Wallestein*, Venetia *1640. 4.* PAGANINO GAVDENTIO *le Singolarita delle Guerre di Germania*, Fiorenza *1640. 4.* MAIOLINO BISACCIONI *Memorie historiche della Mossa d' Armi di Gustavo Adolfo in Germania nel l' anno 1630*, Venetia 1642. 4. GALEAZZO GVALDO *Historia delle Guerre di Ferdinando II. & Ferdinando III. dall' anno 1630. fin all' anno 1636.* Venetia 1646. 4. & ALESSANDRO de NORIS *Guerre di Germania dall A. 1618. fino alla Pace di Lubeca*, Bologna 1640. 4. in ipsa tamen rerum bellicarum & politicarum expositione, rei Germanicæ non satis periti, impingere solent. Vitæ & fatorum *Wal-*

len-

lensteinii insignis imperatoris commemoratio magnam belli huius partem complectitur, cuius res exposuit GALEAZZO GVALDO *Historia della Vita d' Alberto Valstain Duca di Fridland*, *Lione 1643. 4.* cuius libri translationem latinam fecit *Iosuas Arndius*, adiectam vt plurimum Ducis *Robanei*, *Trutinae Statuum Europae*, quae ex ipsius interpretatione latina *Rostochii 1668. 8.* lucem vidit. Ex Protestantibus, singulari prudentia ac stili grauitate Bellum & nexas actionibus militaribus res exposuit, qui alias sub *Hyppolithi a Lapide* larua latet, Christinae Suecorum Reginae germanicus Historiographus BOGISLAFF PHILIPPVS a CHEMNIZ, qui *Historiam belli a Gustauo Adolpho gesti Königlichen Schwedischen in Teutschland geführten Krieg* duobus voluminibus descriptam dedit. Volumen primum germanico idiomate *Stetini 1648. f.* lucem vidit, *eodemque anno* latine ab auctore conuersum, prodiit; *alterum*, quod ex *Axelii Oxenstiernae* rerum Suecicarum viuo & mortuo Rege in Germania arbitri, commentariis desumtum, *Holmiae 1653. f.* nitide excusum & ad annum 1636. vsque Suecorum res memorat, primum & rerum grauitate & stili nitore vincit & non semper est obuium. Reliqua Historiae huius Chemnitianae volumina formis non fuere expressa, sed in Archiuo regio adseruata, visa sine dubio & tractata cum ceteris egregiis subsidiis a SAMVELE PVFENDORFIO, qui vere pragmaticos *Commentariorum de rebus Suecicis* Libros XXVI. magna prudentia concinnauit, ab expeditione Gustaui Adolfi Regis in Germaniam ad abdicationem vsque Christinae, iisdemque & Belli & Pacis Westfalicae Historiam complexus, quod opus quoad elaborationis diligentiam cetera Pufendorfiana historici argumenti opera vincit, editum

Vltra-

Vltraiecti 1686. f. & recusum Francofurti *f.* vtraque editio a mendis typographicis non libera. Versio germanica parum diligenter & venuste est facta. Magni Herois *Bernhardi*, Ducis Saxo-Vinariensis, res gestas consignarunt MATTHAEVS LVNGWITIVS, germanico stilo *Lipsiae 1634. 4.* & GEORGIVS ENGELSÜSS, Concionator Castrensis, opusculo: *Weimarischer Feldzug Herzog Bernhards, Francofurti 1648. 8. Bernhardum* quoque *Magnum* breui Dissertatione historica proposuit IOANNES CHRISTIANVS LINCK, *Ienae 1672. 4.* Sed hae scriptiones non respondent magnitudini rerum gestarum *Bernhardi.* Singularia magis promunt *Aduersaria* illa *Historica, quibus Bernhardi Magni Ducis. Saxoniae Vinariensis vita & Germanici Suecorum Belli funestissima Periodus illustrantur*, quae ex Tabulario Gothano edidit summe venerabilis ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS, *Gothae 1729. f.* Consecrationi Ernesti Pii a Serenissimo Friderico II. Gothano peractae, addita. Copiosas, saepe tamen contrarias narrationes rerum Belli huius funesti, cuius tot Scriptores vsque huc indicaui, dant THEATRI, si ornatum externum spectes, satis splendidi EVROPAEI Tomi, qui ad annos fatalis huius tempestatis pertinent. Vastae huius farraginis, cuius ab an. 1617. XX. Tomi f. elegantissimis *Matthaei Meriani* figuris aeneis cumprimis priores exornati, prostant, varii fuere collectores, dispar inde elaboratio. *Primus* Tomus, qui a *Iohanne Philippo Abelino* editus, sua laude non caret, iudice *Gryphio*; sic *Tomum II.* cuius auctor *Ioa. Georgius Schlederus* plane contemnendum esse negat; Ast in *Tomo III.* editoribus haerere aquam putat, & *Tomum V.* tam malum esse, vt annalibus Volusianis merito comparari possit, ex nunciis hebdomadariis

vel nouellis tam inepte contextus, vt ſæpe repugnantia ſtatuat. Nec a reliquis eſt, quod multum tibi boni promittas, cum vt plurimum ex relationibus, vt appellant, ſemeſtralibus Francofurtenſium & Lipſienſium conſarcinati ſint. Excipiendi tamen Tomi recentiores XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. quos maxime reuerendus *Schneiderus*, Paſtor tum Laubacenſium primarius, compilauit, qui ad quædam volumina adornanda inſignia ſubſidia accepit ex apparatu actorum illuſtriſſimi Comitis FRIDERICI ERNESTI de SOLMS, Cameræ Præſidis, qui, dum viueret, & iuſtitiæ ſtator & literarum promotor erat. Ampliſſimæ huic collectioni, ſubiungimus binos libellos, ex quibus ſingulares multarum ſub imperio *Ferdinandi II.* momentoſarum rerum circumſtantiæ patent. CAROLI ſcilicet CARAFAE, Epiſcopi Auerſani, Nuncii Apoſtolici in Aula Ferdinandi II. *Germaniam Sacram reſtauratam*, quæ a Carafa ipſo ad annum 1629. eſt continuata. *Prima* Editio, ſi verbis crederes *Coloniæ Agrippinæ* apud *Cornelium* ab *Egmond*, *1639. 8.* procurata, vere, nitidiſſimis typis Batauis excuſa, *altera* vero *Francofurti 1641. 12.* rudioribus quidem & oculo ingratis literis excuſa, ſed addita eſt *p. 405.* Continuatio, neſcioquo auctore, quam *Partem ſecundam* appellant vsque ad annum *1641.* Certe, hic Carafæ liber dignus eſt, qui cum cura legatur, multa enim arcana conſilia, quorum erat particeps, aperuit, hinc parum gratiæ apud Pontificios iniit, quorum multi operam dederunt, vt ſupprimeretur; Alter libellus non vbiuis obuius, inſcribitur: *Status peculiaris Regiminis Ferdinandi II.* editus in Belgio *1632.* forma *24.* vt rebus publicis *Elzeuirianis* iungi poſſet. Quæ *Ferdinandum II.* inter & Ioan-

Ioannem Georgium I. Saxoniæ Electorem *Pragæ* *1635.* facta est *Pax*, magnis motibus & variis scriptis occasionem dedit, quæ inter acerbe quidem, erudite tamen scripta auctore IVSTO ASTERIO f. *Ioanne Stella*, *Deploratio Pacis Germanicæ*, siue *Dissertatio de Pace Pragensi tam infauste quam iniuste inita Pragæ Bohemorum*, *iuxta exemplar Lutetiæ Parisiorum*, vt titulus vult, excusa *1636. 4.* alios de hac *Pace* vide in *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV.* §. *XXV.* *p. 603.* Breuiter res Ferdinandi II. complexus Dissertatione Academica IMMANVEL WEBERVS *Sylloge rerum tempore Ferdinandi II. in Europa gestarum*, *Giessæ* *1713. 4.* *Funebres* & Panegyricæ *Orationes* plures in *Ferdinandum II.* habitæ, ex quibus notamus IOANNIS HAFFENECKERI Orationem Parentalem *in exequiis Ferdinandi II. Linzii 1637. 4.* AVGVSTINI MASCARDI *Romæ 1637. 4.* FERDINANDI MONTEGNANAE *Gracii 1636. 4.* & SYLVESTRI PETRA SANCTA *Romæ 1637. 4.*

§. LXXXIX.

Res bellicas & imperii FERDINANDI III. Imperatoris ex parte memorarunt laudati §. sup. Scriptores. *Pro electione eius in Regem Romanorum Ferdinandi III.* Discursum dixit ALEXANDER MACCHVS, *Mediolani 1637. 4.* Electioni ipsi acriter se opponebant Galli, a quibus auctore IVSTO ASTERIO siue *Ioanne Stella*, qui Residens Gallicus Argentorati erat, elegans sed acerbum nimis editum: *Examen Comitiorum Ratisbonensium* siue *Disquisitio Politica de nupera Electione nouissimi Regis Romanorum*, iuxta exemplar *Hanouiæ 1637. 4.* cui respondit PETRVS OSTERMANNVS *legitima corona Ferdinando III. Ratisbonæ imposita*, *seu Examine Comitiorum*, *Ratisbonæ* *1640. 4.* Multi nominis apud Italos scriptor Co-

mes GALEATIVS GVALDVS, (Galeazzo Gualdo) culto patrio ſtilo res præcipuas Ferdinandi III. Imp. commemorauit, *Hiſtoria di Ferdinando III.* Vienna *1672. f.* cum æneis figuris. EBERHARDVS WASSENBERGIVS Panegyricum ad Ferdinandum III. *de Pace & Bello* dedit *Coloniæ 1647. 12.* Æternam memoriam Ferdinando conciliauit *Pax Weſtphalica*, Palladium Germaniæ, cuius *Hiſtoriam* primus dedit TOBIAS PFANNERVS, Conſiliarius Saxonicus, multo iudicio, ſed non ea quam multi deſiderant ſtili perſpicuitate, quæ primum, & iterata quoque Editione, ſine ipſius nomine prodiit, in *tertia* vero, quæ *Gothæ 1697. 8.* eſt edita & inſigne augmentum Hiſtoriæ octaui Electoratus accepit, fuit illud expreſſum. Adiungendi *Commentarii* de rebus Suecicis *Pufendorſiani*, & ADAM ADAMI, *Arcana Pacis Weſtphalicæ*, *Francofurti 1698. 4.* & *Relationis* titulo 1707. 4. edita iam ex auctoris autographo reſtitutam nitido habita produxit de rebus patriæ inſigniter meritus illuſtris Vir IOANNES GODOFREDVS de MEIERN, *Lipſiæ 1734. 4.* cuius *Acta Pacis Weſtphalicæ*, *Hanoueræ* ab a. *1734.* ad a. *1736. f. VI. Voll.* ſplendide edita, *Hiſtoriam Pacis* ex ipſis legatorum narrationibus pragmatice compoſitam exhibent. Grauiſſimas Cauſſas Comitiorum annis 1652. 1653. 1654. habitorum, vbi inprimis reſeruatæ in Tractatione Weſtphalica cauſſæ acerrime diſputatæ fuerunt, multo iudicio & acumine inſtituta ex Actis narratione, expoſuit idem quem ſupra laudauimus PFANNERVS *Ienæ 1694. 8.* Addantur Ill. de MEIERN *Acta Comitialia Ratisbonenſia* an. *1653. 54. Lipſiæ 1738. f.* Inter Funebres *Ferdinando III.* habitas Orationes cognitæ mihi ARNOLDI ANGELI *Oratio in obitum Ferdinandi III. Pragæ 1657. 4.* MAXIMILIANI REICHENBERGERI *Orationes in Ferdinandi III. & IV. obitum*, *Pragæ 1657. 4.*

§. XC.

§. XC.

LEOPOLDI I. Imp. Acta Electionis IOANNES AVGVSTINVS PASTORIVS compilavit opusculo, cui titulum dedit *Laurus Actorum Publicorum Annis 1657. & 1658. emissorum, Electionem Leopoldi I. praecipue spectantium, Francofurti 1658. 4.* quo maxime Acta circa Capitulationem Leopoldinam insunt, & alio, quod inscripsit: *Theatrum Electionis & Coronationis Romano-Caesareae, oder Roemischer Adler, aus der A. B. gezogen, Francofurti 1657. 4.* Sunt tamen haec omnia illata Tomis *Actorum Londorpianorum*, qui ad haec tempora faciunt. Alia Acta Publica, imperante *Leopoldo I.* edita eiusdemque res illustrantia idem *Pastorius* alia forma ab Anno 1658. ad 59. dedit sub elogio: *Europaeischer Neuer Teutscher Florus*, cuius Tomus I. *Francofurti 1659. 12.* prodiit, quem secutae fuerunt *quatuor* Continuationes & quidem *quarta Francofurti 1661. 12.* edita, secuta quoque *Flori* huius *Continuatio Actorum Publicorum vom Augusto 1658. bis 1659. Ratisbonae & Francofurti 1659. 12.* Copiosiorem Actorum sub Leopoldo cum in Imperio tum reliqua Europa editorum Apparatum habemus in Collectione illa insigni, quae DIARIVM EVROPAEVM appellatur, cuius primus Compilator PHILEMERVS IRENICVS ELISIVS, siue MARTINVS MEYERVS. Pars Prima *Diarii Europaei* elogio Francofurti *1659. 4.* est edita, quam secuta Continuatio I. *1659. 4.* & hanc plures aliae vel singulis semestribus vel annuo spatio elapso, promulgatae. Nova Periodus quasi huius Diarii cum Tomo XXX. coepit, quae ad Annum 1681. & Tomum XLV. qui vltimus est, fuit continuata, & XXXV. Volumina efficit. Sistit compilatio haec historicam narrationem rerum per Germaniam & Europam

gestarum, quæ maximam partem ex relationibus hebdomadariis consarcinata & sæpe ieiuna est, sed addita singulis Tomis sunt horum tempo-rum Acta cum Germaniæ Ordinum controuersias tum omnis Europæ negotia belli pacisque concernentia, quæ sane pretium operi conciliarunt & recensentur in *Catalogo Bibliothecæ Menckenianæ* Edit. II. *p. 263. seqq.* Facit huc quoque IOANNIS CHRISTIANI LÜNIGII *Sylloge Publicorum Negotiorum* edita *Francofurti 1694. 4.* quæ varia Germaniæ & Europæ sub Imperio Leopoldi, edita latino sermone acta, ab An. *1674.* ad *1694.* exhibet, & *Continuatione ac Supplemento, Francofurti 1702. 4.* ab *An. 1674. ad 1697.* Sunt & in *Monathlichen Staats-Spiegel*, seu Collectione Actorum Publicorum, quæ *Augustæ Vindelicorum* ab Anno *1698.* ad *1709. 8.* XI. Voluminibus prodiit, atque in ANTONII FABRI *Europaischen Staats-Cantzley* Tomis *Nouem* prioribus egregia monimenta ad res Lepoldi, de quibus Collectionibus exponit copiose *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV.* §.*VIII. p. 562. seq.*

Stilo vero historico res gestas *Leopoldi* exposuerunt Comes GALEATIVS GVALDVS, Prioratus, cuius *Historia di Leopoldo Cæsare*, Tribus Tomis prodiit in *Vienna 1670. 1674. f.* 3. Voll. cum multis figuris æneis, & raro inuenitur, qui non parcus fuit in meritis Leopoldi laudibus. Ex hoc opere amplo breuem rerum maxime memorandarum Leopoldi ad ann. *1670.* vsque stilo compto fecit epitomen, historiographus Cæsareus IOANNES BAPTISTA COMAZZI *Istoria di Leopoldo I. Imperadore*, *Viennæ 1689. 1697. 8.* quæ & germanice prodiit *Augustæ Vindelicorum 1690. 8.* ANONYMVS, vir doctus & multis notitiis instructus, qui sub literis *D. M.*

M. G. P. latere voluit, hiſpanico ſermone exaravit opus inſcriptum: *Admirables Effectos dela Providencia ſucedidos en la Vida e Imperio de Leopoldo Primero Emperador de Romanos, reducelos a anales Hiſtoricos la Verdad En Milan, en la Emprenta Real 1696. f. III. Tomis 2. Voll.* & *Amberes 1716. f.* cum æneis figuris, atque ab iis, qui legerunt, laudatur ob ſingulares rerum geſtarum, quas auctor recenſet, circumſtantias. *Anglus* quoque ANONYMVS patrio ſermone compoſuit *the Life of Leopold late Emperor of Germany, Londini 1706. 8.* in quo ordo laudandus & admixta quædam ſingularia, quem ſtilo germanico culto exhibuit, quos admiſerat maxime in nominibus perſonarum & locorum errores emendauit, in multis ſuppleuit & continuauit celeberrimi vir nominis IOANNES BVRCHARDVS MENCKENIVS, qui inde *Leben und Thaten Kayſers Leopoldi des Erſten, Lipſiæ 1710. 8.* dedit. CAROLI IOSEPHI MARIAE REINA *Vita & Imperio di Leopoldo I. Mediolani 1710. 8.* eleganti compendio exhibita. Lectu amœniſſima, & ſcribendi genere nitido exarata, multisque ſingularibus de aula Viennenſi referta eſt ea Leopoldi Vita, quam EVCHARIVS GOTTLIEB RINCK, Profeſſor in Academia Altorfina celeberrimus, adornauit, quæ in IV. Partes diſtributa & edita ſub Titulo: *Leopolds des Groſſen Rœmiſchen Kayſers wunderwürdiges Leben und Thaten, Coloniæ* ſiue potius *Lipſiæ 1708. 8.* & ex iterata & auctiore editione *1713. 8. 2. Voll.* licet ſeueriores quidam cenſores omiſſa quædam velint, quæ ad res magni Cæſaris facere minime videntur. Grauis & accurati hiſtorici laudem, duplicem licet cenſuram expertus, meretur FRANCISCVS WAGNER *Hiſtoria Leopoldi Magni Cæſaris Auguſti*, cuius Pars Prima *Auguſtæ Vindelicorum 1719. f.* res memorabiles ad annum vs-

que 1686. exponit; *Pars II. Augustæ Vindelicorum 1731. f.* excusa, ad mortem Leopoldi annumque 1705. est perducta plenaque singularium expositionum. Magnam Imperii Leopoldini partem illustrant SAMVELIS de PVFENDORF *Res gestæ Friderici Wilhelmi Magni Electoris Brandenburgici, Berolini 1695. f.* editæ, ex Archiuis petitæ & tot arcanis narrationibus refertæ. Historiam Legationis Cæsareæ post Pacem Visuariensem in Aulam Ottomannicam 1665. missæ, sub inscriptione: *Cæsarea Legationis Walteri Comitis de Leslie*, exposuit PAVLVS TAFFERNER S. I. Oratoris Capellanus *Viennæ 1672. 8. Belli* vltimi *Turcici* imperante Leopoldo mutationes eleganter exposuit Italus CAMILLVS CONTARINVS *Istoria della Guerra di Leopoldo I. Imp. e de' Principi collegati contro il Turco dall A. 1683. fino alla Pace, Venetiis 1710. 4.* duobus Tomis. Cuius adiungendi *Annali delle guerre d' Europa per la Monarchia delle Spagne*, cuius *Pars Prima* prodiit *Venetiis 1720. 4.* Religiosissimæ Coniugis Augustæ, vita & virtutes scripto propositæ ab anonymo Societatis Iesu Presbytero, germanico sermone: *Leben und Tugenden Eleonoræ Magdalenæ Theresiæ Rœmischen Kayserin, Wien 1721. 8.* quæ & italice legitur: *Vita dall' Imperadrice Leonora Magdalena Theresa, Lucca 1722. 8.* & gallice: *La vie de l' Imperatrice Eleonore mere de l' Empereur regnant, dediee à l' Infante Reine, à Paris 1723. 12.*

§. XCI.

IOSEPHI I. cuius breue Imperium fortunatum fuit, Solemnitates Electionis & Coronationis in Regem Romanorum a. 1690. C. L. THVCELIVS siue *Ioannes Christophorus Leuchtius*, sub titulo: *Austria S. R. Imperii Coniux*, germanico stilo descripsit, *Augustæ Vindelicorum 1690. f.* cum figu-

figuris æneis, & SIGISMVNDVS SCHMIDT, f. *Ferrarius*, im *eræffneten Teutschen Audienz-Saal, darinnen die gebræuchlichsten Curialien und Ceremonien enthalten sind, welche bey Kays. und Kænigl. Wahl und Crænungs-Solennitæten beobachtet zu werden pflegen, absonderlich was bey der Wahl und Crænung der Ræmischen Kayserin und Ræmischen Kænigs Eleonoræ und Iosephi allen Umstænden nach vorgegangen, Francofurti & Lipsiæ 1697. 4.* Ante hanc electionem Corona Hungarica redimitus fuerat *Iosephus*, quem ritum scita narratione exposuit Comes IOANNES BAPTISTA COMAZZI *Coronazione del Rè dell Ungaria Giuseppe*, Vienna *1697. 8.* Acta Publica sub Iosepho I. edita in recentissimis harum Collectionibus *Fabri* Cancellaria Imperii, *Electis Iuris Publici* hic Ienæ *XX.* in *8.* Tomis ad an. *1709.* ad *1724.* editis reperiuntur. Binæ eodem tempore, germanico sermone editæ, de vita rebusque Iosephi Narrationes, prima est, cuius auctorem se profitetur edito Scriptorum Catalogo IOANNES EHRENFRIED ZSCHACKWITZIVS atque inscribitur; *Leben und Thaten Iosephi I. Lipsiæ 1712. 8.* Apparatus est actorum variorum, ad res Imperii Iosephinas, obseruationibus quibusdam illustratorum; Alteram: *Iosephs des Sieghafften Ræm. Kaysers Leben und Thaten*, duabus partibus *Coloniæ* siue potius *Lipsiæ 1712. 8.* debemus celeberrimo Viro EVCHARIO GOTTLIEB RINCKIO, qui de educatione, animi corporisque dotibus Augusti, in primis singularia quædam obseruauit. Conf. *Bücher- und Staats-Cabinet*, Halæ editum, vbi & vita Augusti strictim exhibita. Res Imperii sub *Iosepho* apte ordinatæ in V. C. IO. IAC. MOSERI *Probe* einer *Staats-Historie unter der Regier. K. Iosephs, Züllichau 1738. 8.* Augusta iura sua contra *Clement. XI. P. R.*

quem aduerſum ſibi maxime expertus, magno animo defendit Ioſephus, ad quas concertationes illuſtrandas pertinent prudenter & grauiter ſcriptæ: *Remarques nouvelles ſur le Bref de Sa Saintete a S. Maj. l'Imperatrice Mere, & ſur l'explication qu'on y a donne a Rome*, Franckfort 1713. 8. & pio magis animo quam erudite exarata IOANNIS WOLFFGANGI IAEGERI *Defenſio Imperatoris Ioſephi contra Curiæ Romanæ Bullas*, *Tubingæ* 1709. 4. Addantur Scripta in cauſſa Comaclienſi controverſa, quæ *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV. §. LI. p. 679.* recenſentur.

§. XCII.

Magnitudo rerum CAROLI VI. Imp. conſtanter, fortiter, iuſte prudenterque geſtarum, ſcriptorem poſcit antiquis parem, cuiusque labor omnem ætatem ferre poſſit. Celebrantur quidem res prudentiſſime & ſumma auctoritate adminiſtrati imperii bonorum omnium ore, pauciores tamen auguſtæ virtutes habuere laudatores, nam plures rerum grauitas deterruit & ſubſidiorum defectus, quæ ex parte in Archiuis latent. De fortunata Electione & Coronatione, Francofurti 1711. peracta memorat: *Vollſtændiges Diarium, alles deſſen, was vor, in und nach denen hœchſt anſehnlichen Wahl-und Crœnungs-Solennitæten Caroli VI. ſowohl im gantzen Rœmiſchen Reich, als auch in der freyen Reichs-und Wahl-Stadt Franckfurt am Mayn vom Anfang bis zum Ende paſſiret iſt*, *Franckfurt am Mayn 1712. f.* huius *Diarii* Continuatio *Francofurti ad Mœnum* itidem edita *1712. f.* Coronationem deſcribit. Promiſit quidem perilluſtris vir BERNHARDVS de ZECH, iunior, iam Potentiſſimi Poloniarum Regis & Electoris Sax. Conſiliarius intimus, accuratiorem auſpicatiſſimæ huius Electionis & Coronationis hiſto-

historiam, grauioribus vero muneribus admotus eam vix dare poterit. Particulas quasdam Actorum Imperii dant omnibus noti Collectores, superioribus §§. indicati, quibus nouiter accessit IOANNIS IACOBI MOSERS *Reichs-Fama*, quæ selecta & nouissima acta exhibet cum eruditis & vtilibus obseruationibus, cuius iam XXIII. *Partes* prostant *Francofurti* ab an. *1727.* ad *1738.* editæ. Operi ad illustrandam recentiorem historiam perutili, quod *Halæ Saxonum* est editum & *Bücher- & Staats-Cabinet* inscribitur, cuiusque plures *Partes* auctorem V. C. IOANNEM IACOBVM SCHMAVSSIVM agnoscunt, exhibent *Rerum* in Hispania & Imperio Carolo VI. imperante *Narrationes*, per diuersas Partes diuisas. Idem SCHMAVSSIVS, res magni Imperatoris breuiter strictimque, sed eleganti sane compendio ad an. 1715. exhibuit, in libro germanico, cuius titulus: *Historisches Staats-und Helden-Cabinet Ersten Eroeffnung* a p. *1.* ad *240.* Verissimas Caroli VI. laudes graui & cultissima *Oratione genethliaca* exposuit Celeb. Vir CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZIVS, *Altdorfii 1716. f.* Varia subsidia actorum ad vitam Cæsaris facientia conduxit IOANNES EHRENFRIED ZSCHACKWIZ *Leben und Thaten Caroli VI. Roemischen Kaysers*, *Francofurti 1723. 8.* Idem antea compilauerat varia ad res Belli, ob successionem Hispanicam gesti, sub titulo: *Leben Koenig Carls des Dritten in Spanien*, *1709. 1710. 8.* IV. Partibus. Breuiter vicissitudines acerrimi huius Belli, cum fundamentis Iurium Augustæ Domus Austriacæ in Monarchiam Hispanicam exposuit IOANNES IOACHIMVS MÜLLER im *Koeniglich Spanischen Vermæhlungs-Saal*, *Francofurti & Lipsiæ 1710. 8.* Publica auctoritate scriptas Iurium Austriacorum Ex-

Expoſitiones, & priuatorum Schediaſmata, diligenter collegit & exhibuit CASSANDER THVCELIVS, ſiue *Io. Chriſtophorus Leuchtius, Actorum Publicorum Seculi XVIII.* Tomo I. & II. Francofurti 1715. & 1716. editorum. Ex optimis ad hanc cauſſam facientibus ſcriptis, quod ſingulatim extat & Thucelius non exhibuit, eſt IOANNIS ALVAREZ de COSTA ſiue ADAMI EBERTI *Aquila Auguſta triſulco obarmata fulmine, ſeu Carolus Tertius Auſtriacus, Rex Hiſpaniarum aſſertus, Amſtelodami 1705. f.* Bellicos euentus memorat *Auctor Anonymus*, qui indicio quorundam eſt Marchio de *Suſſenage* in libro inſcripto *La Guerre d' Eſpagne, de Baviere & de Flandres* à *Cologne* 1708. 8. Tomo maxime *II.* & opus anglicum, cuius titulus: *A compleat Hiſtory of the Wart in Flandres, Italy, Spain, Portugal and on the Rhein, or the Command of John Duck of Marlborough, Lord Peterborough and the Earl of Galloway, London 1707. 12.* & Apologiæ Britannicorum in Hiſpania Belli Ducum, ex anglico in gallicum ſermonem translatæ: *La Conduite du Comte de Galloway, 8.* & *La Conduite du Comte de Peterborough, 8.* quibus ſingulares Belli Luſitano-Hiſpanici circumſtantiæ indicantur, adiungenda, quod ad res bellicas in Belgio geſtas: *Hiſtoire du Prince d' Orange, à Lewarde 1715. 8.* cum figuris actionum bellicarum & opugnationum æneis ſcite factis, cuius auctor eſt *Lamigue*, præceptor quondam Principis, in caſtra eundem conſiliarii dignitate, poſtea ſecutus. Ad res Belli ob Hiſpanicam Succeſſionem geſti inſigniter quoque facit prudentiſſime ſcripta: *Iſtoria della Republica di Venezia di* PIETRO GARZONI Senatore, *In Venezia Parte Prima 1712. Parte Seconda 1717. 4.* atque cumprimis: *Memoires pour ſervir à l' Hiſtoire du XVIII. Siecle par Mr. de*

de LAMBERTY, *à la Haye 1724-1734. 4. XII. Voluminibus*, quibus curiosissimus vir selecta acta, insignesque narrationes conduxit. Quæ Augustissimus Imperator circa vindicanda & instauranda sua & sacri Imperii Iura Dominii Directi in *Magnum Etruriæ Ducatum*, *Parmam* quoque & *Placentiam*, immortali nominis gloria perfecerit, patent, cum ex iis Scriptionibus, quas viri doctissimi de hac caussa ediderunt, atque recensentur *Bibliotheca Iuris Selecta* Struuiana *Cap. XIV. §. LI. p. 683.* tum ex libro gallico: *Memoires pour servir à l' Histoire de Cambray, avec un Traité historique sur les Investitures de quelques Etats d' Italie 1723. 4. Pacificationum* Instrumenta, quibus pro summa illa animi moderatione Pacem Europæ procurauit CAROLVS VI. notis illustrata dederunt, in vtili Opere: *Rube des iezt lebenden Europa, dargestellet in Sammlung der neuesten Europäischen Friedens-Schlüsse, Coburgi 1726. 1727. 4.* edito, doctissimi Collectores vir dignitate, virtute, eruditione & meritis grauissimus IOANNES IACOBVS ZINCKIVS, Consiliarius Aulicus Saxonicus, atque amplissimus Musisque notissimus IOANNES FRIDERICVS CHRISTIVS. Pars horum Instrumentorum & alia Acta Selecta ad res Imperii Caroli VI. illustrandas facientia extant in: *Recueil historique d' Actes, negotiations, memoires & Traites depuis la Paix d' Vtrecht jusqu' au second Congres de Cambray* par ROVSSET à la *Haye 1728-1737. 12.* XI. Voll. *Historiam magnæ legationis Augustæ ad Aulam Ottomannicam* summo splendore peractam scripsit Secretarius Legationis GEORGIVS CORNELIVS von den DRIESCH, quæ *Coloniæ Agrippinæ 1722. 8.* latine est edita, germanice quoque omissis tamen aliis ad rem parum facientibus, sub titulo: *Beschreibung*

bung der Kayserlichen Gesandschafft Damian Hugo Grafens von Virmond an den Sultan, Augustæ Vindelicorum 1722. 8. & splendidiore habitu cum figuris æneis *Noribergæ 1723. 4.* Prouidentia Augustissimi Cæsaris pro posteris euidenter patet ex ordinata *Successione* in *Regna* & *Prouincias hereditarias* sapienter facta, quæ gallice edita, hoc elogio: *Lettres patentes de la Sanction pragmatique & Loy perpetuelle à l' egard de la regle & l' ordre de la Succession & Vnion indivisible de tous les Roiaumes, Provinces & Etats hereditaires de S. Majeste Imperiale & Catholique du 6. Decembr. 1724* à Bruxelles 1725. 4. quæ & in Collectione laudata: *Rube von Europa* Supplemento comparent. Priuilegii de exercendis commerciis a Belgii Austriaci incolis in Indias, maxime orientalem, a. 1722. concessi, vindicias dederunt & iustitiam commonstrarunt prudentes doctissimique Viri, Anonymi. Auctor gallici libelli: *La verité du fait, du droit, & de l' Interêt de tout ce, qui concerne le Commerce des Indes etabli aux Pais-Bas Autrichiens, 1726. 4.* Alter hac inscriptione: *Vindiciæ luculentæ Iuris & Priuilegii in Indias atque Africam navigandi ibique Commercia colendi, Belgii Austriaci incolis nouissime concessi*, Lipsiæ *1724. 4.* FRIDERICI LVDOVICI de BERGER *Erweisung, daß Kayserliche Majestæt in denen Oesterreichischen Niederlanden nach Belieben Commercia zu stabiliren berechtiget.* Ratisbonæ *1723. 4.* atque PATINI Consiliarii in magno Senatu Mechlinensi: *Mare liberum ex iure naturæ, gentium & ciuili assertum, vindicatum, rediuiuum*, cuius docti Libri versionem gallicam fecit Abbas *Hermanvillius 1728.* Ad Historiam ultimi cum Francis & horum fœderatis annis 1733. 1734. gesti belli quædam subsidia conferunt *Histoire de presente Guerre*, quæ aucto-

re *Massueto* edita *à Paris*, & *Amsterdam 1735. 8.* & *Suite 1736. 8.* cum qua iungi possunt: *Memoire delli due ultimi Passaggi dell' Armata di S. M. C. C. in Italia*, *Vienna 1737. 12.* & collectanea varia diuersis partibus edita sub titulo: *Allerneuster Kriegs-Staat*, *Lipsiæ 1733. 8.* De Bello vero *Turcis* illato extat M. I. F. SCHARFFENSTEIN *Diarium der Kayserlichen Armee in Vngarn* (an. 1737.) adiectum ipsius: *Actenmæssigen Deduction derer zwischen dem Rußischen und Türckischen Hof neuerlich entstandenen Irrungen und dadurch veranlaßten Kriegs*, *Franckfurt* und *Leipzig 1737. 4.*

§. XCIII.

Ex his Fontibus, quos breuiter strictimque indicaui, studio & opera doctissimorum Seculi maxime XVIII. Virorum, inprimis vero Iurisconsultorum quorundam celeberrimorum, deducti ad vsus Reipublicæ riui, *Compendia* nimirum & *Systemata* Historiæ Rerum Germanicarum. Sunt quidem Seculis superioribus, XVII. maxime compositi editique varii libelli de rebus Cæsarum exponentes, & soluto & ligato sermone, lingua romana & vernacula, quales diligenter indicat recensetque *Michael Hertzius*, *Bibliotheca Germanica* Parte Tertia, sub initium, quæ tamen paucis exceptis omnes aut non ex ipsis fontibus repetiti, aut rerum vulgarium, & ex parte fabularum pleni, aut ad iuuandam memoriam saltim conscripti & ita comparati, vt ad parandam Reipublicæ nostræ notitiam & Iura Publica illustranda parum aut nihil fere faciant. Quem in censum non refero IOHANNIS CVSPINIANI, Archiatri, Consiliarii ac Historici Maximiliani I. Imp. de *Imperatoribus* Commentarium a Iulio Cæsare ad Maximilianum I. *Francofurti ad Mœnum*

num 1601. f. editum, qui in proximiorum ipsius ætati Cæsarum vitis, singularia multa obseruauit. Iungi debent CAROLI SIGONII de *Regno Italiæ Libri XX. Hanouiæ 1609. f.* & *Mediol. 1732. f.* qui ab an. *570.* ad *1286.* ita res Regni huius stilo cul[illegible], & multa prudentia exposuit, vt simul magnam Imperatorum & Regum Germaniæ Historiæ partem traderet, in multis tamen Pontificibus Romanis addictus. Nec laude sua, quam optime meruit, hic defraudandus CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, qui edito *Chronico Spirensi*, titulo quidem inclytæ Ciuitatis Imperialis res saltim promisit, in ipsa tamen narratione Germaniæ omnis & Imperatorum ac Regum nostrorum historias ad Maximilianum I. vsque, additis egregiis monimentis & obseruationibus, quæ multa iuris nostri publici argumenta illustrant, exposuit, in rebus quidem antiquioribus & Francicis, non vbique fuit accuratus, sed id non viro, sed tempori adscribendum, quo multa subsidia non erant edita, in recentioribus vero e tabulariis Ciuitatensibus iusta præsidia habuit, prodiit præclarum hocce Chronicon *Francofurti ad Mœnum 1612. f.* quæ optima est Editio, recusa *ibid. 1662. 4.* non eadem cura, sunt qui in hac secunda quædam omissa adserunt, & *tertium, Francofurti 1698. f.* cum annotationibus *Ioa. Michaelis Fuchsii*, quæ tamen non adeo magni sunt momenti, nec Lehmanniano labori respondent. Vastæ molis Systema Germanicarum Historiarum congerere adgressus, IOHANNES PHILIPPVS a VORBVRG, Præpositus Monasterii Grandis Vallis ad Basileam, Electorisque Moguntini Consiliarius intimus, cuius *Historia Romano-Germanica, Francofurti ad Mœnum ab anno 1645.* ad *1660.* XII Tomis, IV. vastis in *f.* voluminibus edita, quibus tamen res

res a prima origine Germanorum ad Ann. 877. ſaltim continentur, incredibilem quidem vim locorum & teſtimoniorum, interque ea, quod pretium aliquod facit his voluminibus, varia diplomata & monimenta ex Monaſteriorum chartulariis conduxit, atque varias haut contemnendas obſeruationes hinc inde inſeruit, nec tamen ordinem iuſtum ſeruauit, noſtroque æuo, quo tot fontes patent, in turbido riuo multo labore aurum excutere meo quidem animo, vix conſultum exiſtimarem. Sumtuoſis aliquot Voluminibus, variis ornamentis æri inciſis, nummisque ſæpe auctoris ex ingenio factis nitentibus omnem Hiſtoriam Imperatorum noſtrorum a Carolo M. ad Leopoldum I. exponere voluit IOANNES PALATIVS, cuius *Aquila inter lilia*, *Venetiis 1671. f. Aquila Saxonica*, ibid. *1673. f. Aquila Sueuica*, ibid. *1679. f. Aquila Bauarica*, ibid. *1679. Aquila Auſtriaca*, ibid. *1679. f.* prodierunt, ſed cordatus prudensque lector compendii, iudicio ſcripti, lectionem, ſplendidis & nullius, quod ad vſum, fere momenti voluminibus, prætulerit. Dedit quoque Epitomen vaſtorum ſuorum Voluminum, pluribus figuris æneis exornatam & inſcriptam: *Aquila Romana, overo Monarchia Occidentale da Carlo M. fin' alla Coronatione di Leopoldo I.* da GIOVANNI PALAZZI, *Venetiis 1679. f.* Ex quo autem noſtro æuo tot Rerum Germanicarum Scriptores, Diplomata, Acta Publica, ex latebris ſuis feliciſſima anaſtaſi producta & Iurisconſulti, vti iam monui, ad tractandam & ornandam hiſtoriam acceſſerunt noſtro tempore, memorandarum & vtilium in re publica rerum plenæ prodierunt rerum patriarum Expoſitiones. Inſignem ſane & ſummo labore conquiſitum Rerum Germanicarum adpa-

ratum dedit celeberrimi Vir nominis IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS, Equeſtris Academiæ Luneburgenſis Inſpector & Profeſſor Publicus meritiſſimus, *Vitriarii Inſtitutionum Iuris Publici nouis Notis illuſtratarum Tomo Primo* Editione Tertia triplo auctiore, *Gothæ 1712. 4.* edito, quæ quidem Obſeruationes iuſtum Syſtema & Compendium haut præbent, aliis tamen conquirendi laborem leuiorem reddiderunt. In Academia Fridericiana Halenſi, docendo, ſcribendo, tot Scriptores Rerum Germanicarum e tenebris producendo inſignem rebus patriis lucem excitauit laude mea maior Dominus IOANNES PETRVS A LVDEWIG, qui nullum quidem Compendium, vel Syſtema condidit, primas tamen operis lineas exhibet ipſius *Entwurff der Reichs-Hiſtorie, Halæ 1706. & 1710. 8.* de quo libello tamen profitetur ſummus Vir, has calamo auditorum ſaltem fuiſſe exceptas, quandoque longe ab animo & palato auctoris in Collegio differentis. Huiusmodi fundamentales Hiſtoriæ Germanicæ poſitiones dedit quoque NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLING, inſcriptas: *Abriß zu einer rechten Reichs-Hiſtorie, Halæ 1708. 8.* egregia Præfatione ornatas, easdemque multos per annos copioſe & erudite illuſtrauit, cuius recitationes multæ lectionis apparatu & ſingularibus obſeruationibus refertæ vitioſe exceptæ, malo exemplo fuerunt editæ. Laudem primi & pleniſſimi ſummo ſtudio, iudicio, ſelectu conditi & ad vſus rei publicæ comparati Syſtematis, boni omnes tribuunt iure meritoque beato & de patria communi meritiſſimo Viro BVRCARDO GOTTHELFFIO STRVVIO, cuius *Syntagma Hiſtoriæ Germanicæ a prima Gentis Origine ad Annum vsque 1716. Ienæ 1716. 4.* editum, quum ex ipſis coæuorum

rum ſcriptorum verbis & teſtimoniis fide dignis fideliter compoſitum eſſet, a Germanis & exteris auidiſſime exceptum fuit, vt breui tempore exempla diſtracta eſſent, multisque profuit, qui ſcriptiones ſuas plumis Struuianis, magno labore conquiſitis, exornarunt. Quum autem diſtractis ante plures annos exemplaribus noua nobiliſſimi præſtantiſſimique operis editio expetita fuiſſet, diligentiſſimus auctor recenſuit hoc Syntagma, emendauit plura, ex editis his annis tot Scriptoribus Rerum Germanicarum & veterum monimentis ſumma cura, ſuppleuit & ad annum 1730. continuauit, atque inſcripſit: *Corpus Hiſtoriæ Germanicæ, Ienæ 1730. f.* duobus voluminibus, cui CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *Bibliotheca Scriptorum Rerum* GERMANICARVM eſt præfixa. Hoc ſane Corpus Struuianum ſuccum & neruos melioris notæ rerum patriarum ſcriptorum & monimentorum habet fontesque Iuris noſtri Publici aperit. In germanicum ſermonem Syntagma hoc prioris editionis transtulit *Iohannes Ehrenfried Zſchackwitz* breuemque aliquot annorum continuationem adiecit, *Ienæ 1720. 4.* & addita *Continuatione* ad annum vsque 1732. *Ienæ 1732. 4. mai.* cui tamen verſioni ipſa coæuorum Scriptorum verba non ſunt addita, loca tamen excitata. Inde prodiit FRIDERICI GLADOVS *Verſuch einer vollſtændigen und accuraten Reichs-Hiſtorie von Teutſchland, Lipſiæ ſ. Halæ 1717. 4.* Editum hoc ſpecimen poſt fata auctoris, cui vltimam limam dare haut potuit. Ordine ſane apto procedit auctor, atque ex recitationibus *Ludewigianis, Gundlingianis* atque *Habnii*, ſingulares multas obſeruationes & de ſcriptoribus iudicia excerpſit, ſed ipſos fontes non adiit, inque hoc labore poſtumo vix

dimidia pars excitatorum ſcriptorum accurata eſt, vt alios chronologicos maxime errores iam prætermittam, quæ optimo viro, iuſtis præſidiis deſtituto, poſt fata non imputanda. B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Diſcurſus de rebus Imperii* editi *Francofurti* ad M. 1732. 4. referunt recitationes ex ore docentis calamo fugitiuo Auditorum exceptas, in quibus egregiæ quidem obſeruationes ICti literatiſſimi inueniuntur, ſed multa quoque in hac commentandi ratione vel ex errore dicta, vel perperam excepta, atque malo vti ſcripſi, exemplo in lucem producta. Maiori fide, accuratione, ſtudio, excuſſis ipſis fontibus, patrio ſermone nouum Syſtema dedit SIMON FRIEDERICVS HAHNIVS, Hiſtoriarum quondam Profeſſor Helmſtadienſis, Conſiliarius inde Regis Magnæ Britanniæ & Hiſtoricus Hanoueranus celeberrimus, inſcriptum: *vollſtandige Einleitung zu der Teutſchen Staats-Reichs-und Kayſer-Hiſtorie und dem daraus flieſſenden Iure Publico*, Quatuor Partibus. *Prima Halæ* & *Lipſiæ 1721. Secunda* ibid. *1721. Tertia* ibid. *1723.* & *Quarta* ibid. *1724.* 4. mai. Omiſſis antiquioribus Germaniæ rebus a Carolo M. expoſitionum primordia fecit, ſumma cura ſcriptores coæuos & monimenta excuſſit & teſtimonia ipſis auctorum verbis maximam partem longa ſerie, adſcripſit, in chronologia curate conſtituenda elaborauit, ſingulareſque multas circumſtantias, annotauit. Dolendum omnino, curatum hunc laborem ad res ſaltim *Wilhelmi* Hollandi fuiſſe perductum, doctiſſimumque virum rebus humanis ereptum, qui ad ornandam Guelficam Hiſtoriam fuerat euocatus. Quam inſignem & voluptatem & vſum adferat patriarum rerum ab originibus inveſtigatio rem intelligentibus patet, motus hac vtili-

vtilitate, celeberrimi vir nominis amplissimusque Lipsiensium Prætor, IOANNES IACOBVS MASCOVIVS, dedit *Geschichte der Teutschen bis zu Anfang der Franckischen Monarchie in zehen Bücher verfasset, Lipsiæ 1726. 4.* qui Commentarii ex ipsis fontibus Græcis latinisque scriptoribus, quorum selecta loca textui subiiciuntur, eleganti grauique stilo exarati, nobile excultæ curatissime apud Germanos historiæ specimen præbent. Alter Tomus elegantissimi Operis inscriptus: *Geschichte der Teutschen bis zu Abgang der Merovingischen in sechs Büchern fortgesezet, Lipsiæ 1737. 4.* Ob præstantiam & commentandi pragmaticam rationem hi Libri in Italicam, Anglicam, & Gallicam linguam conuersi, prodierunt. Ornare res patrias amplo Systemate cœpit in decus Patriæ communis natus Perillustris Dominus HENRICVS de BÜNAV, Potentissimo Poloniarum Regi & Electori Saxoniæ a Consiliis sanctioribus tot ingenii monimentis & meritis exsplendescens, qui puro cultissimoque stilo dedit *Genauen und umstændlichen Teutschen Kayser-und Reichs-Historie, aus den bewehrtesten Geschicht-Schreibern und Vhrkunden zusammen getragen, Ersten Theil, Leipzig 1728. 4. mai.* quo, duobus prioribus libris res patrias a primis originibus ad mortem vsque Clodouæi, Francorum Regis, commemorauit ex ipsis fontibus, quos accuratissime excitauit, antiquitatesque patriæ Reipublicæ profuturas multoque iudicii lumine illustratas ex vetustis scriptoribus, Commentariis his, summo studio factis, intulit; *Libro* vero *Tertio* firmatam itidem testimoniis veterum auctorum recensionem præcipuorum Germaniæ antiquæ Regum, Principum, belli Ducum & illustrium virorum, exhibuit, ex quorum com-

memoratione insignis rebus patriæ vetustissimis lux fuit accensa. Tomus *Secundus* horum nobilissimorum Commentariorum a morte *Clodouæi* ad Caroli M. Imperii finem editi *Lipsiæ 1732. 4.* *Tomus* porro *Tertius*, *Lipsiæ 1739. 4.* splendide vti ceteri formis expressus Ludouici Pii Imperium & quæ secuta ad an. C. 876. exhibet, addita Regum *Longobardorum* historia ex optimis monimentis accurate eruta. Selecta rerum patriarum capita, additis singularibus euentuum circumstantiis, excitatisque rarioribus Scriptoribus & testibus, atque Regum & Imperatorum nostrorum Monogrammatibus exhibet insignis Germaniæ historici IOANNIS DAVIDIS KOEHLERI *Teutsche Reichs-Historie von dem Anfang des Teutschen Reichs mit Kœnig Ludwigen dem Teutschen bis auf den Badenschen Frieden*, *Francofurti* siue potius *Norimbergæ 1736. 4.* Controuersias aliquot notabiles secundum ordinem Imperatorum & Regum nostrorum attigit & illustrauit celeberrimus vir ADAMVS FRIEDERICVS GLAFEY *Historia Germaniæ Polemica*, quæ germanice edita, *Francofurti & Lipsiæ 1722. 4.* eademque vsum patriæ historiæ iuridicum commonstrare apud animum constituit.

§. XCIV.

Tandem quoque *Compendia* Historiæ Germanicæ melioris notæ indicanda. CASPARIS SAGITTARII, Historici Ienensis, *Nucleus Historiæ Germanicæ, Ienæ 1682. 12.* breuis quidem est, eo tamen tempore, quo rarior rerum Germanicarum cultura & germanis & exteris acceptus, sed iuuenibus tantum scriptus & primas saltim lineas exhibens. Quæ vernaculo sermone conscripta est & acrioris ingenii viris apprime placuit,

Intro-

Introductio ad Historiam Romano Germanicam, *Einleitung zur Rœmischen und Teutschen Historie, Lipsiæ 1699. 8.* & *ibid 1721. 8.* recusa, auctores habet CHRISTIANVM GOTTEFRIDVM FRANCKENSTEIN, I. V. D. Lipsiensem, qui primas huius opusculi lineas methodo per quæstiones duxit, atque GODEFRIDVM OLEARIVM, Theologum postea Lipsiensem celeberrimum, inque græcorum & latinorum scriptorum lectione versatissimum, qui a bibliopola Fritschio rogatus, iusta & cohærente narratione, stilo eleganti, copiose luculenterque a Franckensteinio breuiter indicata, elaborauit, sed fontes, ex quibus sua hausit, non indicauit. Idem laudatus FRANCKENSTEINIVS aliud compendium composuit, quod post ipsius mortem per *I. Weberum,* f. *Leuinum v. Ambeere* præfixo titulo: *Einleitung zu der Teutsch-Europæischen Staats-Historie,* editum fuit *Francofurti ad Mœnum 1716. 8.* & ita est adornatum, vt brevi rerum germanicarum narrationi, quæ ad Ferdinandum III. fuit perducta, Regnorum Europæ concinna historia sit connexa figuramque habeat Compendii Historiæ Europæ Vniuersalis. Breue quidem, sed præcipuas Imperii Romano Germanici mutationes, quæ a Iuris publici cultore curate sunt obseruandæ, apte monstrans erat compendium, quod dederat de patria historia singulariter meritus BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS vernaculo sermone: *kurtzer Bericht von Verænderungen Teutschen Reichs, als ein Begriff Teutscher Historie, aus bewehrten Scribenten dargethan, Ienæ 1712. 4.* hoc expositione vberiore additisque multis selectis testimoniis iterum formis excusum hac inscriptione: *Kurtzer Begriff Teutscher Reichs-Historie, Ienæ 1725. 8.* Pleniorem rerum germanicarum,

compendiariam tamen enarrationem, adlegatis optimis testibus, exhibuit IDEM, inscriptam: *Einleitung zur Teutschen Reichs-Historie, Ienæ 1724* & *38*. Ad seriem huius libri in recitationibus suis varia obseruauit, & singulares Iuris Publici, Canonici ac Feudalis doctrinas addidit vir de Germaniæ historia insigniter meritus IOANNES PETRVS de LVDEWIG in der *rechtlichen Erleuterung der Reichs-Historie vom erstem Vrsprung bis 1734. Halæ 1738.* cum eruditissima Præfatione, qua de fatis & vsu præcipuorum Europæ Gentium historicorum, exposuit, atque Narratione de hominum Euangelicæ Religioni in Salsburgensi A-Episcopatu addictorum, fatis, nec non de vetustate Superioritatis Territorialis. Multis apprime placuit IOANNIS IACOBI SCHMAVSSENS, Consiliarii tum Marchionis Badensis Durlacensi Aulici, *Kurtzer Bericht der Reichs-Historie, Lipsiæ 1720. 8.* & iterum *ibid. 1729. 8.* qua paucula Præfatione Secunda indicata, mutauit & addidit, ordine chronologico & concinna a neruosa scribendi ratione ita ad an. 1714. exposita, vt ad habendas recitationes academicas satis sit accommodata. Narrationum quarundam ab aliorum expositionibus discrepantium probationem nuper denuo promisit, quam expectamus. Huius brevis rerum Imperii expositionis continuationem in vsum Auditorum suscepit C. G. BVDER *im kurzen Begriff der neusten Reichs-Historie vom Jahr 1714. bis 1733. Ienæ 1733. 8.* cuius libelli *Tertia* Editio ad an. *1740.* perducenda, sub prelo est. Summarium, multo selectu factum, auditoribus suis scripsit, sæpe iam nobis laudatus IOANNES IACOBVS MASCOV, cui titulus: *Abriss einer vollstandigen Historie desRæmisch-Teutschen Reichs, Lipsiæ 1722. 4.* nuper cum Accessionibus quibusdam recusum. Tale quoque adornauit forma quodammodo tabulari V. C. MARTINVS SCHMEIZELIVS Professor tum Ienensis, cuius *Abriss zu einer vollstandigen Reichs-Historie, Ienæ 1728. 4.* præter historiam vniuersalem, potiora Familiarum illustrium momenta adnexa habet. Sermone Romano, eoque nitido, magna cura, excitatis semper fontibus, edita IACOBI CAROLI SPENERI *Historia Germaniæ Vniuersalis & pragmatica*, cuius *Tomus I. Lipsiæ & Halæ 1716. 8.* alter *ibid. 1718. 8.* prodiere, qua inprimis historiam mutationis finium Germaniæ solerter obseruauit. Atque hæc ex tanto Scriptorum Rerum Germanicarum numero, hac vice sufficiant.



